




Ἐπίγραμμα Θεοκρίτου
εἰς τὴν ἑαυτοῦ βίβλον.

Ἄλλος ὁ Χῖος, ἐγὼ δὲ Θεόκριτος, ὃς τάδ' ἔγραψα,
Εἷς ἀπὸ τῶν πολλῶν εἰμι Συρηκόσιος,
Υἱὸς Πραξαγόραο περικλειτῆς τε Φιλίννης
Μοῦσαν δ' ὀθνείην οὔποτ' ἐφελκυσάμην.

Versio latina
Danielis Heinsii.

Alter erat Chius: verum ipse Theocritus autor
E media fueram plebe Syracosia.
Natus Praxagorae, celebrisque in gente Philinnae,
Carminis externi, non mihi cura fuit.

BIBLIOTHECA GRAECA

VIRORUM DOCTORUM OPERA RECOGNITA ET COMMENTARIIS IN USUM SCHOLARUM INSTRUCTA

CURANTIBUS

FRIDERICO IACOBS

ET

VAL. CHR. FR. ROST.

A.

POETARUM

VOL. XVII.

CONTINENS

THEOCRITI RELIQUIAS

ED.

ERN. FRID. WUESTEMANN.

GOTHAE ET ERFORDIAE

SUMTIBUS GUIL. HENNINGS.

MDCCCXXX.

THEOCRITI

RELIQUIAE.

RECOGNOVIT ET ILLUSTRAVIT

ERNESTUS FRIDERICUS WUESTEMANN.

GOTHAE ET ERFORDIAE

SUMTIBUS GUIL. HENNINGS.

MDCCCXXX.

FRIDERICO IACOBSIO

SACRUM.

Noli mirari, Friderice Iacobs, quid sit, quod ego Tibi, quem plurimis nominibus insigni colo pietate, invito fortasse, quippe cuius veniam ne exspectaverim quidem, hanc Theocriti editionem inscripserim. Etenim si Tuam veniam petiturus fuissem, non nescius eram, quae summa in Te est modestia, Te non passurum fuisse, ut Tuum ego, qui in eâdem Tecum urbe atque aedibus fere contiguis habito et inter familiares Tuos habeor, nomen operi meo praeponerem. Verum nunc, quum alea iacta sit, eundem Te, cuius tanta tamque rara est humanitas, rem alias vix excusabilem mihi condonaturum esse non tam spero quam confido. Sed laudibus Tuis, quae nec me, hominem Tibi familiarem, decerent, nec Te, qui meis longe maior es, multum ornarent, amplius immorari nolo. Paucis

ergo verbis dicam, ut alii certe cognoscant, quid sit, quod Tibi ego hunc Theocritum inscripserim.

Scilicet totus fere, qualis nunc in publicum prodiit, Tuus est. Tuum autem esse duabus potissimum rationibus, quarum altera neminem latere potest, altera a me tantum homine inter familiares Tuos recepto declarari potest, ostendam. Nemo est enim rei literariae tam ignarus, quin sciat Te ex decem fere lustris Theocrito et emendando et illustrando operam dedisse nullo fere tempore intermissam. Ac studii tam indefessi, in hoc poetâ abs Te collocati, fructus ab omnibus, quorumcunque interest interiorem poetae Syracusani sibi parare notitiam, cum summâ utilitate gratissimoque animo percipiuntur. Tot enim tamque praeclarae vel difficillimorum locorum et emendationes et explicationes Tuae sparsae leguntur per plurimos, quibus inde ab eo tempore ornare coepisti literas Graecas, commentarios et scriptiones, ut, si ex Tuis unius libris iustum paene Theocriti commentarium confici posse contendam, mihi non verendum sit, ne intelligentibus viris veritatem violare videar. Ut alia (nam enumerandi finem non invenirem, si omnia recensere vellem) taceam opera, ubertimae et quavis doctrinâ refertae Animadversiones in Anthologiam Graecam, *alterae curae in* Anthologiâ Palatinâ *positae, eruditissimi in* Philostratum *et* Achillem Tatium commentarii, *locupletissimi infinitae eruditionis testes, qui nomen Tuum usque ad*

remotissimam posteritatem propagabunt, nonne in his omnibus libris Theocritum saepissime, vel ubi nativa eius venustas turpi librariorum incuriâ obscurata esset, Tu in pristinum nitorem restituisti, vel ubi ad penitiorem pulcritudinis intelligentiam duce aliquo opus esset atque monstratore, Tu viam patefecisti? Sed res loquor, quae in propatulo sunt positae. Iam de me dicam. Decem exacti sunt anni, quum in Gymnasio, quod in nostrâ urbe floret, praeceptoris munus obii. Saepenumero inde ex hoc tempore Te videre atque admirari mihi contigit. Ac quanta sit liberalitas Tua, quum ex insigni librorum copiâ, qui vel Tuam vel publicam bibliothecam ornant, quae quis cupiat, ea omnia petenti promptissimo animo das, saepe adeo non rogatus indigenti offers; quanta humanitas Tua, quum ex inexhausto doctrinae Tuae fonte ea in medium profers, quae errantem in viam reducant; quanta alacritas Tua ac comitas, quum saepe nos iuniores importuni Te, quem nonnisi cum ipsarum literarum interpellamus damno, adimus: haec igitur et alia norunt quidem exteri etiam homines, sed perspectum habent ac penitus cognitum tantum ii, qui nos in urbe nostrâ viderunt et circulis nostris ac congressionibus praesentes interfuerunt. Atque hi quidem, quorum suavissima recordatio saepe animos nostros subit, quum felicissimam conditionem nostram oculis usurparint, probe sciunt, quantâ cum vitae iucunditate, quam intimâ inter nos coniunctione et familiaritate, quam

magnâ cum singulorum utilitate hîc vivimus omnes, qui harum literarum studiis dediti sumus. Nullam hîc videas invidiam, nullum aetatis discrimen: nihil earum rerum, quarum cupiditate pusilli animi tenentur; inter aequales paresque homines versari tibi videaris. Alter cum altero sermonem facere de literis, quarum communis est omnium amor, commune omnium studium; alter alteri, si quid habet, quod ei gratificari possit, sponte impertire, alter ab altero lubentissime se doceri pati. Quorum nomina virorum, ne ambitiosus esse videar, quum orbi literario sint notissima, iactare nolo. Prae aliis vero Tu, Friderice Iacobs, nobis omnibus non ob doctrinam tantum, — id omnes sentiunt sciuntque — sed ob morum quoque suavitatem aequabilemque, quam quovis tempore servas, animi hilaritatem exemplo es, quod intuemur ac suspicimus omnes. Iunioribus nobis Te immisces; quae garrientes, ut fit, inter nos confabulamur, lubenter audis; ipse quae habes, quae sunt plurima, prompto paratoque animo in medium affers; quae narras, mirâ suavitate condis, nosque omnes ab ore Tuo pendentes habes, quum Tuo nos lepore salibusque Tuis oblectas. Iam vero, qui tam comem Te praebes, omnia, quae ad literas promovendas spectant, voluntate iuvas, quae quam magna sit quamque mirifica, verbis apte exprimi non potest. Neque opus est verbis, ubi res loquitur. Iam Theocritus hic testis est, quem Tibi non do, sed reddo. Nulla est enim pagina, quin doctam

aliquam Tuam contineat observationem; nullus fere est versus, de quo Te non consuluerim. Saepeqae, — quod mihi nunc publice fatendum est — ne nomen quidem Tuum comparet, quum Tu id apponi nolueris. Est igitur quod recte dicam Tuum habendum esse Theocritum, qui meo quidem nomine, sic Tu voluisti, sed Tuis auspiciis, quod ego exoptatissimum habeo, nunc prodiit. Errores tantum et vitia ubi commissa fuerint, mea sunt: quorum licet haud exiguus fortasse sit numerus, veniam tamen eorum, quoniam multae egregiae animadversiones Tibi debentur, quas ego Tibi elicui, mihi datum iri lubenter mihi persuadeo.

Sed aliorum quoque virorum insignem in me benevolentiam in Theocrito edendo expertus sum. Sinas igitur, ut Tibi, qui quae aliorum sint merita lubentissime audis, referam, quae iis debeam.

De R o s t i i *operâ Theocrito praestitâ si Tibi narrare vellem, rem susciperem supervacaneam. Nam quum Tu cum Rostio huic bibliothecae scriptorum Graecorum in nostrâ urbe edendae praesis, unus omnium optime scis, quae eius sint merita quum in reliquorum scriptorum quae iam prodierunt editiones, tum in hanc Theocriti editionem. Quae ab eo profectae sunt animadversiones ipsius nomen non gerunt; ipse enim nomen suum supprimi voluit.*

Praeter Rostium U k e r t u s *quoque et* D u e b n e r u s, *quod gratissimo animo profiteor, auxilio suo praesto mihi adfuerunt. Ukertus, qui*

etiam. Tibi muneris societate iunctus est, quae in Argumento ad Idyllium septimum disserui et quae de antiquis Theocriti interpretibus atque de poetae dialectis disputavi, diligenter legit, plura quae praetermissa erant, subministravit, aliorum quae non recte dicta essent corrigendorum facultatem dedit. Duebnerus, ut promptissimo est ad aliorum studia iuvanda animo, ea quae margini sui exempli adscripserat lubenter mihi impertiit. His igitur collegis, quod officiosam suam voluntatem mihi deesse noluerunt, gratias ago maximas.

Faustissimis iam eat Theocritus auspiciis, et pari, qua eum hîc loci exceptum iam dimitto, benevolentiâ apud alios excipiatur.

Quod superest, nihil ardentius cupio atque precor, quam ut deus O. M. Te Tuis, nobis, literis in longissimum tempus integrum et incolumem servare velit.

LECTORI BENEVOLO.

Multi fortasse reperientur, quibus mirum videatur, quod ego Theocritum edendum susceperim, in quo scriptore emendando et illustrando doctissimus ac sagacissimus homo vires suas debuerat periclitari. Quorum admirationem haud indigne laturus exponam, quae causae me permoverint, ut rem tam difficilem mihi agendam esse putaverim. Duodecim sunt anni et amplius, ex quo, quod familiares et amici bene norunt, multa ego paravi et collegi, quae evulgandae aliquando poetae Syracusani editioni profutura essent. Quo longius tamen et severius studium in hoc poetâ collocarem, tanto magis intellexi, quot et quantis difficultatibus iusta eius editio esset impedita. Ita factum est, ut consilium edendi Theocritum paene abiecissem. Sed eo ipso tempore duumviri doctissimi, qui bibliothecae scriptorum Graecorum hîc loci in lucem edendae praesunt, auctores mihi exstiterunt et suasores, ut, quam rem ego iam desperassem, eam repeterem et repetitam novo animo et novis viribus peragerem. Fuit quum reluctarer ego. Verum tam ipsorum illorum virorum auctoritas, quae plurimum apud me valet, et eorundem de me exspectatio honorifica, cui deesse nolui, quam ardens meum

de literis, quoad fieri possit, bene promerendi studium et vetus Theocriti, cum quo arctam iam contraxeram familiaritatem, amor effecerunt, ut eorum voluntati mihi obsequendum esse putarem. Huc accedebat, quod, quae praestantissimorum virorum, quibuscum quotidie versari deque rebus ad communia studia pertinentibus quotidie sermonem serere mihi contigit, in me est benevolentia, ubi vel minima mihi oblata esset dubitatio, statim eos in subsidium vocare poteram atque in societatem rei communi operâ deliberandae. Quid multa? rem ego suscepi; susceptam quomodo peregerim, certe peragere voluerim, accuratius Tibi, lector benevole, iam liceat exponere.

Editoris veteris scriptoris quum duplex omnino sit officium, alterum quod in criticâ exercendâ cernitur, alterum quod in interpretatione positum est, utrumque in Theocrito coniunctas paene habet difficultates, quae singulae in singulis reperiuntur scriptoribus. Sive enim spectas criticam, ea quum versetur aut in disquisitione de totis carminibus, utrum ea sint genuina an supposititia, aut in constituendâ singulorum locorum scripturâ, utrumque hoc ut dicam critices negotium difficultates editori affert vix superabiles. Sive spectas interpretis officium, id arduum quam maxime et impeditum esse, in permultis locis iam sententiarum diversitas et coniecturarum multitudo, quae ex mancâ plerumque scriptoris intelligentiâ proficiscitur, unumquemque edocere possunt.

Primum dicamus de criticâ in Theocrito factitandâ. Ad quam rem tractandam si quis eo animo accedere vellet, ut omnibus officii partibus satisfaceret, ei opus esset ante omnia, ut criticam textorum historiam (sit venia verbis) contexeret. Eam requiro talem, qualem de Homero insignis Wolfii sagacitas instituit, de Graecorum Epigrammatum collectione Fr. Iacobsii opera. Disceremus inde, cui aetati ea, quam nunc habemus, operis forma debeatur,

quas mutationes id expertum sit, qui viri earum auctores fuerint. Quod nunc quidem in Theocrito effici non potuit, quoniam diligentiore librorum collatione et accuratâ Scholiorum antiquorum, quae in Italicis codicibus etiamnunc reperiuntur, descriptione destituti sumus. Similem tamen aliquando de bucolicorum quoque carminum collectione institui posse disquisitionem nondum plane desperandum esse arbitror. Nunc vero, quod pro virium nostrarum modulo subsidiorumque inopiâ praestare potuimus, primas tantum huiusmodi disquisitionis lineas exhibebimus.

Multos veterum grammaticorum Theocriti carmina tractanda sibi sumsisse satis constat. Ex nominibus saltem satis splendidis haec etiamnunc recensere nobis licet.

Primo loco ponendus esset Eratosthenes, modo certo constaret insignem hunc grammati... esse cuius argumentum in Idyllium duodecimum Wartonus ad Id. dicti versum 13. in codice Vaticano quinto exstare narrat, eo, quod vulgo edi solet, longe auctius. Utinam placuisset Wartono Eratosthenis verba ipsa in lucem emittere, ut integrum nobis relictum esset iudicium. Ceterum de Eratosthene Theocriti interprete tanto maior dubitatio, quod neque argumentum, quod ei tribuitur, legere nobis licuit, neque aliunde quicquam de eius commentario nobis innotuit. Bernhardy in Eratosthenicis hanc rem silentio plane praetermisit. — In veterum grammaticorum, qui de Theocrito illustrando meriti fuerunt, numero satis splendidum Pindari Grammatici nomen obviam fiebat, cuius Scholia inedita, ad Dionysium Thracem scripta, in codice aliquo Genevensi adhuc legi memoriae proditum inveni in libro qui inscribitur: Iean Senebier, Catalogue raisonné des manuscrits de Genève, 1779. pag. 49. Quod simulac legeram, statim ad Wendium, virum humanissimum, qui sacrorum antistitis munere

in illâ urbe fungitur, literas misi, rogans, ut Scholia in meum usum describi curaret. Ac precibus ille meis sine morâ locum dedit ita, ut brevi Scholia, quae ad primum Idyllium in hoc codice adscripta leguntur, et argumentum, quod carmini praepositum est, ad me transmitteret. Brevi quidem intellexi me non Pindari Grammatici scriptionem aliquam nactum esse, sed Scholia me accepisse indocti hominis et vulgatis etiam peiora; nebulam, quod aiunt, pro Iunone. Codex ipse infimae aetatis est et tot vitiis scripturae inquinatus, ut qui denuo conferatur vix dignus videatur. Haec igitur spes me frustrata est. Sed Wendio tamen, quod et promptissimam suam mihi praestitit voluntatem et eius operâ id certe effectum est, ut de horum Scholiorum pretio, ne alii fallantur, satis constet, gratias nunc publice ago quas possum maximas. — Theonis commentarius in Theocritum affertur ab auctore Etymol. Parisiensis. Vid. Bekker ad Etymol. Magn. p. 219, 28, ubi de γρῖπος disputatur, quod ad Idyll. I, 39. spectat. Cf. Orion. Etymol. p. 40. et Larcher in not. 35. Theonis ὑπόμνησιν Orion commemorat pag. 185, 28. Sed non commentarium Theocriti intelligendum esse patet. Eidem Theoni Scholia, quae hodie exstant, tantum non omnia tribuit Ursinus, eumque sequuti sunt recentiorum plurimi. Hodie quidem Theonis nomen in nullo codice comparet, ut qua auctoritate Ursinus Theonis illud nomen Scholiis praeposuerit, diiudicari nequeat. Neque id constat, utrum Theon grammaticus ille fuerit Alexandrinus, qui circiter Tiberii tempora floruit, an alius. Theonis nomen si in codice quodam praepositum est, ex magnâ Scholiorum, quae partim exigui pretii sunt, farragine paucissima tantum Theonem habere videntur auctorem. Simile igitur quicquam in Theonis nomine accidisse dixeris atque in Didymi, ad quem Scholia minora in Homerum vulgo solent referri. — Inter eos, qui in Theocritum commentaria composue-

runt nominatur etiam Amarantus Alexandrinus. Videtur is esse, qui ab Athenaeo VIII. p. 343. X. p. 414. et a Galeno commemoratur. Amaranti commentarius ab auctore Etym. M. s. v. διεκρανώσατε laudatur: διεκρ. σημαίνει τὸ ἀνεῴξατε. παρὰ τὸ κάρα, διεκαρανώσατε· .... οὕτως Ἀμάραντος ὑπομνηματίζων τὸ εἰδύλλιον Θεοκρίτου, οὗ ἡ ἐπιγραφὴ Λυκίδας ἢ Θαλύσια. Cf. Argumentum nostrum. Amaranti annotatio spectat vs. 154. Praeter hunc locum nullam alibi Amaranti mentionem reperi factam. — Duobus in locis Scholiorum a Wartono primo editorum Amerias ita affertur, ut ex ipsâ rei commemoratione intelligas eum Theocriti carminibus criticam operam navavisse. Primum Idyll. I, 32., ubi post verba γράφεται καὶ γυνά τι. Τὸ δὲ τι πρὸς τὸ δαίδαλμα. Ameriae nomen ex librorum Vatic. auctoritate a Wartono adiectum est. Vides Ameriam, postquam utramque lectionem γυνά τις et γυνά τι commemoraverat, posteriorem, quod nos quoque fecimus, probavisse. Tum eiusdem interpretatio aliqua ad Idyll. I, 97. apposita est in Codice Vaticano. Est is Amerias, si recte coniicimus, Wartonum Tom. I. p. 137. sequuti, idem qui Macedo cognominatus est. Saepius Athenaeus et Hesychius ex eius libro, qui γλῶσσαι inscriptus erat, locos cum laude afferunt. — Ad veteres Theocriti interpretes referendus porro Asclepiades, cui Myrleani cognomen est. Hunc Asclepiadem in multos veterum poetarum commentarios scripsisse constat, veluti in Pindarum, in Cratini fabulas, in Aratum quoque, aequalem Theocrito scriptorem. Boeckhius in Praefat. ad Pind. Tom. II. p. XV. hunc Asclepiadem eundem habet cum eo, qui Τραγῳδουμένων auctor est. At diversum eum esse apparet inde, quod alter Myrleani, alter Tragilensis cognomine insignitur. Vide doctam de Asclepiadis disputationem Werferi in Act. Philol. Monac. Tom. II. Fasc. IV. p. 491 sqq. Asclepiadae Myrleani com-

mentarius in Theocritum sexies in nostris Scholiis ad partes vocatur, ad Idyll. I, 4, 118. II, 88. V, 21, 94, 102., ex quibus locis intelligimus virum insignem non solum ea, quae ad orthographiam, prosodiam et grammaticam spectant, tractavisse, sed geographiam quoque tetigisse, neque reliqua neglexisse, quae ad poetae intelligentiam facerent. Ex sex illis locis, in quibus ad Asclepiadae auctoritatem provocant Scholiastae, duo sunt, qui emendatione indigent. Alter est ad Idyll. I, 4., qui vulgo sic legitur: *ΛΑΨΗι. ἐκτέταται τὸ λα, διὰ τὸ εἶναι Δωρικὸν κ. τ. λ.* Nulla potest esse dubitatio, quin eiecto verbo *λαψῇ* rescribendum sit *τὸ κα*; spectat enim haec annotatio voculam *αἶκα*, quae ultimam apud Dores producit. Alter ad Idyll. II, 88., ubi pro *ἐπώπια* scribendum *ὑπώπια*, quod, ut nunc video, Kiessl. iam exhibet. Praeter Reines. et Toup., quos ille laudat, idem suasit Werfer. de Asclep. p. 539. — Iis qui de Theocrito bene meruisse putandi sunt addendus Nicanor Cous, cuius mentio fit apud Schol. ad Idyll. VII, 6. Atque hic inprimis quae commentatus est quod perierunt, tanto magis est dolendum, quod, quum ipse ex insulâ Cô oriundus esset, multa haud dubie accuratissime et tenebat et tradidit de Theocriti vitâ, quem iuvenem Philetae audiendi causâ in illâ insulâ versatum esse constat. Utinam, si ex multis pauca nostro desiderio recuperari possent, ea certe servata haberemus, quae in unum Idyllium septimum conscripserat. Rerum enim, quae in hoc carmine describuntur, scena est in insulâ Cô; memorantur in eo plurimi Theocriti amici et sodales; praeceptorum quoque eiusdem fit mentio; afferuntur ea, quae in Theocritum fingendum et excolendum maximam vim habuisse videntur: uno verbo, est hoc Idyllium unum omnium gravissimum ad vitam vitaeque rationes Theocriti cognoscendas; idem tamen ob rerum personarumque, quae in eo inducuntur, ignorationem difficillimum. Nicanoris ope plurimae haud

dubie res, quae nunc aut obscurae nobis manent aut latum coniecturis campum aperuerunt, ad liquidum perduci potuerint. Vixit Nicanor, si is est, qui per iocum στιγματίας appellatus est, Hadriani imperatoris temporibus. Cf. Warton. Tom. I. p. 136. Villoison. Anecdota Graeca p. 299. — In veterum Theocriti interpretum numero porro ponendus Munatus. Quinque in locis apud Schol. eius iniicitur mentio. Ad Idyll. II, 100. eius sententia affertur de accentu in ἄσυχα ponendo; ad Idyll. VII, 106. disputans inducitur de festo quodam apud Arcades, quo Pan flagellis verberatus sit; ad eiusdem Idyll. vs. 138. eius etymologia vocis ὀροδάμνιδες legitur. Atque de his quidem rebus alii quoque grammatici tradunt. Sed Munatus de vitâ quoque Theocriti deque temporum eius ratione quaesivisse videtur, quantum ex Argumento ad Idyll. III. et Idyll. XVII. colligimus. Priore loco quaeritur, an sub caprarii personâ lateat Theocritus, quod posuerat Munatus. Vid. Argument. nostrum. Altero magnum quidem refert Scholiastes Munati errorem; valde tamen dubito, an vera tradiderit Argumenti auctor. Quae verba ibi adduntur, ὡς ἐπεδείξαμεν, haec quo referret, nesciebat Casaub. lectt. Theocr. in fin. Credo locum lectum fuisse in Argumento ad Idyll. III., ubi post πλανᾶται δὲ (ὁ Μούνατος) καὶ περὶ τοὺς χρόνους aperte interciderunt plura, quibus id ipsum docturus erat grammaticus. Ad Munatum auctorem retulerim ea, quae de Molone et Simone, Arati in amore aemulis, leguntur in Schol. ad Idyll. VII, 125. Cf. quae in Argumento ad hoc Idyllium scripsimus. — In Argumento ad Idyll. III. praeter Munatum etiam Apollonius commemoratur, qui de rebus, quae in illo carmine tractatae sunt, egerit. Apollonium Dyscolum intelligit Wartonus Tom. I. p. 136.; quo iure id ponat, nolo equidem decernere. — Ad hos quos iam recensuimus veteres commentariorum in Theocritum auctores accedit Theaetetus. Scholiast. ad

Idyll. I, 147. haec refert: *Θεαίτητος δὲ τοὺς κηροὺς τοὺς ἔχοντας τῶν κηφήνων τοὺς γόνους, οἵτινες ἡδὺ ποιοῦσι βρῶμα. οἱ δὲ κοινότερον ἐπὶ τῶν κηρίων, ὧν τὸ μέλι ἐσθίεται.* Habemus hîc Theaetetum, antiquum Theocriti interpretem. Idem Theaetetus affertur a Schol. ad Idyll. I, 114., ubi variae veterum grammaticorum de fluvio Thymbride exponuntur sententiae. Locus est partim corruptus; id tamen mihi intelligere videor, grammatici sententiam fuisse hanc, ex Syracusanorum linguâ nomen *Θύμβρις* petitum esse ab *ὕβρις*. Opera igitur Theaeteti, de quo aliunde non constat, partim videtur in explicandis verbis versata esse, qua in re Syracusanam dialectum in subsidium vocavit. — De vitâ Theocriti praeter ea, quae Nicanorem tradidisse verisimile est, multa quoque lecta fuisse probabile est in libro, quem Ambryon de vitâ Theocriti scripsit, teste Diogene Laert. V, 11. Praeter hoc Diogenis testimonium nusquam alibi memoratum reperi Ambryonem. — Incertae prorsus aetatis est Lampridius, cuius expositio carminum Theocriteorum, teste Montefalconio biblioth. biblioth. p. 519., Mediolani in bibliothecâ Ambrosianâ est. — Tandem verbo monendum est, ne forte quis credat hunc grammaticorum indicem negligentius a nobis factum esse, consulto me quosdam, qui inter Theocriti interpretes recenseri solent, praetermisisse. Scilicet accidit saepe, ut, quum Scholiastae veteris cuiusdam grammatici testimonium aliquod attulerint, locum continuo ex commentario excerptum esse opinarentur. Hoc valet de Neoptolemo, cf. Schol. ad Idyll. I, 52., de aliis, de quibus dixit Warton. Tom. I. p. 138 sq.

Ex horum grammaticorum commentariis pauca tantum reperiuntur in iis Scholiis, quibus hodie poeta Syracusanus oneratus est. Nondum omnis tamen spes deponenda est, fore ut aliquando ex antiquioribus, qui in Italiâ maxime sunt reconditi, libris accuratior eorum notitia nobis patescat. Praeter illam vero spem,

quae reperiendis in posterum melioris notae libris nititur, aliud quasi in subsidio positum est, unde maximum damnum, quod deperditis Grammaticorum illorum operibus fecimus, quodammodo possit resarciri. Nempe multa ex antiquis Theocriti interpretibus derivata sunt in alios libros, inprimis in lexica et glossaria. Cf. Valckenaer. ad Adoniaz. p. 200. C. Quid? quod incuriae tantum tribuendum est, quod, quum saepe res ipsae veterum grammaticorum in Scholiorum nostrorum farraginem transierint, eorum tamen nomina sint suppressa. Ut unum, at luculentum afferam exemplum, verbis antiqui enarratoris Theocriti ad Idyll. VII, 23. usus est Galen. *περὶ τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως*, Opp. Tom. II. p. 149. V, 618. edit. Basil. Cf. quae ad Argument. septimi Idyllii et alibi passim observavimus. Multa igitur, quae ad Theocritum faciant, iam tum poterunt exspectari, quum promptior et facilior lexicorum et glossariorum veterum paratus fuerit usus.

Quantumvis vero maxima utilitas ex fontibus illis in recensionem carminum Theocriti, quae certo quodam nitatur fundamento, redundet, ea tamen non nisi ad singulorum locorum emendationem pertinet. Sed alia oritur quaestio eaque gravissima haec, an ea carminum bucolicorum collectio, quae Theocriti nomen hodie iactat, sit antiqua, porro an is ordo, quem nunc sequuntur vulgatae editiones, a veteribus grammaticis sit profectus, tandem an omnia carmina Theocritum auctorem habeant. Paucis verbis vides multa agi. Primum dicamus de carminum collectione in universum. Atque hoc loco ante omnia in examen vocandum est epigramma Artemidori grammatici, quod inscribitur *ἐπὶ τῇ ἀθροίσει τῶν βουκολικῶν ποιημάτων*. Distichon ipsum hoc est:

Βουκολικαὶ Μοῦσαι σποράδες ποκά· νῦν δ' ἅμα πᾶσαι
ἐντὶ μιᾶς μάνδρας, ἐντὶ μιᾶς ἀγέλας.

Legitur in Anthologiâ Palatinâ IX, 205. Tom. II. pag. 69. saepiusque in Theocriti codicibus repetitum

est. Quaeris primum, quis fuerit Artemidorus ille, tum quae eius fuerint partes in Theocriti carminibus colligendis et ordinandis. Artemidorum omnes consentiunt Alexandrinum esse illum, qui Athenaeo saepenumero laudatus, sub nomine Aristophanei sive Pseudoaristophanei notus est. Aetatem si quaeris, proxime accedit ad Aristophanem grammaticum, cuius aut discipulus fuit aut scholam certe accepit. Hactenus igitur nulla dissensio est. Difficilius ad alteram quaestionem respondeas. Primum doceri vis, quid praestiterit aut praestare voluerit Artemidorus. Si verba epigrammatis recte interpretamur, dicit grammaticus dispersa antea auctorum bucolicorum carmina se in unum corpus collegisse. Non igitur Theocrito tantum hoc operae praestitit, sed Bioni quoque et Moscho, fortasse etiam Stesichoro, Philetae, aliis. De tribus illis poetis quos primo loco nominavi intellexit haec verba Naeckius in prooemio, quod indici praelectionum Bonnae 1828. habendarum praemisit; vide Allgemeine Schulzeitung. 1828. 2 Abtheilung. nro 100. Ex quo consequitur Theocritum ipsum Idyllia, dum viveret, non ita in vulgus edidisse, ut unum quoddam corpus efficerent. Sed instituta est eorum collectio ab Artemidoro, abs quo si fuisset, interiissent fortasse praestantissimae hae antiquitatis reliquiae. Nec multum post Theocriti obitum hanc collectionem factam esse docet aetas Artemidori. Ceterum ita simul intelligis, quî ceteri grammatici Alexandrini proclives fuerint in commentarios in Theocritum componendos. Dispersa, quae singula haud dubie maximopere placuerant, erant Idyllia Theocriti; flagitantibus ea hominibus collegit Artemidorus. Tum tam collectio carminum instituta quam plausus, quem tulerant, invitavit grammaticos ad ea illustranda, quorum studia reconditioris dialecti usu rerumque tractatarum copiâ magis incensa sunt. Artemidorus vero quam rationem inierit in disponendis

Theocriti carminibus nescimus. Id tantum pro certo ponendum videtur, eum non certum quendam ordinem observasse, nec temporum argumentive habuisse rationem. Fuit is aetatis mos, quae, quum in aliis rebus minutissimis putidam adhiberet diligentiam, alia maiora non curaret. Exemplo est Pindaricorum carminum collectio ab Aristophane Byzantino, doctissimo suae aetatis homine, instituta: in qua certum finem, quo graviora spectentur quam victoriarum qui valde pendet a fortunâ locus, iure desideras.*) Sed porro quaeres, an is ordo, qui Artemidoro placuerit, idem servatus sit in nostris editionibus.**) Atque hoc quidem negandum videtur. Etenim in libris manu exaratis Idyllia neque omnia apparent, ceteris praeter octodecim priora omissis, neque eo ordine, qui hodie vulgatus est. Ne longus

*) Welckerus in Praefatione ad Theognidem pag. CVII. eum quo hodie haec carmina in vulgatis editionibus se excipiunt ordinem ab Artemidoro profectum statuit. Tum, „nescio, pergit, an grammaticus, qui Theocriti dispersa carmina colligeret, Daphnidem a Pharmaceutriâ ob initium πᾷ μοι ταὶ δάφναι excipi voluerit." Sed ut taceam minime constare, an vulgatus Theocriteorum carminum ordo Artemidoro tribuendus sit, vix probabile est Daphnidis nominis similitudinem cum sono vocis δάφναι doctum aliquem hominem, qualis Artemidorus fuit, permovere potuisse, ut haec duo carmina iuxta collocaret.

**) Quisquis fuit auctor ordinis Idylliorum, qui nunc vulgatus est, datus singulis carminibus locus non a casu pependisse videtur. Sagacissima et, quantum mihi videtur, admodum probabilis Friderici Iacobsii est coniectura, eum, qui collectionem nobis servatam instituerit, hunc finem sibi proposuisse, ut primo loco poneret ea carmina, quae aut monodiis constarent aut amoebaeis canticis; carmen de Daphnide, utpote quod celebritatem quandam nactum fuerit, etiam antiquitus primum locum occupavisse. Porro Pharmaceutriam post primum Idyllium collocatam esse, quod ob versum intercalarem maximam cum Thyrsidis cantu haberet similitudinem. Tertium Idyllium ob strophicam dispositionem proxime ad priora accedere. Inde a quinto Idyllio carmina incipere amoebaea. Deinde duo sequi carmina, quorum mythica sit ratio. Tum decimnm quartum et quintum iuxta esse collocata, quod ambo ad mimicum Idylliorum genus pertineant; sic etiam decimum sextum et septimum se excipere, quod utriusque argumentum in regibus laudandis versetur. Ultimo loco posita esse carmina varii generis atque argumenti, quae undecunque corrasa, neque omnia certae auctoritatis essent.

sim, vide quae Ioannes Augustus Iacobs, vir diligentissimus, passim disputavit in Praefatione editionis Halensis, ut pag. XCIII., pag. XCV. Veterum etiam editionum alia alium sequitur ordinem. Vide eundem Iacobsium Praefat. p. XIX. Quocirca minime mirandum etiam Draconem Stratonicensem, qui plurimos Theocriti versus excitat, Idyllia et ordine alio et pauciora numero in codice suo reperisse. Videatur Wissowa in libello, de quo mox accuratius dicam, pag. 13. Qui Draconis liber, ut obiter hoc dicam, haud optimae notae videtur fuisse, quum bonam vitiorum partem nostrarum editionum Draco quoque repetat, ut, posteaquam omnes ab eo allatos locos contulissem cum Theocriti editione, me nihil fere lucri ex hac collatione habuisse affirmare queam. Sed ut illuc revertar, vix fieri posse videtur, ut quisquam, in tantâ librorum discrepantiâ, in uno codice verum et antiquum ab Artemidoro institutum ordinem exstare demonstret. Quod ut eveniret, integrior etiam codex, quam ii, qui adhuc collati sunt, exstant, necesse est reperiatur. In nostrâ enim horum carminum collectione alia sunt ab initio mutila, alia in fine. Artemidorus certe non nisi integra novit.

Sed de ordine Idylliorum non tam anxie anquirendum, modo constaret omnia ac singula Idyllia a Theocrito auctore profecta esse. Atque haec disquisitio ut est difficillima et a multis agitata, ita nec me eam spero ita absoluturum, ut plurimis, nedum ut omnibus satisfaciam. De singulorum Idylliorum auctoritate atque fide quum in argumentis quae dicenda nobis essent exposuerimus, hic loci ea tantum ponemus, quae ad totam rem accuratius perspiciendam valere videntur. Scilicet diu est ex quo viri docti, quum dialecti sermonisque, tum argumenti inprimis diversitate eiusque tractatione diversâ permoti dubitationes de singulis aliquot carminibus, utrum genuina sint habenda an suppositi-

tia, hic illic moverint. Nostrâ vero aetate exstitit vir doctus, qui unus omnium plurima Theocriti carmina, etiam ea, de quibus antea nemo cogitaverat, in dubitationem vocaret. Is est Ernestus Reinholdus in dissertatione de genuinis Theocriti carminibus et supposititiis, Jenae 1819. Reinholdus enim pro Theocriteis habet tantum undecim priora carmina, decimum tertium, quartum, quintum, sextum et octavum; reliqua omnia aliis auctoribus deberi censet. Nuperrime autem adversarium nactus est Augustum Wissowam, Vratislaviensem, qui libellum edidit cui haec est inscriptio: Theocritus Theocriteus sive Idylliorum Theocriti suspectorum vindiciae. Vratislaviae. 1828. Et hic quidem vir doctus viam prorsus diversam ab Reinholdo ingressus est, dum Idyllia tantum non omnia Theocriti habenda esse contendit. Liceat iam nobis, ut, quum rem ipsam summatim hîc tangere constituerimus, singula singulis Idylliis quod ante diximus servaturi, ex utriusque et aliorum libris ea afferamus, quae instituti ratio postulet. Argumentorum igitur, quae in eum finem proferri solent, ut aut magna aut aliqua certe Idylliorum pars aliis auctoribus deberi ostendatur, quum duo sint genera, alterum quod ab internis rationibus petitum est, alterum quod in externis positum est, nostrae quoque disputationis ambitus his duobus generibus includendus erit. Qui autem plurima in hac collectione carmina in suspicionem vocant, ita fere disserunt: ex iis carminibus, quae ab omnibus habeantur pro genuinis, poetae ingenium et scribendi genus ita posse cognosci, ut comprehendat id aliquis adumbratum quasi animo et cogitatione. Idyllia ea esse undecim priora, et decimum tertium, quartum, quintum, sextum, septimum, octavum. Quod si quis cum his Idylliis reliqua comparaverit, magnam eum et argumenti sermonisque diversitatem et diversam tractationis indolem observaturum. In genuinis illis Idylliis regnare

Syracusanam dialectum, argumentum esse bucolicum, poeticam facultatem deprehendi insignem; contra in reliquis carminibus alias dialectos reperiri, diversissimi argumenti res tractari, tractationis artem prorsus desiderari: non posse igitur ea Theocritea esse. Ad singula respondeamus. Argumentum qui nonnisi bucolicum a Theocrito tractatum esse volunt, ipsius inprimis Theocriti, sic volunt, verba adhibent, quibus suam sententiam firment. Verba sunt haec:

Μοῦσαν δ' ὀθνείην οὔποτ' ἐφελκυσάμην

in Epigrammate, quod ultimo loco posuimus. Interpretatione utuntur hac: Musam alienam non invexi, id est, vernaculum tantum poeseos genus, scilicet pastorale, excolui, et carmina mea patrio tantum sermone, non externâ dialecto conscripsi. Nemo non videt, in illâ interpretatione multa inferri, quae ex verbis nullo modo colligi possunt. Interpretationi illi ut aliqua certe probabilitatis species conciliaretur, ante omnia ostendi debebat, *ὀθνείην Μοῦσαν* ad argumentum carminum dictionemque peregrinam referri posse. Sed haec explicatio et per se parum probabilis est et statim falsa esse convincitur, si verba illa non Theocriti, sed alius poetae sint. Atqui hoc epigramma non sine probabilitate Artemidoro tribuitur in editione Aldinâ. Qui si eius auctor habendus est, verba longe alium sensum praebent. Etenim tum *Μοῦσα ὀθνεία* accipienda de carminibus aliorum poetarum, quorum se nullum grammaticus veris et genuinis Syracusani poetae operibus immiscuisse gloriatur. Sed quicquid statuas de sensu epigrammatis eiusque auctore, id, quod viri illi volunt, inde effici prorsus negare ausim. Tum, praeterquam quod per se verisimile non est, Theocritum in uno tantum poeseos genere elaboravisse, cetera omnia sprevisse hominem ingeniosum, opponam iis, qui hoc contendunt, Suidae aliorumque auctoritatem, qui Theocritum alia quoque carmina pepigisse disertis verbis tradunt,

nec minus ea epigrammata, quae certis testimoniis constat Theocritum auctorem habere. Sed, pergunt ii, qui alteram sententiam defendunt, dialectorum tam diversarum vestigia in unâ hac collectione inveniuntur, ut ea uni poetae vix possit tribui. Ad quae quod respondeas in promptu est. Primum enim ut argumentum est diversum, ita diversum etiam sermonem prudens poeta eligat necesse est. Tum eiusdem rei, quae recentioribus nobis admodum mira videtur, alia quoque exempla Graecorum literae praebent. Haec in universum sufficiet hic posuisse, quum de dialectorum ratione in his carminibus mox accuratius dicturi simus. Plurimum vero ponderis adversarii ponunt in eo, quod facultatem poeticam, quae in prioribus Idylliis eluceat, in reliquis, quae pro spuriis habent, desiderari contendunt. Scilicet iudicium in his rebus admodum fallax est. Nolo iam exempla in medium proferre, quae ostendant idem carmen alium in admirationem coniicere, alii vero pessimi versificatoris opus videri. Id tantum reputare velim adversarios, saepe eundem hominem impari successu in diversis sermonis generibus elaborare, atque pro aetatis quoque discrimine alium se exhibere. Lubenter ipse fateor carmina Theocriti bucolica magis mihi placere ob nativam suavitatem, quam eiusdem epica, in quibus scribendis plus minusve aliorum exemplum sequutus est: idem tamen contendo in his quoque deprehendi vestigia coloris Theocritei, ut saepe poeta epicas res bucolicâ suavitate condierit. Sed de hoc argumento verbosior esse nolo, quoniam, ut facile est multa in utramque partem dicere, ita nec longissimâ disputatione id effectum iri credo, ut unus persuadeat omnibus. — Externorum argumentorum duo inprimis proferunt qui carmina quae dixi Theocrito abiudicant. Primum in plurimis codicibus octodecim priora tantum Idyllia reperiri, et antiquis Scholiis nonnisi eadem illa carmina illustrata esse.

Sed, ut alia iam taceam, reputa modo, quam parum sibi constent, quod iidem etiam Idyllium XII. spurium iudicant, quod in omnibus libris legitur et Scholiis oneratum est, et Idyllium XVII., quod omnes codices exhibent. Infirmum profecto argumentum, quod adversus ipsos, qui eo utuntur, refellendos retorquere possis. Scholia vero quod tantum ad priora Idyllia adscripta esse dicunt, eius quidem rei nulla plane vis est ad ceterorum fidem labefactandam. Recte cum Spohnio, qui acerbius paullo sententiam suam pronuntiavit in Specimine primo lectionum Theocritearum p. 8., Euripidis exemplum adhibeas, cuius tragoedias eas, quibus scholia non appicta sunt, nemo pro supposititiis habuit, nec unquam, credo, quisquam habebit. Alterum argumentum petitum est inde, quod quae pro spuriis haberi debeant Idyllia a veteribus non excitentur. Sed primum patet diversa hîc misceri. Nam inde, quod haec carmina a veteribus non commemorarentur, hoc tantum effici posset, ea recentiora esse, quam quae a veteribus commemorari potuerint. Quod nemo opinor contendat; satis vetusta enim esse et Theocriti aetatem fere attingere omnes statuunt. Non recte igitur agunt qui hoc argumentum in eum finem afferunt, ut haec carmina Theocrito abiudicanda esse contendant. Tum vero rem ipsam falsam esse ostendit scriptorum, qui plurima haec carmina commemorant, index, quem Passovii operâ praesertim adiutus exhibuit Wissowa pag. 44 sqq. Et quod vel maxime hoc loco urgeam, duodecimum illud Idyllium, quod prae aliis suspectum reddunt, nonne id ab Athenaeo et Iuliano, testibus satis gravibus et luculentis, saepius sub Theocriti nomine commemoratum reperimus? Omnium autem invalidissimum argumentum est, quum ad Virgilium provocant, qui locos ex iis tantum Idylliis, quae vere Theocritea habenda sint, imitatus sit. Nam licet reapse factum esset,

ut nulla loci cuiusdam ex epicis carminibus imitatio Virgiliana exstaret, hoc non adeo mirandum esset, quod epicorum carminum tam diversa est indoles, ut eorum imitatio in bucolicis rara tantum esse possit. Sed neque recte quisquam negaret posteriorum Theocriti carminum imitationem a Virgilio abesse. Quod ut concedas, conferas quae Wissowa p. 24. dixit.

Ex iis, quae adhuc disputavimus, id certe apparere arbitror, eorum argumentorum, quibus hucusque plurimorum Theocriti carminum fides impugnata est, non eam esse vim atque auctoritatem, haec fides ut labefactata esse videri possit. Quae nostra sit de singulis carminibus sententia, in argumentis disertius exposuimus.

Sed haec hactenus. Dicendum iam de criticâ, qualem exercuimus in lectione singulorum locorum, constituendâ.

Subsidia, quae ad textum, quod vocant, emendandum adhiberem, praeter ea, quorum usus unicuique patet, habui fere nulla. Ex codicibus, qui nondum collati essent, praeter Genevensem, de quo supra diximus, Hamburgensem, qui Theognidea quoque complectitur, ex bibliothecâ Gurlittii acceptum, quum Goettingae studiorum causâ versarer, conferre coepi. Welckero enim, qui Theognideis tum quum maxime occupatus erat, Gurlittius miserat. Sed uterque, ego et Welckerus mox intelleximus, nullo cum fructu hanc a nobis institui collationem, quandoquidem codex ille ex Aldinâ demum editione descriptus est. Cf. Bekkerus et Welckerus in iis, quae praemiserunt suis editionibus Theognidis. Ex veteribus editionibus unam habeo, de qua, quod a nemine memoratur, verbo dicam. Prodiit anno 1596 sub hoc titulo: *Θεοκρίτου εἰδύλλια, τοῦτ' ἐστὶ μικρὰ ποιήματα ἓξ καὶ τριάκοντα. Πινδάρου ποιητοῦ τοῦ λυρικοῦ Ἀργοναυτικά.* Cum exposi-

tione Grammaticâ de ore Neandri exceptâ. Impensis Iacobi Apelii. Huius vero editionis nullus critico esse potest usus. Indoctum enim hominem ei curandae praefuisse ex primis statim paginis intelligas. Expositio autem Neandri, illâ aetate fortasse commendabilis, hodie ne pueris quidem apta est. — Itaque nova quibus uterer subsidia habui nulla. Quibus si quis destitutus est, ei acquiescendum est in copiis Wartonianis et Gaisfordianis, quarum tam commodum facilemque paravit usum Io. Augustus Iacobs in editione, cuius Tomus I. Halae 1824. prodiit, ut novis Theocriti editoribus operâ suâ quam maxime consuluisse putandus sit. Insignis vero quam Iacobsius praestitit diligentia maius etiam movet desiderium telae ab eo pertexendae; quocirca vehementer optamus, ut viro doctissimo tantum otii contingat, ut hanc gratiam apud bucolicorum poetarum amatores inire possit. Ipsa autem haec tam sedula atque operosa Iacobsii diligentiam eam mihi sententiam confirmavit, neminem post Valckenaerii, Schaeferi, Kiesslingii, Meinekii et Boissonadii, virorum eruditissimorum ac sagacissimorum, studia, in Theocrito expoliendo collocata, novam texti recensionem cum prospero successu esse instituturum, nisi qui aut prorsus nova subsidia adeptus aut collatos iam melioris notae libros accuratius denuo conferendi facultatem nactus fuerit. Quamobrem non puto quenquam inventum iri, apud quem propterea in reprehensionem incurram, quod hanc mihi praescripserim normam, ut nonnisi raro ab eâ lectione recederem, quam Meinekius exhibet: quod sicubi factum, eius rei rationem plerumque reddidi. Eundem Meinekium, paucis exceptis, in interpunctione quoque et in rebus orthographicis sequutus sum, quippe qui in utrâque re laudabilem prae aliis posuerit curam. Coniecturas paucissimas recepi, ex meis ne unam quidem. Vere enim statuere mihi videor ex tantâ

veterum scriptorum copiâ vix alium esse, in quem tot tamque infelices virorum doctorum coniecturae effusae sint. Iure igitur Theocriti editori in coniecturis admittendis maximâ cautione atque circumspectione utendum est. Sed aliud est, in quo doctorum hominum consensio atque approbatio ut mihi non desit, maxime in votis est. Pertinet hoc ad rationem, quam in dialectis servavi. In hac enim parte obstaculum, quod omnibus adhuc ita obiectum est, ut certiora consequi non potuerint, cernitur in summo librorum manuscriptorum dissensu, et, quod maius etiam est, in negligenti eorum collatione. Wartonus enim et Gaisfordius quam parum diligenter copiis, quae ipsis in promptu erant, usi fuerint, una est et communis hominum doctorum vox et iusta querela. Ostendit hoc, ne cui iniquior esse videar, argumentis gravissimis Io. Augustus Iacobs in Praefatione pag. IV., pag. XCIX., alibi. Socordia Wartoni, ut insigni aliquo documento intelligas quanta sit, eo usque progressa est, ut in Idyllio XII., quod Ionicâ dialecto conscriptum esse sibi persuasisset, Doricas ex codicibus formas enotare ne operae quidem pretium habuerit. Aliud eiusdem negligentiae exemplum habes in Idyllio XVII., de quo in Argumento copiosius egi. Atque hanc quidem merito dicas socordiam; indiligentiae vero exempla deprehendas in quavis paginâ. At quomodo iam potest iustum de codicibus statui iudicium? quomodo de singulorum aetate et auctoritate, quomodo de eorum familiis et affinitate recte iudicari? Quae tamen opera nisi praecesserit, sobrius nemo Theocriti carmina ad certam dialectorum normam confingenda sibi sumet. Quamobrem id mihi faciendum putavi, ut Valckenaerii et Meinekii modestiam in dialectorum formis reponendis sequerer, et paucissima tantum mutarem, quorum mutandorum necessitas imposita esse videretur. Quam legem ita servandam putavi, ut, licet mihi de dialecti formis in

uno alterove Idyllio reponendis persuasissimum esset, in singulis tamen, quod accuratis codicum collationibus destitutus essem, nihil novarem, tametsi facili saepe negotio id facere potueram. Verum singulis missis iam sub unum conspectum proponam, quae de Theocriti sermone in universum mihi statuenda videntur.

Acturo autem de dialecto Theocriti prima quaestio est haec, ut videamus, utrum sermo, quo usus est poeta, unquam fuerit in ore populi, an ab ipso in certos usus confictus. Fuerunt qui illud adseverare conarentur. Contendunt enim Theocritum non in eorum Alexandrinorum numero habendum esse, qui e scholâ politi atque a multitudinis conspectu remoti linguam sibi conformaverint in doctis solum operibus obviam; imo eum praeclaro ab iis exemplo discedentem, ut populare poeseos genus elegerit, ita unum etiam patrium sermonem retinuisse. Contra alii id negant, clamitantes neque Theocritum immunem esse a labe, quae aetatis suae hominibus adhaereat, sed eum, quamvis plurimos antecelluerit ingenio, dialecti tamen genere carmina sua composuisse, quae plus minusve arti et doctrinae originem debeat. Veritas, ut plerumque fit, in medio est posita. Theocritus, ubi patrium sermonem, Doricum dico ac Siculum, adhibet, patet eum dialectorum formas non ita miscere potuisse, quemadmodum a Callimacho in hymnis id factum videmus, qui utramque dialectum et Doricam et Ionicam, quarum neutram ex ore hominum viventium acceperat, sed ex libris studio et labore didicerat, in scribendo usurpavit. Cf. Fridericus Iacobs in Praefatione ad Anthologiam Palatinam p. XLIII., cuius ipsa verba exscripsi. Sed neque angustis unius regionis limitibus ita se circumscribi passus est, ut nullas alias formas et voces, nisi Siculas ac Syracusanas, in usum vocaret. Verum quae mira ac singularis plane poetarum Graecorum erat libertas, ut non

stricta alicuius dialecti norma inclusi tenerentur, sed ut eius quodam temperamento uterentur, ita ut pro diversâ argumenti ratione aut ex duriore aut ex molliore dialecti formâ quaedam adsciscerent, eandem licentiam, optimorum poëtarum exemplo comprobatam, Theocritus quoque sibi sumpsit. De optimis vero poetis, qui Theocrito in eâ re exemplo fuerint, quum loquor, Pindarum aliosque lyricos poetas prae aliis intelligo. Post absolutissimam Hermanni (de dialecto Pindaricâ, in Opusculis Academicis Tom. I. pag. 245 sqq.) Boeckhiique (in editione Pindaricâ Tom. I. pag. 288.) curam nunc satis constat Pindarum quoque non certae cuiusdam regionis dialectum in suis carminibus repraesentare voluisse, sed linguam usurpare, cuius fundamentum quidem ex patrio sermone petitum esset, color tamen pro rerum tractandarum diversitate alius subinde fieret. Pindarum, cur dialectum suam temperaret, impulerunt variae causae; et modi, quos praeiret, et res, quas tractaret, et locus, quo destinaret carmen. Sed de Pindaro non amplius loquar; de Theocrito iam agimus. Is, quod diu ignoratum est, ad Pindari fere exemplum, dialectos adhibuit varias, et eiusdem adeo dialecti aliud temperamentum, prouti instituti ratio id prudenti poetae suaderet. Quod qui prae aliis et intellexerint et disertis verbis pronuntiarint, duo sunt laudandi viri doctissimi, Fridericus Iacobs et Ernestus Fridericus Poppo, quorum ille in Praefatione ad Anthologiam Palatinam pag. XLIII., hic in Prolegomenis ad Thucydidem Tom. I. pag. 253 sqq. iudicium protulerunt verissimum sanissimumque.

Scilicet Theocriti carmina, quae in hac collectione nobis supersunt, quum aliud in alio argumento versetur, poetam eas dialectos, quae rebus essent quam maxime accommodatae, in iis tractandis adhibuisse pro certo ponendum. Carmina enim omnia, exceptis epigrammatis, si argumenti ratione habitâ

in classes digerere vis, tria sunt constituenda genera; primum quod bucolicum et mimicum dixeris; secundum quod ad lyricum carminum genus accedit; tertium quod fere totum epicum est. Haec genera, utpote in quibus nobilissimos poetas repererit Theocritus, qui sibi exemplo iam praeiissent, in mimico Sophronem, in lyrico Alcaeum et Sapphûm, in epico Homerum, dialectorum usum ita praescripserunt nostro poetae, ut in primo Doricam, sed, quod mox videbimus, suâ arte temperatam sectaretur, in secundo Aeolicam, in tertio epicam Homeri.

Doricam vero dialectum quum dico regnare in carminibus bucolicis et mimicis, duplex eius genus, sive, si mavis, temperamentum duplex probe discernendum est. Sunt enim carmina, in quibus id egit Theocritus, ut pastoralem Siculorum vitam eorumque mores nobis depingeret, vel ut vulgarium hominum sermones et contentiones nobis exhiberet, vel ut res ab aliis gestas in pastoritiam scenam quasi traduceret. In horum carminum numero sunt undecim priora, Idyllium decimum tertium, quartum, quintum. In his dialectus est Dorica, durior et asperior, quam Siculam sive Syracusanam dicas, talem certe quae proxime abesset ab vulgarium in Siciliâ hominum usu ac consuetudine. Quam dialecti formam a Pindaricâ prorsus recedere mirari noli. Exemplis id, quod volo, iam ostendere liceat. Reperiuntur in his Idylliis voces mere Syracusanae, ut *ἁρμοῖ*, de quo diximus ad Idyllium IV, 51. Porro formas in his Idylliis adhibet Theocritus, quae aut vulgari tantum hominum consuetudini aut duriori certe Doricae dialecti generi propria essent. Afferam ex uno Idyllio undecimo, quod *δωρικώτατον* est, haec: *τίν*, quod ter in eodem carmine pro *σέ* positum est (vide annotationem ad versum 39.) *ἧς*, quod versu 33 rescribendum erat pro *εἷς*. Alia nunc omitto, quae in causâ erant, ut versu 71. *σφύσδειν* tolerari non posset pro *σφύσδην*, quod in codicibus exstat. Porro *τέ* pro *σέ*

positum Idyllio I. versu 6 (ubi vide annotationem). Accusativus pluralis secundae declinationis in ος, ut τὼς λύκος, τὼς παρθένος. Secunda perfecti persona in ης terminata, ut Idyllium VII, 83, 103 (ubi vide quae diximus). Inprimis hîc notandus est usus particulae αἰ cum indicativo, de quo explicatissime egit Mehlhorn ad Anacreontem pag. 216. Cuius disputationis haec est summa, ut αἰ propriam sedem habeat in Idylliis his vere bucolicis et mimicis; cum indicativo enim in Idylliis tantum δωρικωτάτοις, quinto v. 64. (ubi vide annotationem), octavo v. 33. v. 37. v. 85., undecimo v. 50. v. 56. reperiri; in ceteris locis rem esse incertam. Alia, de quibus in annotatione criticâ dixi, missa nunc facio. Quantum vellemus glossaria nobis superessent insignium aliquot grammaticorum, velut Rhinthonis, Aristophanis Byzantini, aliorum, de quibus lege Valckenaerium ad Adoniazusas pag. 293. A. Disceremus ex iis quae dialecti quum Siculae tum Syracusanae fuerit ratio, ut iudicare possemus, in quantum patriam dialectum variaverit Theocritus in his Idylliis. Verum quum temporum iniuriâ egregia haec opera perierint, sedulâ diligentiâ conquirenda certe, quae ex iis derivata in scholiastarum, lexicographorum, grammaticorum scripta, quae hodie nobis supersunt, translata sunt. Nec dubito quin, si quis quae dispersa nunc leguntur collegerit, glossarium aliquod Siculum sive Syracusanum confici possit, quod etsi non absolutum atque perfectum habendum sit, multum tamen lucis Theocrito allaturum esset. Praeter grammaticorum scripta inscriptiones in Siciliâ et Graeciâ magnâ repertae in eundem finem adhibendae erunt; ex Archimedis porro libris ii, qui genuini sunt. Hac ratione certum aliquod fundamentum poni potest, quo disquisitio de Doricâ dialecto in prioribus Idylliis quae supra significavi superstruatur. Ante omnia vero accuratâ codicum collatione opus est. Qui ubicunque formas severiores offerunt,

hanc normam sequendam esse arbitror, ut eae sine haesitatione recipiantur. Quod tanto maiore cum curâ faciendum esse omnes concedent, si reputaverint vulgatae quae dicitur in Theocrito lectionis fontem esse Aldi editionem, qui, mirum quibus causis inductus fuerit, Doricas formas a codicibus oblatas ita neglexit, ut earum loco vulgares saepenumero induceret. Quod ne quis de medio me sumpsisse credat, legatur Io. Augustus Iacobsius in Praefatione pag. XXI. Aldi exemplum primus deseruit Iunta, qui, quod laudabile habendum, codicibus suis ita usus est, ut Doricas formas eorum ope revocaret. Vide eundem Iacobsium pag. XXXI. Quamobrem maximis laudibus praedicandus quoque Valckenaerius, qui, posteaquam intellexerat, quanta sit Iuntinae editionis praestantia, ad eius auctoritatem se addixerit. Sed vir egregius, qua erat modestiâ et circumspectione, non in omnibus locis, quibus debuisse videtur, Iuntinam expressit. Qua in re haec lex sequenda videtur, ut, ubi ad Iuntinae editionis fidem bonorum codicum auctoritas accedat, Doricae formae in his Idylliis restituantur. Quam rationem si sequimur, a temerariâ Brunckii libidine Doricas formas obtrudendi poetae, haud minus eâ damnandâ, procul aberimus. Et postulat hanc cautionem a nobis ipse poeta. Nimirum Theocritus ipse non usquequaque in iisdem Idylliis constantem sequitur dialecti tenorem, sed, prout soni in proximis verbis gratia et suavitas invitaret, aut dictionis etiam color suaderet, formas minus severas et vulgares adeo non dubitavit usurpare. Hoc quum insolentius a nobis statui videri possit, luculenta haec exempla vel minimum eximent scrupulum. In Idyllio II, 114. legitur ἔφϑασα, forma communis, in versu proximo ἔφϑαξα, forma Dorica, utraque metro satis defensa. Ex Pindaro quidem similis licentiae in annotatione excitavi exemplum; sed, quod valde tenendum, loci ex diversis carminibus petiti

sunt. In Idyllio octavo tres eiusdem verbi formae nobis obviam fiunt *λῶ* sive *λῆμι*, *θέλω* et *ἐθέλω* (vide annotationem ad Idyllium VIII, 7. collatâ annotatione ad Idyllium XX, 3.). Porro promiscue in uno eodemque carmine ponuntur formae pronominis *τῆνος* et *κεῖνος*. Exempla petam ex Idyllio II. cf. versus 31 sqq. et versus 84. Tum in Idyllio I. versu 36 est *γελεῦσα*, versu 95 *γελάοισα*. Idyllio VII, 78 *εὐρέα*, at versu 81 *ἀδεῖα*. Talia nobis debent documento esse, ut in Idyllio I. formas *Μοῖσαι* et *Μῶσαι* iuxta positas non moveamus. Cf. quae in annotatione criticâ ad Idyllium II, 78. monuimus. Haec exempla, quae locorum copiâ et metri necessitate quemvis sanum a temerariis mutationibus deterrent, regulam tamen quam supra proposui non labefactant, sed potius confirmant, ut addicentibus quidem libris Doricae formae restituantur.

Alterum est Doricae dialecti genus in Idylliis XVIII. XIX. XX. XXI. XXIII. XXIV. XXVI. XXVII. Proxime id accedit ad Pindaricum. Formae enim severioris illius Dorismi ut pleraeque omnes absunt, ita aliae substitutae sunt, quas vulgares magis dixeris. Uno verbo dialectus est ad Ionicam nonnihil emollita. Saepius igitur *ἦλθον* habes pro *ἦνθον*, *ἐλθών* pro *ἐνθών*, *κεῖνος* pro *τῆνος*, *μόνος* sive *μοῦνος* pro *μῶνος*, *μῆλον* pro *μᾶλον*, alia. In his Idylliis patet maiorem etiam in revocandis formis Doricis adhibendam esse cautionem. Librarii enim, priorum carminum Dorismo adsueti, iam procliviores facti erant ad alias ex illorum analogiâ reponendas. Non igitur sufficit, ut unus alterve codex Doricam formam offerat, sed plures iique boni in eâ consentire debent. Ceterum in hac quoque carminum classe formarum varietatem aliquam sibi indulsit Theocritus, velut quod in Idyllio XX, 42 *μόνα*, versu 45 *μώνη* posuit.

Aeolicam dialectum quod Theocritum in lyricis carminibus usurpasse contendi, ea observatio pertinet

ad carmina XXVIII. et XXIX. De quibus quum in Argumentis copiosius disputaverim, verbo rem hic tetigisse sufficiet.

Epica dialectus est in carmine XVI., quanquam in hoc multae admixtae sunt Doricae formae, ut medium quendam inter Doricam et epicam dialectum locum obtineat, in carminibus XVII. XXII. XXV. Est vero ea non usquequaque Homerica, sed in eam formam flexa, in quam praeeuntibus aliis epicis Alexandrinorum aetas convertit. Non huius est loci, ut ostendamus, a quibus viris ea immutatio quodammodo praeparata fuerit et in quibus rebus ista sermonis diversitas inter epicam Homeri et Alexandrinorum consistat. Sed quorum interest hoc accuratius cognoscere, ii legant eruditissimam Naekii disputationem ad Choerili Fragmenta pag. 69 sqq. Nostrum id potius est, ut paucis declaremus eorundem Alexandrinorum vitia in hac quoque parte traxisse sermonem Theocriteum. Ad horum vitiorum numerum pertinet, quum Theocritus, perversâ haud dubie grammaticorum suae aetatis interpretatione motus, Homerica vocabula pravo sensu adhibuit. Sic *ἴσχον* (de quo vide annotationem ad Idyllium XXII. v. 167.); *ἕκηλος* (de quo cf. annotatio ad XXV. v. 100.); *ἀγοστός* (cf. annotatio ad Idyllium XVII. v. 129.); *κρήγυος* (cf. annotatio ad Idyllium XX. v. 19.); *ἀνανείκεσθαι* (cf. annotatio ad Idyllium XXIII. v. 18.); *εὐθύ* de tempore (cf. Idyllium XXVI. v. 15.); dualis pro plurali positus (vide Idyllium XXV. v. 137.); pronomina *σφέ* et *σφέτερος* (vide Idyllium XXII. v. 67. XXV. v. 163.). Theocritum ab his aetatis suae vitiis neque in bucolicis Idylliis prorsus immunem habendum esse docet usus verbi *εἴδομες* (vide annotationem ad Idyllium II, 25.). Huc referas etiam eos locos, in quibus vocalis ante *οἷ* eliditur aut syllaba in consonantem desinens corripitur (vide annotationem ad Idyllium XV. v. 112. XXV. v. 270. XXII. v. 112.). His Idylliis, quae epicam servant

dialectum, ita sunt nonnulla propria, ut ea frustra in aliis carminibus quaeras. Sic epicum γεγαῶτες in Idyllio XVII. v. 26. δαιτηθεν in Idyllio XVII. v. 28. ἔσχον in Idyllio XXV. v. 274., cuius nullum exemplum in Doricis Idylliis deprehendes. Tandem creberrimae in iisdem reperiuntur imitationes locorum Homericorum; plurima exempla in annotationibus excitavi. — In omnibus his quae designavi carminibus hanc equidem regulam sequendam statuo, ut Doricae formae iubentibus libris prorsus expellantur. Quo facto eorum dictio parum aut nihil discrepabit ab eâ, quam in Apollonii Rhodii Argonauticis invenies.

Haec habui quae de dialecto Idylliorum Theocriti in universum dicerem. De epigrammatis, in quibus maximam partem Dorismus mollior regnat (excepto eo, quod in Epicharmum scriptum est, in quo consulto severiores Dorismi servati sunt), nihil attinet dicere. In eorum dialecto constituendâ fidem Codicis Palatini sequendam esse recte contendere mihi videor.

Cum disquisitione de dialectis alia arcte coniuncta est eademque vim habens latissimam in criticam exercendam; spectat ea hiatus, quorum quum in reliquis carminibus tum in his epicis sat magna reperitur copia. Ac tanto magis necessarium nobis videtur, ut, quae in commentario dispersis locis scripserimus, ea hic componamus, quoniam ex plurimorum locorum conspectu haud parvam in totam rem redundare arbitror utilitatem. Praeterquam enim quod multa hiatus exempla, quum singula spectantur, insolentiora videantur, inter se vero comparata facilius excusentur et defendantur, id etiam, quum sub unum conspectum posita fuerint, patebit, discrimen esse magnum in eâ quoque re inter diversa carminum genera. Etenim multo minorem sibi in hiatibus admittendis indulsit poeta licentiam in bucolicis et lyricis quam in epicis. In illis hiatus sunt

rariores et ex eo genere, quod auribus minus molestum est; in his frequentiores et insolentiores, partim Homerico tantum usu excusandi. Quod vere observatum iam a Gerhardio in Lectionibus Apollonianis pag. 184. Sed ut ordinem aliquem in recensendis hiatibus Theocriteis servemus, sequamur eum, quem cum maximo fructu praeiverunt Gerhardius in Lectionibus Apollonianis, et Fridericus Iacobsius de poetis epigrammatariis disputans in Addendis ad Praefationem Tom. III. P. I. Duo hiatuum genera probe sunt discernenda; alterum, quod ex longarum vocalium in arsi positarum aut inter se, aut cum brevibus concursu oritur: alterum, quod breves vocales in thesi collocatae efficiunt. Atque illud quidem genus tam saepe reperitur tamque parum habet offensionis, ut saepe ne in hiatuum numerum quidem relatum sit. Veruntamen diligentior rei consideratio ostendit horum quoque hiatuum diversas classes esse constituendas. Nullam patet offensionem habere eos hiatus, qui ex concursu interiectionis cum nomine nascuntur; qui tanto minus offendunt, quod iis nec tragicos abstinuisse constat. Sic Idyll. XVI. v. 104. *Ὦ Ἐτεόκλειοι θύγατρες.* Haud maiorem offensionem praebent ii hiatus, qui fiunt, ubi longam vocalem praepositio sequitur, aut verbum cum praepositione compositum, aut aliud huiusmodi vocabulum, quod cum proximis verbis sensu arctissime copulatur. Ad hoc genus refer Idyll. II. v. 152. *ἀκράτω ἐπεχεῖτο.* Idyll. XIV. v. 33. *κόλπω ἐπιθυμήσασα.* Nec multum abest Idyll. I. v. 98. *Ἆρ' οὐκ αὐτὸς Ἔρωτος ὑπ' ἀργαλέω ἐλυγίχθης.* Proxime ad horum hiatuum genus accedunt ii, quos articulus facit cum substantivo. Idyll. VIII. v. 72. *κἄμ' ἐκ τῶ ἄντρω.* Porro excusationem habent ii, qui distinctione caesuram iuvante molliuntur. Pari ratione defenduntur ii, qui in nomine proprio admissi sunt: Idyll. VII. v. 77. *Ἢ Ἄθω ἢ Ῥοδόπαν,* Idyll. XVI. v. 74. *Ῥέξας ἢ Ἀχιλεύς.* Idyll. XXV. v. 170. *ἢ Ἄργεος ἐξ ἱεροῖο.* v. 209. *τὸ μὲν αὐτὸς ὑπὸ ζαθέῳ Ἑλικῶνι Εὑρών.* Idyll. XVI. v. 31. *ἐπὶ ψυχροῦ Ἀχέροντος.*

v. 41. σχεδίαν στυγνοῦ Ἀχέροντος. Ii tantum ex hoc genere hiatus aliquid offensionis habere videntur cum Gerhardio p. 165., ubi minoris ponderis dicto, ut copulae vel simili coniunctioni, maior vis quam decet ob vocis elationem tribuenda sit. Sic Idyll. XXV. v. 274. ἀργαλέον μάλα μόχθον· ἐπεὶ οὐκ ἔσκε σιδήρῳ Τμητή. Sed defendendus is videtur Homericis exemplis Odyss. V. v. 364. ἐπεὶ οὐ μέν τι πάρα προνοῆσαι ἄμεινον. Odyss. VIII. v. 585. ἐσθλός; ἐπεὶ οὐ μέν τι κασιγνήτοιο χερείων. Quanquam non dissimulandum hos quoque locos Gerhardio pag. 167. corrigendos videri. — Alterum hiatuum genus, idque maiori offensioni obnoxium, id est, quum breves vocales in thesi collocatae sunt: nam ubi longa vocalis in thesi posita ante aliam corripitur, is non habendus est hiatus. Ad illud hiatuum genus igitur quod attinet, eos quoque non omnes eâdem molêstiâ premi patet. Primum enim sunt hiatus quidam, qui ne Atticos quidem offenderunt. Sic Idyll. I. v. 88. et v. 91. ὅτι οὐ. Idyll. III. v. 24. τί ὁ δύσσοος; Idyll. XXIII. v. 3. οὐδὲ ἐν ἅμερον εἶχε. Eandem veniam habet, observante id Gerhardio pag. 184., Doricum τὺ his locis: Idyll. V. v. 41. τὺ δ' ἄλγεες et Idyll. XIV. v. 2. ἀλλὰ τὺ αὐτόν. Deinde ii hiatus, quos Homericus usus sancivit, minime offendunt, ut recentiores adeo versuum artifices iis non abstinuerint. Cf. Wernicke ad Tryphiodorum pag. 345. pag. 483. In hunc numerum referre possis Idyll. II. v. 146. μάτηρ τᾶς γε ἐμᾶς αὐλ. Cf. Homer. Iliad. XIX, 194. δῶρα ἐμῆς. XXIII, 278. πατρὶ ἐμῷ. Hymn. in Apollinem 537., quos affert Gerhardius l. d. pag. 175. Sed vera lectio nunc restituta est ex codice Florentino. Maiore iure excusationem inde parabis his locis: Idyll. I. v. 41. ἀνδρὶ ἐοικώς. I. v. 86. ἀνδρὶ ἔοικας (vide annotationem ad locum priorem). Idyll. XV. v. 149. χαῖρε Ἄδων ἀγαπατέ, quod ad imitationem frequentissimi χαῖρε ἄναξ fictum videtur Gerhardio pag. 184. Idyll. XVI. v. 2. ὑμνεῖν ἀγαθῶν κλέα ἀνδρῶν. Idyll. XVII. v. 38. φαντὶ ἁδεῖν. Idyll. XVII. v. 6. ῥέξαντες καλὰ ἔργα. Idyll. XXII. vs. 42. λασίαις φίλα ἔργα μελίσ-

σαις. Idyll. XXIII. v. 29. καὶ τὸ ἴον. Idyll. XXIV. v. 22. φάος δ' ἀνὰ οἶκον ἐτύχθη. Idyll. XXV. v. 45. Εἰ δ' ὁ μὲν ἄρ κατὰ ἄστυ μένει παρὰ οἶσι πολίταις. Conferatur Fridericus Iacobsius in Addendis ad Praefationem Anth. Palat. pag. XXVI. Etiam duos locos Idyll. VIII. v. 14. ἰσομάτορα ἀμνόν et v. 15. οὐ θησῶ ποκα ἀμνόν Fridericus Iacobsius inde defendendos arbitratur, quod ἀμνός ut ἄρνες digamma habuerit. In Idyllio XXIV, 70. μάντι Εὐηρεΐδα Gerhardius pag. 194. proponit μάντις Εὐηρεΐδα, Meinekius statuit cum Hermanno synizesin; utroque fortasse praesidio non opus est, quod sequens nomen proprium hiatum facile excusat. De reliquis hiatibus hoc observandum. Minus iniucundi sunt ii, qui medio tertio pede in caesurâ trochaicâ admissi sunt. Idyll. VII. v. 8.

αἴγειροι πτελέαι τε εὔσκιον ἄλσος ἔφαινον.

Idyll. XIII. v. 24.

αἰετὸς ὥς, μέγα λαῖτμα, ἀφ' ὧ τότε χοιράδες ἔσταν.,

ubi, quod Fridericus Iacobsius vere observat, mireris poetam non scripsisse λαῖτμ' ἐξ ὧ. Idyll. XXII. v. 116.

εἰπὲ θεά, σὺ γὰρ οἶσθα· ἐγὼ δ' ἑτέρων ὑποφήτης.

Idyll. XXIV. v. 71.

τὼς ἔλεγεν βασίλεια· ὁ δ' ἀνταμείβετο τοίως.

Sed Idyll. XVI. v. 72. in hunc censum non venit, quod ibi κινήσουσιν ἔτι vera lectio est. — In fine quarti pedis raro Theocritus hiatum admisit, quod tanto magis mireris, quo minore cum molestiâ hoc fieret ob numeros bucolicos. Confer disputantem de hac re Fridericum Iacobsium loco dicto pag. XXV. not. **). Exempla sunt haec: Idyll. I. v. 67.

ἢ κατὰ Πηνειῶ καλὰ τέμπεα, ἢ κατὰ Πίνδω.

Idyll. II. v. 154.

ταῦτά μοι ἁ ξείνα μυθήσατο· ἔστι δ' ἀλαθής.,

qui locus etiam aliam excusationem habet. Vide Hermannum ad Orphica pag. 741. Idem valet de Idyll. XIX. v. 6.

δεῖξεν τὰν ὀδύναν, καὶ μέμφετο ὅττι γε τυτθόν.
Eiusdem carminis vers. 6. facilis quidem est Porsoni emendatio, sed minime necessaria. Idyll. XXIII. v. 48.

ἀλλὰ στὰς τόδε λέξον ἀπηνέα εἶχεν ἑταῖρον.
Unus superest hiatus, qui durior videtur, Idyll. III. v. 25.

τὰν βαίταν ἀποδὺς ἐς κύματα τῆνα ἀλεῦμαι
Sed hunc quoque quamvis facili negotio removeas, nolim tamen a quoquam hoc fiat. Verissimum est enim de hac re iudicium Hermanni de elementis doctrinae metricae pag. 48., cuius verba, ut iuvenes inprimis imbibant, hic apponam. Nostrum est quidem, ait, quum artem quandam doctrinamque harum rerum condimus, ubique regulas et leges circumspicere: sed qui obliviscuntur totum hoc genus in eo versari, quod placeat ipsumque se auribus commendet, non animadvertunt, dum morosas regulas excogitant, plus se scire velle, quam ipsi poetae sciebant, risuri profecto, si viderent, quam obscurâ eos et inutili diligentiâ usos putamus, dum nihil nisi sensum suum sequebantur, aliquando etiam aliquid, quod non satis placeret, sibi indulgentes. — Atque haec quidem de hiatibus apud Theocritum obviis.

Absolvimus ita quae de criticâ a nobis factitatâ dicenda erant. Superest, ut pauca addamus de altero editoris officio, quod in interpretatione recte instituendâ versatur. Et hoc quoque loco nobis incipiendum est inde, ut de summâ difficultate queramur, quibus iusta Theocriti interpretatio premitur. Causam si quaeris, cur prae aliis scriptoribus atque poetis tanta sit Syracusani poetae obscuritas, ea profecto non originem habet in ipsius auctoris vitio quodam, sed in similium quae in auxilium vocare possis carminum scriptorumque penuriâ. Qua in re liceat mihi Kiesslingii verba in Praefatione pag. V., paullulum variata, mea facere. „Haec interpre-

tum angustia inprimis inde nascitur, quod pauciora huius poetae carmina supersunt quam ex quibus plenam quasi numerisque suis absolutam ingenii eius foecundissimi maximeque varii imaginem haurire possis. Permultis igitur locis accidit, ut interpres destitutus imagine illâ velut certâ duce ad summum assequatur, quid non sit Theocriteum; quid autem sit Theocriteum, vel quid ipsum vatis phantasiae quovis loco obversatum fuerit, prorsus incertum relinquatur." Sed non eâdem omnia carmina interpretationis difficultate laborant; sunt alia minus impedita, alia impedimentis obsepta; nec eadem explicationis ratio in omnibus ineunda, sed in classes quasi sunt digerenda. Antequam vero ad singula accuratius spectanda progredior, non possum non, quin grato animo profitear, quemadmodum in criticis duces habuerim quos sequerer optimos, ita me in interpretis quoque munere recte obeundo duorum praecipue virorum operâ et labore plurimum adiutum fuisse, Valckenaerii, inquam, et Kiesslingii, quorum tanta in Theocrito explicando sunt merita, iis ut ex prioribus nemo comparari, nedum anteferri possit. Praeter hos maximâ laude praedicandus est Vossius, qui tam doctissimo commentario quo Virgilium illustravit, quam interpretatione Germanicâ qua Theocritum reddidit permultum contulit ad penitiorem poetae Syracusani intelligentiam. Sed vel post horum virorum studia multa superfuisse enucleanda luceque clariore perfundenda, non est quod peritioribus dicam. Et me quoque, quanquam non vereor, ne in arrogantiae crimen incurram, quum diligentiam in hac re haud oppido parvam me posuisse affirmo, longe tamen longeque a metâ abesse ipse probe sentio. Quamobrem benevoli peritique harum rerum iudices ea, quae probanda forte reperiant, aequi bonique consulant, quae vero vel manca videantur vel rectius constitui debeant humanae imbecillitati tribuant errantemque be-

nevole in viam reducant. Atque liceat mihi mea facere verba Terentiani Mauri:

Corrigenda si qua sane visa vobis hinc erunt,
Non ero stulte repugnans, aut amans prave mea;
Quin statim culpanda delens praebeam rectis locum.

Sed ut constet tamen, quid voluerim praestare, hanc ego rationem sequutus sum.

Tres mihi carminum quasi classes discernendae videntur, quarum unaquaeque proprium sibi vindicat interpretationis genus. Ut ab iis initium faciam, quae explicationem habent satis expeditam, in horum numero epica sunt ponenda, carmina dico XVII. XXII. XXIV. XXV. Non reconditior enim aliqua rerum cognitio in iis explicandis postulatur; eadem faciliorem quoque ob linguam, quam ex Homeri et Alexandrinorum usu satis cognitam habemus, praebent intelligentiam. Haec igitur carmina, ut habent quidem suas difficultates, ita tamen non vexant interpretem. — Sed duplex est praeter haec carminum genus, quae interpretem in angustias compellunt, ex quibus ne doctissimus quidem se expediat. Ad alterum eorum genus refero ea, quae res tangunt vere gestas, quod genus historicum dixerim. In quibus rite explicandis accuratissimâ illorum temporum atque Theocriti vitae notitiâ opus est. Nam aut ad amicos missa sunt carmina illorumque vitae conditionem spectant, ut Idyllia XI. et XIII., quae Niciae medico inscripta sunt. In quibus componendis certum finem habuisse videtur auctor, de quo vide in Argumentis. Aut respiciunt ipsius poetae vitam atque variam quam in diversis vitae conditionibus expertus est sortem, velut Idyllium VII., quod unum omnium difficillimum est, quoniam plurima continet, quae ad Theocriti iuventutem in insulâ Cô transactam et ad amicorum ac sodalium, quos ibi secum coniunxit, res pertinent: quarum rerum vestigia nonnisi tenuissima investigari a nobis possunt. Aut complectuntur res illo tem-

pore a regibus gestas, ut Idyllium XVI., quod in Hieronis, et XVII., quod in Ptolemaei laudes scriptum est. Pertinent ad hanc classem etiam Adoniazusae, quippe quae festum celebrant, quod, dum Theocritus Alexandriae commoraretur, splendidissime institutum fuisse videtur. In his carminibus id praesertim tenendum est, ut singula quaeque verba premamus, nec quicquam in iis poeticis loquutionibus tribuamus. Alia enim res est, quum in poetâ explicando versamur, qui eorum quae praesens vidit fidam imaginem nobis repraesentat, qui suas amicorumque res, quae vere gestae sunt, describit; alia, quum poetam tractamus, qui rebus, quae ingenio tantum ipsius obversantur, exornandis unice intentus loquutionum vim et comparationum institutarum finem non tam anxie curat. Quamobrem ut ad interiorem istorum carminum sensum penetremus, tenuissima quaeque vestigia insistere debemus; nec unquam verendum est, ne in iis rimandis nimiae subtilitatis obnoxii fiamus crimini. Hoc inprimis teneant velim ii, quibus in iis, quae in Argumentis ad Idyllia VII. XI. XII. dixi, iustos terminos egressus esse videar. Sed hunc locum ipse nunc pertractare nolo; quorum interest penitius novisse, quid discriminis intercedat, utrum interpreteris talem poetam, qualis in historicis carminibus est Theocritus, an talem, qui poeticae facultatis suae specimen daturus est, legant ac perlegant egregios B o e c k h i i et D i s s e n i i in Pindarum commentarios. — Alterum carminum genus, quod interpretes Theocriti vexat et torquet, est b u c o l i c u m et m i m i c u m. Vita hominum quotidiana in iis describitur sermoque inducitur hominum vilioris conditionis quotidianus. Quid mirum, si multa in iis reperiuntur, quae non certam syntaxeos rationem sequuntur, aut quae nullo firmari possunt exemplo (vide annotationes ad Idyll. II. v. 3. III. v. 27. IX. v. 21.). Quid mirum, si proverbia plurima nobis obveniunt, de quorum sensu coniecturas tan-

tum proferre nobis licet? Eorum certe scriptorum qui in rebus quotidianis versentur summa est penuria. Ex Sophronis reliquiis, quae mihi haec scribenti in unum collectae obversantur, haud multum proficias; plus ex Comicorum fragmentis aliquando proficies, quum Meinekii aut similium eius virorum operâ collecta fuerint. Interim ne ἀσύμβολος discessisse tibi videar, feci id, quod facere potui. Quum Theocritus plurimos invenerit imitatores, Longum, Philostratum, poetas inprimis epigrammatarios, operae pretium me facturum putavi, si apertas eorum imitationes locorum Theocriteorum diligenter afferrem. Saepenumero talis comparatio, si aut verborum usum, aut imaginum sensum spectamus, ad poetae intelligentiam haud parum conferunt. Quod si reputaveris animo, non equidem existimaverim me in comparandis aliorum poetarum locis apud Theocritum iustos migravisse fines, licet hanc copiam in alius scriptoris editione merito damnaveris.

Unum restat, quod silentio non praetermitti posse videtur, quum de scriptoribus agimus, ex quorum comparatione aliqua in Theocritum redundet utilitas. Fuerunt enim viri docti atque in his praecipue literarum divinarum interpretes, qui contenderent libros sacros, quos Ptolemaeo Philadelpho regnante in Graecum sermonem translatos esse constat, Theocrito lectos et haud paucos ex iis locos imitatione ab hoc poetâ expressos esse. Scilicet quum de Callimacho id statuisset Valckenaerius, qui postquam sententiam suam verbo significaverat in fragmentis elegiarum Callimachi pag. 18., disertius eandem exposuit in Selectis Scholiis in Libros Novi Testamenti ad Luc. XII. v. 52., exstiterunt alii, qui idem de Theocrito dicerent. Prae aliis autem libris sacris inprimis Salomonis Ecclesiastem et Canticum canticorum a Theocrito lectitatum pronuntiaverunt. Huius sententiae auctores atque patronos affero hos: Staeudlin, in commentatione, quae sic inscripta: Theocrits Idyllen

und das hohe Lied, et libro: Memorabilien von Paulus. Fascic. II. pag. 162 sqq. inserta est, Hug. das hohe Lied in einer noch unversuchten Deutung. pag. 5 sqq. pag. 42 sqq., Augusti Practische Einleitung ins alte Testament. Tom. IV. pag. 161 — 169., idem in Prooemio, quod indici praelectionum universitatis Bonnensis 1820. praemissum est. Quam sententiam ita exornaverunt, ut postquam ostendissent temporum certe rationem non obstare, quominus libri dicti a Theocrito legi et imitatione saepe exprimi potuerint, id reverâ factum esse demonstrarent ex singulorum locorum comparatione, qui, quod easdem sententias continerent eodem dictionis colore enuntiatas, aperta imitationis vestigia proderent. Verum hoc ipsum mihi negandum videtur. Accurata locorum qui in examen vocati sunt comparatio clare ostendit similitudinem, quae Theocriteis carminibus intercedit cum libris sacris, non talem esse, quae ex imitatione orta sit. Sunt sane imagines aliquot apud Theocritum, quas non multum diversas dixeris ab iis quae in libris sacris reperiuntur. Sed sunt eae ex ipsâ rerum naturâ aut ex quotidianâ hominum vitâ petitae, ut quemvis alium Graecorum poetam in easdem incidere potuisse nemo negare possit. Facili operâ promitto me ostensurum esse haud minorem similitudinem libris illis esse cum Homericis carminibus. Quapropter commentum illud licet ingeniose excogitatum docteque illustratum sit, nequaquam eam habet vim, ut editori Theocriti similes loci ex sacris libris afferendi sint in commentario: Syracusano enim poetae lucem affundunt nullam.

Haec sunt quae de Theocrito dicenda nunc habui. Quodsi operam meam bucolico praestitam viris doctis non displicuisse intellexero, brevi subsequentur Bion et Moschus, eâdem curâ ornati.

Gothae, d. 27 Nov. 1829.

ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ

ΤΟΥ ΣΥΡΑΚΟΥΣΙΟΥ

ΒΟΥΚΟΛΙΚΑ.

ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ ΓΕΝΟΣ.

Θεόκριτος, ὁ τῶν Βουκολικῶν ποιητής, Συρακούσιος ἦν τὸ γένος, πατρὸς Σιμιχίδου, ὡς αὐτὸς φησί *),

Σιμιχίδα, πᾶ δὴ τὺ μεσαμέριον πόδας ἕλκεις;

Ἔνιοι δὲ τὸ Σιμιχίδα ἐπώνυμον εἶναι λέγουσι· δοκεῖ γὰρ σιμός τις τὴν πρόσοψιν εἶναι· πατέρα δὲ ἐσχηκέναι Πραξαγόραν, καὶ μητέρα Φιλίνναν. Ἀκουστὴς δὲ γέγονε Φιλητᾶ καὶ Ἀσκληπιάδου, ὧν μνημονεύει **). ἤκμασε δὲ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ Πτολεμαίου τοῦ ἐπικληθέντος Λαγωοῦ. Περὶ δὲ τὴν τῶν Βουκολικῶν ποίησιν εὐφυὴς γενόμενος πολλῆς δόξης ἐκ τούτων ἐπέτυχε. Κατὰ γοῦν τινὰς Μόσχος καλούμενος Θεόκριτος ἐπεκλήθη.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΟΥ ΚΑΙ ΠΩΣ ΕΥΡΕΘΗ ΤΑ ΒΟΥΚΟΛΙΚΑ.

Τὰ Βουκολικά φασιν ἐν Λακεδαίμονι εὑρεθῆναι καὶ περισσῶς προκοπῆς τυχεῖν. Τῶν γὰρ Περσικῶν ἐνεστώτων ἔτι καὶ φόβῳ πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα ταρασσόντων, ἐνέστη ἑορτὴ Ἀρτέμιδος Καρυάτιδος. τῶν δὲ παρθένων ἀποκεκρυμμένων διὰ τὴν ἐκ τοῦ πολέμου ταραχὴν, ἀγροῖκοί τινες εἰςελθόντες εἰς τὸ ἱερὸν ἰδίαις ᾠδαῖς τὴν Ἄρτεμιν ὕμνησαν· τῆς δὲ τούτων ξένης μούσης ἀρίστης γενομένης, παρέμεινε τὸ ἔθος καὶ ἐφυλάχθη. Ἄλλοι δὲ τοῦτον τὸν τρόπον ἐν

*) Locus est Idyll. VII, 21.

**) in Idyll. VII. Vide quae in Argumento huius id. disputavimus.

Τυνδαρίδι τῆς Σικελίας πρῶτον ἀχθῆναι *) λέγουσι τὰ Βουκολικά. Ὀρέστῃ γὰρ ἐκκομίζοντι τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ξόανον ἐκ Ταύρων τῆς Σκυθίας χρησμὸς ἐξέπεσεν, ἐν ἑπτὰ ποταμοῖς ἐκ μιᾶς πηγῆς ῥέουσιν ἀπολούσασθαι· ὁ δὲ πορευθεὶς εἰς Ῥήγιον τῆς Ἰταλίας τὸ ἄγος ἀπενίψατο ἐν τοῖς λεγομένοις διαχώροις ποταμοῖς· ἔπειτα εἰς Τυνδαρίδα τῆς Σικελίας ἦλθεν· οἱ δὲ ἐπιχώριοι τὴν θεὸν ἰδίοις ᾄσμασιν ἀνυμνήσαντες ἔθει τὴν πρώτην παρέδωκαν εὕρεσιν. Ὁ δὲ ἀληθὴς λόγος τοιοῦτος. Στάσεώς ποτε γενομένης ἐν Συρακούσαις, καὶ πολλῶν πολιτῶν φθαρέντων, εἰς ὁμόνοιαν τοῦ πλήθους λοιπόν ποτε ἐλθόντος, ἔδοξεν Ἄρτεμις αἰτία γεγονέναι τῆς διαλλαγῆς· οἱ δὲ ἀγροῖκοι, τούτου χάριν δῶρα κομίσαντες, γεγηθότες ὕμνησαν τὴν θεὰν διὰ τῶν συνήθων αὐτοῖς ἀγροικικῶν ᾠδῶν· καὶ οὕτως ἔλαθεν ἔθος γενέσθαι κἀν τοῖς ἐφεξῆς.

ΠΕΡΙ ΔΙΑΦΟΡΑΣ ΤΩΝ ΒΟΥΚΟΛΙΚΩΝ.

Τὰ Βουκολικὰ ἔχει διαφορὰν τὴν τῶν ποιημάτων ἐπιγραφήν· καὶ γὰρ Αἰπολικά ἐστι, καὶ Ποιμενικά, καὶ Μικτά. Τὴν μέντοι ἀπὸ τῶν βοῶν εἴληφεν ἐπιγραφήν, ὡς ἀριστεύοντος τοῦ ζώου· διὸ καὶ Βουκολικὰ εἴρηται πάντα. Λέγεται δὲ Βουκόλος παρὰ τὸ τὰς βόας ἐλαύνειν, ἢ ἀπὸ τοῦ τὰς βόας κωλύειν ἀτιμαγελώσας, ἢ τῶν βοῶν κορεῖν καὶ ἐπιμελεῖσθαι **), τροπῇ τοῦ ἀμεταβόλου εἰς ἀμετάβολον. Ἄιδειν δέ φασιν αὐτοὺς ἄρτον ἐξηρτημένους θηρίων ἐν ἑαυτῷ τύπους ἔχοντα, καὶ πήραν πανσπερμίας ***) ἀνάπλεων, καὶ οἶνον ἐν αἰγείῳ ἀσκῷ, σπονδὴν νέμοντας τοῖς ὑπαντῶσι, στέφανόν τε περικεῖσθαι, καὶ κέρατα ἐλάφων προσκεῖσθαι, καὶ μετὰ χεῖρας ἔχειν λαγωβόλον· τὸν δὲ νικήσαντα λαμβάνειν τὸν τοῦ νενικημένου ἄρτον· κἀκεῖνον μὲν ἐπὶ τῆς τῶν Συρακουσίων μένειν πόλεως, τοὺς δὲ νενικημένους εἰς τὰς περιοικίδας χωρεῖν, ἀγείραντας †) ἑαυτοῖς τὰς τροφάς· διδό-

*) Schaeferus suspicatur ᾀσθῆναι.

**) κορεῖν i. q. ἐπιμελεῖσθαι. Sic passim in Grammaticorum scriptis explicitum legas. Cf. Locellam in Eckhel. Doctrin. Nummor. Vet. P. I. Vol. IV. p. 289. Schaefer.

***) πανσπέρμων ὀσπρίων, ut Diodorus Zonas Epigr. 11. Schaefer.

†) Schaefer. corrigit ἀγείροντας. Idem mox ᾄδειν δὲ καὶ ἄλλα τινά.

ναι δὲ καὶ ἄλλα τινὰ παιδιᾶς καὶ γέλωτος ἐχόμενα, καὶ εὐφημοῦντας ἐπιλέγειν,

Δέξαι τὰν ἀγαθὰν τύχαν, δέξαι τὰν ὑγίειαν,
Ἂν φέρομεν παρὰ τῆς θεοῦ, ἂν ἐκαλέσσατο τήνα *).

ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ ΕΠΙ ΤΗι ΑΘΡΟΙΣΕΙ ΤΩΝ ΒΟΥΚΟΛΙΚΩΝ ΠΟΙΗΜΑΤΩΝ.

Βουκολικαὶ Μοῖσαι σποράδες ποκά, νῦν δ' ἅμα πᾶσαι
Ἐντὶ μιᾶς μάνδρας, ἐντὶ μιᾶς ἀγέλας **).

ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΑΥΤΟΥ ΒΙΒΛΟΝ.

Ἄλλος ὁ Χῖος· ἐγὼ δὲ Θεόκριτος, ὃς τάδ' ἔγραψα,
Εἷς ἀπὸ τῶν πολλῶν εἰμι Συρηκοσίων,
Υἱὸς Πραξαγόραο περικλειτῆς τε Φιλίννης·
Μοῦσαν δ' ὀθνείην οὔποτ' ἐφειλκυσάμην ***).

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΒΟΥΚΟΛΙΚΩΝ ΕΠΙΓΡΑΦΗΣ.

Θεοκρίτου Εἰδύλλια Βουκολικά. Ἰστέον, ὅτι Εἰδύλλιον λέγεται τὸ μικρὸν ποίημα, ἀπὸ τοῦ Εἶδος, ἡ θεωρία· οὐκ Εἰδύλλιον παρὰ τὸ Εἴδω, τὸ εὐφραίνω. Ἄλλως. Εἰδύλλιον λέγεται, ὅτι εἶδός ἐστιν ὁποῖόν ἐστι λόγος. Ὑποκοριστικῶς λέγεται Εἰδύλλιον †).

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΤΗΣ ΠΟΙΗΣΕΩΣ ΧΑΡΑΚΤΗΡΩΝ.

Πᾶσα ποίησις τρεῖς ἔχει χαρακτῆρας, διηγηματικόν, δραματικόν, καὶ μικτόν. Τὸ δὲ Βουκολικὸν ποίημα μίγμα ἐστὶ παντὸς εἴδους, καθάπερ συγκεκραμένον· διὸ καὶ χαριέστατον τῇ ποικιλίᾳ τῆς φράσεως, μᾶλλον δὲ τῆς κράσεως, ποτὲ μὲν

*) Sunt versus Priapeii, non heroici. — In τύχαν est vitium metricum, quod in huiusmodi cantiuncula plebeiorum hominum non curandum.

**) Legitur etiam in Anthol. Palat. IX. 205. Tom. II. p. 69. De sensu uberius disputavimus in Praefat.

***) Repetitum est in Epigr. Theocr., in quibus ultimum locum occupat. De sensu vide quae in Praefat. exposuimus.

†) De significatione vocis εἰδύλλιον praeter alios accuratissime dixit Wissowa in Theocrito Theocriteo.

συγκείμενον ἐκ διηγηματικοῦ, ποτὲ δὲ ἐκ δραματικοῦ, ποτὲ δὲ ἐκ μικτοῦ, ἤγουν διηγηματικοῦ καὶ δραματικοῦ, ὁτὲ δὲ ὡς ἂν τύχῃ. Εἰς ὅσον δ' οἷόν τέ ἐστιν, αὕτη ἡ ποίησις τὰ τῶν ἀγροίκων ἤθη ἐκμάσσεται, τερπνῶς πάνυ τοὺς τῇ ἀγροικίᾳ σκυθρωποὺς τὸν βίον χαρακτηρίζουσα. Ἐκπέφευγε δὲ καὶ τὸ ἄγαν ἁδρὸν καὶ ὑπέρογκον τῆς ποιήσεως.

Δωρίδι καὶ Ἰάδι διαλέκτῳ χρῆται ὁ Θεόκριτος, μάλιστα δὲ ἀνειμένῃ καὶ χθαμαλῇ Δωρίδι παρὰ τοῦ*) Ἐπιχάρμου καὶ Σώφρονος· οὐ μὴν ἀπολιμπάνεται καὶ Αἰολίδος. Ἄλλως. Ἰστέον, ὅτι ὁ Θεόκριτος Δωρίδι διαλέκτῳ κέχρηται τῇ νέᾳ· δύο γάρ εἰσι, παλαιά, καὶ νέα· καὶ ἡ μὲν παλαιὰ τραχεῖά τίς ἐστι· ἡ δὲ νέα, ᾗ καὶ Θεόκριτος χρᾶται, μαλθακωτέρα καὶ εὐκολωτέρα.

Ἀπορία. Πῶς Βουκολικὰ ὑπεγράφησαν, μὴ ὄντων ὅλων Βουκολικῶν, ἀλλὰ καὶ ποιμενικῶν καὶ αἰπολικῶν; Λύσις. Ἐκ τοῦ κρείττονος μέρους ταῦτα τῶν τετραπόδων ὑπέγραψαν.

Πῶς οὐχ ὑπογράφονται **) ταῦτα τὰ ποιήματα Διάλογοι (διαλέγεται γὰρ ἔν τισι πρόσωπα·), ὡς καὶ τὰ τοῦ Λουκιανοῦ; Οὐκ ἤθελεν ὁ ποιητὴς θεῖναι ἀλλοίας καὶ ἀλλοίας ἐπιγραφάς, ἀλλὰ μίαν ἁρμόζουσαν πᾶσι τοῖς ποιήσιν αὐτοῦ. Εἶδος γὰρ λόγου ἐστὶ καὶ τὸ διηγηματικόν, καὶ τὸ δραματικόν, καὶ τὸ μικτόν· καὶ διὰ τοῦτο ὑπεγράφησαν εἰδύλλια.

Πῶς οὐχ ὑπεγράφη ἐν τῷ εἰδυλλίῳ τούτῳ τὸ τοῦ αἰπόλου ὄνομα, ἀλλὰ τοῦ ποιμένος; Διὰ τὸ μέλλειν παρεισαχθῆναι τὸν ποιμένα κρειττόνως τῇ καλάμῃ φθεγγόμενον.

Ἰστέον, ὅτι ὁ Θεόκριτος ἐγένετο ἰσόχρονος τοῦ τε Ἀράτου, καὶ τοῦ Καλλιμάχου, καὶ τοῦ Νικάνδρου· ἐγένετο δὲ ἐπὶ τῶν χρόνων Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου.

*) Legendum aut τὴν τοῦ Ἐπιχ.; aut simplicius τὴν Ἐπιχ. Animadvertit Schaefer.

**) Saepius hic legas verbum ὑπογράφειν, pro quo exspectaveris alterum compositum ἐπιγράφειν. Schaefer.

I.

Argumentum.

Poeta Daphnidis, qui herois loco inter pastores Siculos habebatur, celebraturus obitum, aditum sibi parat a caprarii cuiusdam et Thyrsidis pastoris colloquio. Post mutuas laudes — 14. Thyrsis caprarium rogat, ut carmen syringe moduletur — 18., quod hic ob Panis religionem renuens, Thyrsidem vicissim, ut carmen de Daphnidis morte canat, praemiis propositis permovere studet — 63. Thyrsis conditione acceptâ, Nymphis invocatis, carmen orditur, quod a descriptione doloris, quo ferae et armenta ob imminentem Daphnidis mortem affecta fuerint gravissimo, progreditur — 75. Tum dii, ruris pastorumque custodes, Mercurius et Priapus, pastoresque ipsi aegrum Daphnidis animum alloquutionibus erigere conantur — 93, quibus omnibus quum nihil respondisset, in Venerem, quae post illos venerat, gravissime invehitur, quippe quae superbis quibusdam Daphnidis in Amorem vocibus exacerbata, morbum, quo tabescit, ei immisisse putanda sit — 113. Tum verbis suavissimis, vitae quaeque illum olim oblectaverant rebus valedicit, simulque sermoni et vitae finem facit, Venere eum frustra revocare et erigere conante — 141. Carmine finito caprarius pastori promissa praemia, insigni laude additâ, tradit. — De Daphnide eiusque amoribus conf. Schol. Theocrit. Id. VII fin. quosque laudavit veterum locos Heynius in Argum. Ecl. Virgil. V. Sed tenendum est hanc fabulam a multis diverso modo esse traditam, nec quemquam esse inter veteres, cum quo Theocriteum carmen penitus conspiret. Quae diversitas non satis animadversa interpretes Theocriti, res dissimiles inter se conciliaturos, in varios errores implicavit. F. I.

Ipsius de Daphnide fabulae indolem et rationem fusius tractat Welcker in censurâ de Kleinii Stesichoro latâ (in Iahns Iahrb. 1829. I. Bnd. 3 Fasc. p. 287 sqq.), qui postquam accuratius ostendit, quibus in rebus Theocritus discedat a Stesichoro, qui primus Daphnidis amores cecinit, tum Daphnidem adumbrat, qualem Theocritus reprae-

sentet. Ingenue tamen fateor virum eruditissimum mihi, qui Fr. Iacobsii sententiam amplector, suam interpretationem mythique expositionem nondum persuasisse. — Praeter Welckerum Daphnidis fabulam tractavit etiam D. Iac. van Lennep in Commentationibus latinis classis tertiae Instituti reg. Belg. Vol. II. an. 1820. p. 157. sqq., qui censet Daphnidem diu contemtorem Amoris tandem ex ira Veneris deperire coepisse puellam, quae amori ipsius non responderit: unde ipsum moerore contabuisse. — Fr. Iacobs. quid statuat de Daphnide atque infelice eius amore, discas ex ipsius annotationibus ad vs. 85. 100.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.

*Αὕτη ἡ ὑπόθεσις εἰς Δάφνιν γράφεται, ὃς διὰ μὲν τούτου τοῦ εἰδυλλίου τέθνηκε, διὰ δὲ τοῦ ἑξῆς ὡς ζῶντος αὐτοῦ μνημονεύει· ὅμως τοῦτο προτέτακται, διὰ τὸ χαριέστερον καὶ τεχνικώτερον τῶν ἄλλων μᾶλλον συντετάχθαι· καὶ Πίνδαρος *), Ἀρχομένου δ' ἔργου, φησί, πρόσωπον χρὴ θέμεναι τηλαυγές. Ἔστι δὲ ἀμοιβαῖον καὶ δραματικώτερον, μὴ ὑποκειμένου τοῦ ποιητικοῦ προσώπου. Τὰ μὲν πράγματα διάκεινται ἐν Σικελίᾳ· ποιμὴν δέ τις εἰςάγεται πρὸς αἰπόλον διαλεγόμενος, οὗ τὸ ὄνομα οὐκ ἔστι γνωστόν. Ἄλλως. Ἐν τούτῳ τῷ εἰδυλλίῳ διαλέγονται πρὸς ἀλλήλους Θύρσις, ποιμήν, καὶ Αἰπόλος, ἤτοι Μενάλκας, ἢ καὶ Κομάτας. Ἀγνοεῖται δὲ τὸ τοῦ Αἰπόλου ὄνομα.*

Περὶ τῆς ἐπιγραφῆς τοῦ παρόντος εἰδυλλίου Θεοκρίτου, Θύρσις, ἢ Ὠιδή· τουτέστιν, ὁ βουλόμενος Θύρσιν ὑπογραφέτω, ἢ Ὠιδήν. Θύρσις μὲν γάρ ἐστιν ὁ ποιμὴν ὁ αὐλῶν, Ὠιδὴ δὲ τὸ μέλισμα τὸ φθεγγόμενον.

*) Est locus Olymp. VI. 4. Boeckh.

ΘΥΡΣΙΣ Η ΩΙΔΗ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ α'.

ΘΥΡΣΙΣ ΠΟΙΜΗΝ ΚΑΙ ΑΙΠΟΛΟΣ.

ΘΥΡΣΙΣ.

Ἁδύ τι τὸ ψιθύρισμα καὶ ἁ πίτυς, αἰπόλε, τήνα,
Ἁ ποτὶ ταῖς παγαῖσι μελίσδεται· ἁδὺ δὲ καὶ τὺ
Τυρίσδες· μετὰ Πᾶνα τὸ δεύτερον ἆθλον ἀποισῇ.
Αἴκα τῆνος ἕλῃ κεραὸν τράγον, αἶγα τὺ λαψῇ·
Αἴκα δ' αἶγα λάβῃ τῆνος γέρας, ἐς τὲ καταῤῥεῖ
Ἁ χίμαρος. χιμάρῳ δὲ καλὸν κρῆς, ἔστε κ' ἀμέλξῃς.

Idyll. I. 3. τυρίσδες] sic optimi plurimique libri. Vulgo minus dorice συρίσδες.

5. ἐς τέ] dorice pro εἰς σέ, tentatum a multis, quod haec forma uno hoc apud Theocritum loco legatur, alias apud eundem τύ. Sed cautionem suadent unanimis codd. consensus et vetus Apoll. Dysc. testimonium, qui in libro de pronom. p. 366. Bekk. ex hoc loco affert εἰς τὲ καταῤῥεῖ. Vid. Buttmann. Gr. ampl. I. p. 292.

6. κρῆς] Viri docti certatim reposuerunt κρέας, tum ut numeri evadant bucolici, tum ut poeta sibi constet, qui alias habet κρέας. Sed audacius mihi cum Kiessl. et Meinek. visum rariorem formam invitis codd. expellere.

1. ἁδύ — πίτυς] cum Valcken. explica: iucundum quid est lenis susurrus pinus vicinae.

2. μελίσδεται] Mosch. Id. V, 8. ἔνθα καὶ ἢν πνεύσῃ πολὺς ἄνεμος, ἡ πίτυς ᾄδει. Sic pinus loquentes apud Virgil. Eclog. VIII, 22. Cfr. annot. ad Id. VII, 26. Cum toto loco compara Epigr. ἀδεσπ. 259. — Ex vulgari loquendi ratione exspectabas ὡς ἡδὺ τὸ ψιθύρισμα τῆς πίτυος, οὕτω καὶ σὺ ἡδὺ συρίζεις. Ex liberiore enim usu in comparationibus saepe particulae comparandi non ponuntur a poetis. Dictionis rationem aperuit allato hoc loco, Dissen. ad Pindar. Nem. IV, 85. (biblioth. Graec. Vol. VI.)

4. Nota κα, ubique ponatur pro κε, produci. V. Kiessl. ad. h. l., Spitzner Prosod. §. 21. 4. not.

5. καταῤῥεῖν metaphorice usurpatum, ut apud Bion. I, 55. de Proserpina τὸ τε πᾶν καλὸν ἐς σὲ καταῤῥεῖ. In dictionis similitudinem comparat Fr. Iacobs. Callim. Fragm. 96. πάλιν τὸ δῶρον ἐς Θαλῆν' ἀνώλισθε. Cfr. Delect. Epigrammat. p. 268. Horat. I. Carm. XXVIII, 28. tibi defluat aequo a Iove.

ΑΙΠΟΛΟΣ.

Ἅδιον, ὦ ποιμάν, τὸ τεὸν μέλος ἢ τὸ καταχὲς
Τῆν' ἀπὸ τᾶς πέτρας καταλείβεται ὑψόθεν ὕδωρ.
Αἴκα ταὶ Μῶσαι τὰν οἴιδα δῶρον ἄγωνται,
Ἄρνα τὺ σακίταν λαψῇ γέρας· αἰ δέ κ' ἀρέσκῃ
Τήναις ἄρνα λαβεῖν, τὺ δὲ τὰν ὄϊν ὕστερον ἀξῇ.

ΘΥΡΣΙΣ.

Λῇς, ποτὶ τᾶν Νυμφᾶν, λῇς, αἰπόλε, τᾷδε καθίξας,
Ὡς τὸ κάταντες τοῦτο γεώλοφον αἵ τε μυρῖκαι,
Συρίσδεν; τὰς δ' αἶγας ἐγὼν ἐν τῷδε νομευσῶ.

13. *αἵ τε*] cum Valcken. atque Meinek., probante etiam Buttm. Gr. ampl. I. p. 286., dedi pro vulgato *ᾇτε*. Hoc tuens Boissonade ad Nicet. Eugen. Tom. I. p. 30. idem servavit in editione.

16. *δεδοίκαμες*] recentiorum editorum plurimi formam *δεδοίκομες*, qua etiam Id. XV, 58. usus est Theocritus, in verborum ordinem receperunt. Novum praesens *δεδοίκω* ad rationem aliorum, ut *δεδύκω*, *πεφύκω*, *λελάθω* factum est. Illud, si in uno tantum codice reperiretur, recipere non dubitarem.

19. Rectius Meineke parentheseos signa, quibus inclusa tene-

7. Ne in verbis ordinandis haesites, ita iunge singula: *ἅδιον ἢ τῆνο τὸ καταχὲς ὕδωρ ἀπὸ τᾶς πέτρας καταλείβεται*, pro vulgari *τὸ κατ. ὕδωρ ὃ καταλείβεται*, quam dicendi brevitatem in comparationibus instituendis tam Graeci quam Germani sectantur. Vid. Matth. Gr. Gr. §. 472. 4. Idem vir doctissimus insuper in literis ad me datis haec habet: „comparari potest illud apud Sophocl. Trachin. 630. *ἔνθα ἀγοραὶ Πυλάτιδες καλέονται* i. e. *ἔνθα εἰσὶν αἱ ἀγ. Πυλ. καλούμεναι*. Vid. Schaefer. Ind. ad Gregor. Cor. p. 986. not."

9. *οἴιδα*] rarior forma accusativi pro *ὄϊν*, quod ipsum legimus vs. 11., a nomin. *οἶις*, poet. pro *ὄϊς*. vid. Matth. Gr. Gr. p. 164. p. 180.

10. *ἄρνα σακίταν*] *σηκῖται* (perperam vulgo *σηκίται* scribitur) *ἄρνες, οὓς οὐκέτι γάλακτος δεομένους οἱ νομεῖς τῶν μητέρων χωρίζοντες ἰδίᾳ βόσκουσι καὶ ἐν ἰδίῳ σηκῷ κλείουσιν.* Schol.

11. *τὺ δέ*] interdum sic *δέ* ponitur, postquam praecessit *εἰ δέ*, *ἢν δέ*. Scilicet hoc inprimis fit, ubi quae in apodosi dicuntur iis, quae in protasi praecesserunt, opponuntur, ut hic *τύ* oppositum est antecedenti *τήναις*. Vid. Fr. Iacobs ad Anthol. Palat. pag. 522. Matthiae in literis ad me scriptis addit Heindorf. ad Platon. Prot. p. 475.

13. *ὡς τὸ κάταντες*] ubi declivis est collis, quod orationis concinnitas flagitare videtur. Eâdem significatione *ὡς* apud Theocr. legitur Idyll. V, 101. 103. Vid. Buttm. Gr. ampl. II. p. 286. Ex Bionis fragm. XII nolim quidquam colligas; vix enim pro imitatione Theocritei loci haberi potest. — *μυρῖκαι*, penultima huius vocis syllaba, hic et Idyll. V, 101. producta ab aliis corripitur. Vid. Spitzn. Pros. p. 103. sub voc. — Ceterum hic versus repetitus legitur Id. V, 101., utroque loco genuinus. Nam, quod saepe doctis

ΑΙΠΟΛΟΣ.

Οὐ θέμις, ὦ ποιμάν, τὸ μεσαμβρινὸν οὐ θέμις ἄμμιν
Τυρίσδεν· τὸν Πᾶνα δεδοίκαμες· ἦ γὰρ ἀπ' ἄγρας
Τανίκα κεκμακὼς ἀμπαύεται· ἐντὶ δὲ πικρός,
Καί οἱ ἀεὶ δριμεῖα χολὰ ποτὶ ῥινὶ κάθηται.
Ἀλλὰ τὺ γὰρ δή, Θύρσι, τὰ Δάφνιδος ἄλγε' ἀείδες, (pr. aes) Bergk.
Καὶ τᾶς βωκολικᾶς ἐπὶ τὸ πλέον ἵκεο μώσας·
Δεῦρ' ὑπὸ τὰν πτελέαν ἑσδώμεθα, τῶ τε Πριήπω
Καὶ τᾶν Κρανιάδων κατεναντίον, ᾇπερ ὁ θῶκος
Τῆνος ὁ ποιμενικὸς καὶ ταὶ δρύες. αἱ δέ κ' ἀείσῃς,

bantur verba τὺ γὰρ δὴ — μώσας, delevit. Iungenda enim ἀλλὰ γάρ, quarum particularum sic positarum ea est vis, ut ἀλλά pertineat ad principalem dictionis partem, causa autem cum particula γάρ inseratur. Verba sunt Buttmanni ad Sophocl. Philoct. 874. Adde Matth. ad Eurip. Phoen. 307. — ἄλγεα εἴδες, plurimi codd. offerunt aut ἄλγε' ἀείδε aut ἄλγε' ἄειδες.

22. Κρανιάδων] Κρανιάδαν, quod plures editiones occupavit, est contra regulas grammatices; vid. Buttm. Gr. ampl. I. p. 176. coll. II. p. 400. Κρανίδων, quod plurimos codd. obsidet, peccat in metrum.

etiam viris fraudi fuit, hanc veteres poetae licentiam sibi concessam esse arbitrati sunt, ut, si quid a se dictum ipsis probaretur, eo dicto bis terve in eodem opere uterentur. Vid. quae observavimus ad Id. III, 20. Heindorf. ad Horat. Sat. I, 2, 13.

14. ἐν τῷδε] sc. χρόνῳ, interea. Fallitur Schol., qui τόπῳ cogitandum dicit.

15. Ad hunc locum recte intelligendum scias necesse est vulgarem hanc fuisse superstitionem apud veteres, ex quâ sibi caverent, ne tempore meridiano deorum quietem turbarent. Quâ de causâ neque templa facile intrabant hoc tempore. Lege insignem ad hanc rem locum Lucan. Pharsal. III, 423. Pan vero iracundus deus et ob morum asperitatem pastoribus maxime metuendus. — Irae sedem veteres statuisse nares inter alia testatur locus Persii, qui est in Sat. V, 91. disce sed ira cadat naso. Alii irae sedem in iecinore aut in corde collocant. Vid. Fr. Iacobs. ad Achill. Tat. VI, 19. p. 870. apparet etiam in genis. Vid. Idem ad Achill. Tat. I, 3. p. 415. et ad Philostr. Imagg. I, 18. p. 790.

17. δριμεῖα χολά] homerice, uti Il. VI, 322. δριμὺς χόλος.

20. ἐπὶ τὸ πλέον ἵκεο μώσας] loquendi rationem similibus exemplis allatis illustraverunt editores Theocriti ad hunc locum. ἐπὶ πλέον ἄγαγε λύσσας est in Theocr. Id. III, 47. εἰς ἄκρον Μούσης ἦκον ἐλάσσας in Epigr. ἀδεσποτ. 683. Vid. Fr. Iacobs. ad Anthol. Palat. p. 172, 306.

21. Priapi atque Nympharum statuas illo loco positas tibi finge. Cfr. annot. ad Id. V, 17. VII extrem.

22. 23. θῶκος ποιμεν.] sedes a pastoribus frequentata. Vid. Fr. Iacobs. Animadvv. in Anthol. T. I. P. I. p. 426. Tom. II. P. II. p. 804.

Ὡς ποκα τὸν Λιβύαθε ποτὶ Χρόμιν ᾆσας ἐρίσδων,
Αἶγά τέ τοι δωσῶ διδυματόκον ἐς τρὶς ἀμέλξαι,
Ἃ δύ' ἔχοισ' ἐρίφως ποταμέλξεται ἐς δύο πέλλας,
Καὶ βαθὺ κισσύβιον, κεκλυσμένον ἁδέϊ καρῷ,
Ἀμφῶες, νεοτευχές, ἔτι γλυφάνοιο ποτόσδον·
Τῶ περὶ μὲν χείλη μαρύεται ὑψόθι κισσός,

24. *Λιβύαθε*] conjecit F. C. Matthiae *Λιλύβαθε*, ut sit Chromis Siculus. Sed potuit hic Chromis ex Africâ in Siciliam deductus induci, quemadmodum *Λιβυκὸν κνάκωνα* poeta Id. III, 5. memorat.

30. *κεκονιμένος*] alii *κεκονισμένος*, utrumque per se probum; illud ob codd. auctoritatem praeferendum. Vid. Buttm. Gr. ampl. II. p. 170.

32. *ἔντοσθεν*] vir doctus coniecit *ἔκτοσθεν*. Sed vid. annot. — *γυνά τι θεῶν δαίδαλμα*, viginti apud Gaisford. codd. et antiquiores editt. praebent *γυνά τις θεῶν δαίδαλμα*, quod quamvis ob versus rationem tolerari queat, tamen ob sensum nullo modo probari

24. lunge *ἐρίζων πρὸς Χρόμιν*. Dicitur enim vel *ἐρίζειν πρός τινα*, vel *ἐρίζειν τινί*. Eadem ratio est aliorum verborum, quae certandi significationem habent. Cfr. Id. V, 136. VIII, 41. Exempla si desideras, reperies apud Wunderlich. observatt. in Aesch. p. 165. Wyttenbach ad Plutarch. de rect. aud. rat. p. 40. A. in Animadvv. in Opp. mor. p. 331. Imitantur id loquendi genus Latini. Cic. pro Ligar. 3. contra ipsum Caesarem est congressus.

26. *ποταμέλξεται*] futurum medii passivâ significatione positum. Res hodie ex grammat. nota. Vid. Rost. Gr. §. 114. not. 1. Buttm. Gr. ampl. II. p. 54. Plura exempla dabunt viri docti a Schaef. ad Dion. Halic. de comp. verb. p. 07. et a Wellauero ad Aeschyl. Choeph. 303 laudati.

27 — 61. Sequitur iam uberior descriptio poculi, quod praemii loco caprarius proponit. Quae quidem descriptio, quum maiorem huius carminis partem efficiat, exstiterunt qui Theocritum propterea vituperarent, quod nimius fuerit in exornandis rebus, quae non ad ipsum argumentum pertinerent. At qui ita statuerunt, ii non reputaverunt hoc ex communi veterum et laudabili quidem more factum esse, qui ea quae delectarent, nisi nimis essent remota, in poetis facile ferrent. Praecipue vero sibi placuisse videntur poetae in artis operibus describendis; cuius rei insignia iam apud Homerum reperiuntur exempla. — De *κισσυβίῳ*, quod poculi genus, lege disputantem Athenaeum Deipnos. XI, 2, 7. p. 477. Commendatur primum quidem ab amplitudine atque capacitate; dicitur esse *βαθύ* et *ἀμφῶες*, duabus ansis instructum. Vulgo enim parvi rusticorum scyphi ansati quidem erant, sed *μόνωτοι*, unâ tantum ansâ instructi. Tum idem recens adhuc erat, nec labiis unquam admotum. Tandem maximam in caelaturâ artem praestiterat artifex.

27. *κεκλυσμένον καρῷ*] cerâ intus inductum erat poculum. — *ἁδέϊ*. Cera ob odorem, quem spirat, dulcis dicitur. Proprie quidem *ὀσμή* est *ἡδεῖα*, ut Hom. Od. IX, 205. Tum vero res ipsae, suavem odorem exhalantes, *ἡδεῖαι* nominantur. Sic Id. VII, 81. *κέδρον ἐς ἁδεῖαν*. VII, 133. *ἔν τε βαθείαις Ἁδείας σχίνοιο χαμ. ἐκλίνθημες*.

Κισσὸς ἑλιχρύσῳ κεκονιμένος· ἁ δὲ κατ' αὐτὸν
Καρπῷ ἕλιξ εἱλεῖται ἀγαλλομένα κροκόεντι.
Ἔντοσθεν δὲ γυνά τι θεῶν δαίδαλμα τέτυκται,
Ἀσκητὰ πέπλῳ τε καὶ ἄμπυκι· πὰρ δέ οἱ ἄνδρες
Καλὸν ἐθειράζοντες ἀμοιβαδὶς ἄλλοθεν ἄλλος
Νεικείουσ' ἐπέεσσι· τὰ δ' οὐ φρενὸς ἅπτεται αὐτᾶς·

potest. Plurimi offenderunt eo, quod ab enclitică *τίς* praeter morem solitum nova enunciatio incipiat. Verum exempla, quae hoc probent, non desunt. Vid. Kiessling. et Meineke. Ex pedestris orationis auctoribus locos attulit Fr. Iacobs. ad Achill. Tat. VII, 3. p. 883. Res ex veterum interpungendi ratione explicanda, qui haec verba incisis non distinguebant, sed continuâ oratione et scribebant et pronuntiabant. Vide quae in hanc rem erudite disputata sunt a Naekio in Annalen der Universität Bonn Fascic. I. p. 406. et a Buttm. Gr. ampl. I. p. 63., not. 7. Cf. Matth. Gr. §. 487, 6. Bernhardy Syntax p. 442. — Ceterum notabile utramque lectionem iam ab Ameria, antiquo Theocriti interprete (de quo vide praef.), commemorari.

29. In cissybii superficie tres sunt areae, quarum prima mulierem sedentem inter duos amatores, infesto animo inter se expostulantes, exhibet; in alterâ piscator cum verriculo expressus est; in tertia est vinea cum puero custode. Totum poculum ambit acanthus flexibus suis; ad summam oram hedera et helichrysus sunt implicitae inter se mutuis nexibus. — *Τῶ μὲν περὶ χείλη μαρύεται ὑψόθι κισσός,* ambit oram vasis hedera, *κισσὸς ἑλιχρύσῳ κεκονιμένος,* flore helichryso implicita, *ἁ δὲ ἕλιξ ἀγαλλομένα καρπῷ κροκόεντι εἱλεῖται κατ' αὐτόν,* hederae autem racemuli diffusi, fructu croceo seu baccis ornati, volvuntur circa illum (sc. helichrysum). — De *κεκονιμένος* vid. Blomfield. in Glossar. ad Aeschyl. Sept. v. 60. et longam disputationem Barkeri ad Etymol. M. p. 1104.

30. Helichrysus (nobis Reinblume) ex elegantioribus est floribus, quibus hedera libenter intertexitur. Sic apud Ovid. Metam. VI, 127. ultima pars telae tenui circumdata limbo, Nexilibus flores hederis habet intertextos. — *ἕλιξ,* palmites hederae, quae etiam claviculae vel capreoli dicuntur. Vid. Fr. Iacobs. ad Philostr. Imagg. II, 24. p. 578. et qui de toto hoc loco docte disputat Boettiger in den Vasengem. Tom. I. P. I. p. 82. — Hederae fructus est *κροκόεις,* quem Plin. Hist. nat. XVI, 34. croceatum dicit. Hinc *κισσὸς κροκόεις* Theocrit. Epigr. 3.

32. *ἔντοσθεν*] sub hederaceis illis corollis, quae, desuper pendentes, umbraculum quodammodo formabant. Qui hunc locum intelligit Boissonade ad Nicet. Eugen. Tom. I. p. 75., in hanc vocem haud aliter accepit.

34. De voce *ἐθειράζειν* praeter Schol. ad h. l. disputant Apollon. Lex. h. v. et Etymol. M., quos affert Heyne ad Hom. Il. Tom. V. p. 421. Wuest. — Iuvenes mihi fingebam nobiles. Decorum erat et Spartanorum inprimis comam nutrire. Herodot. I, 82. Vid. C. O. Müller Dorier. II. p. 270. Athenis quoque iuvenes ingenui et nobiles *ἐκόμων*. F. I.

35. Quod poetam nonnulli vituperant, quod quae vita motuque constent ab artifice expressa esse

Ἀλλ' ὄκα μὲν τῆνον ποτιδέρκεται ἄνδρα γελεῦσα,
Ἄλλοκα δ' αὖ ποτὶ τὸν ῥιπτεῖ νόον. οἱ δ' ὑπ' ἔρωτος
Δηθὰ κυλοιδιόωντες ἐτώσια μοχθίζοντι.
Τοῖς δὲ μέτα γριπεύς τε γέρων πέτρα τε τέτυκται
Λεπράς, ἐφ' ᾧ σπεύδων μέγα δίκτυον ἐς βόλον ἕλκει
Ὁ πρέσβυς, κάμνοντι τὸ καρτερὸν ἀνδρὶ ἐοικώς.
Φαίης κεν γυίων νιν ὅσον σθένος ἐλλοπιεύειν·

36. ἀλλ' ὀκά] i. e. ἀλλ' ὁτέ. Ante Schaeferum legebatur ἀλλ' ὄκα. Alii habent ἄλλοκα. Cf. Id. IV, 17. At eiusd. Id. I. vers. 48. recte ἄλλοκα legitur. — γελεῦσα, variant codd. et editt. vett. in formâ huius partic.; alii γελῶσα, alii γελᾶσα, alii denique γελοῖσα, quod prorsus barbarum. Vide Valcken. ad Id. I, 85. ad Adoniaz. 105. Buttm. Gr. ampl. I. p. 502. not. *)

43. Valcken. ad Callim. Eleg. p. 28. Siciliensem verbi formam φθήκοντι antiquitus hic scriptam fuisse suspicatur. Sed φθήκαντι satis firxerit, vix dignum id est, ad quod respondeatur. Aliam rationem in describendâ aliquâ re init poeta, aliam in eâ fingendâ artifex; ille omnes animi motus et singula quaeque, quae actionem et praecedunt et sequuntur, ad vivum depingit, hic unam tantum, sed eam insignem actionis partem ante oculos nobis ponit. Quo factum est, ut poetae, quam licentiam in aliis rebus sibi sumserint, eandem ad artium etiam opera describenda transtulerint. Lege qua ratione Heynius in Excurs. ad libr. XVIII. Iliad. succurrat Homero adversus similes criminationes.

36. ποτιδέρκεται] oculos coniicit. Mulierem, amoris expertem, sed viros in amores pellicientem (eine Coquette) describi puta; qualem Naevius adumbravit apud Isidor. Origg. I, 25. tenet alium, alii adnictat, at alibi manus Est occupata, et alii percellit pedem. F. I. — Cfr. de usu vocis ποτιδέρκεσθαι, in re amatoria adhibitae, Huschke. Analect. crit. p. 176. — γελεῦσα, at vers. 95. γελάοισα. Sic in secundo Id. vs. 64. ἐοῖσα, vs. 76. εὖσα.

38. κυλοιδιᾶν dicuntur quibus oculi tument prae libidine in virgine fixi. Usum vocis docte exposuit Ruhnk. Lex. Platon. p. 169.

39. Τοῖς δὲ μέτα] praeter hos, ut recte explicuit Schaeferus, i. e. in altera area. — πέτρα λεπράς, tales esse solent rupes in mare prominentes, undarumque appulsu exesae. — ἕλκει, verriculum per undas trahit, quod verrere mare dicitur. F. I. — Ceterum suspiceris iis, quae Theocritus de piscatore hic fingit, ansam dedisse Hesiod. Sc. H. 215.

41. τὸ καρτερόν] observa pro καρτερῶς positum. Vide Schaefer. ad Sophocl. Oedip. Colon. 1640. Matth. Gr. §. 446, 7. Etiam pluralis cum articulo in hunc sensum adhibetur. Idyll. V. 113. τὰ ποθέσπερα. Aelian. N. A. IX, 57. τὰ σύντροφα. Vid. Bernhardy Syntax p. 328. Saepius adiectivo hac significatione praepos. κατὰ additur, v. Perizon. ad Aelian.

Ὧδέ οἱ ᾠδήκαντι κατ' αὐχένα πάντοθεν ἶνες,
Καὶ πολιῷ περ ἐόντι· τὸ δὲ σθένος ἄξιον ἅβας.
Τυτθὸν δ' ὅσσον ἄπωθεν ἁλιτρύτοιο γέροντος
Πυρναίαις σταφυλαῖσι καλὸν βέβριθεν ἀλωά·
Τὰν ὀλίγος τις κῶρος ἐφ' αἱμασιαῖσι φυλάσσει
Ἥμενος· ἀμφὶ δέ μιν δύ' ἀλώπεκες, ἁ μὲν ἀν' ὄρχως
Φοιτῇ σινομένα τὰν τρώξιμον, ἁ δ' ἐπὶ πήρᾳ B.

tuetur Philostr. Imagg. I, 13., quem locum commode comparat Kiessl.

49. Quod nos cum recentioribus omnibus edidimus ἁ δ' ἐπὶ πήραν πάντα δόλον τεύχοισα, omnium fere codd. et editt. auctoritate nititur. Pauci tantum libri scripti habent ἐπὶ πήρᾳ, solus Scholiastes lectionem κεύθοισα memorat. Hanc unice amplectitur Wernicke ad Tryphiodor. 221. p. 228., ubi κρυπτὸν ἐπὶ Τρώεσσι δόλον καὶ πήματα κεύθων. In Theocriti loco equidem Boissonadii iudicio subscribo, qui κεύθοισα scripsisset, si unus Schol. adversus tot codices, in τεύχοισα conspirantes, posset valere.

Var. Histor. I, 8. annot. ad Idyll. III, 13. vel praepos. πρός, ut Aeschyl. Agamemn. 130. πρὸς τὸ βίαιον pro βιαίως. Vid. Fr. Iacobs. ad Achill. Tat. IV, 8. p. 695. Graecorum dicendi rationem sequuntur Latini. Horat. Od. I, 17, 16. ad plenum manabit. — ἐοικώς, ita elaboratus senex, ut vehementer laborantem agnoscas. Exempla huius usus attulit Fr. Iacobs. haec: Hesiod. Scut. 215. εἶχε δὲ χερσὶν Ἰχθύσιν ἀμφίβληστρον ἀποῤῥίψοντι ἐοικώς. v. 228. αὐτὸς δὲ σπεύδοντι καὶ ἐῤῥίγοντι ἐοικὼς Περσεὺς Δαναΐδης ἐπιταίνετο. Apoll. Rhod. I, 738. Ζῆθος μὲν ἠέρταζεν Οὔρεος ἠλιβάτοιο κάρη μογέοντι ἐοικώς. Quos quidem locos in eum quoque finem adscripsi, ut hiatui in ἀνδρὶ ἐοικώς admisso excusationem parent.

42. ὅσον σθένος] quaecunque aderant in corpore vires. Propert. III, 13, 23.

43. ἶνες] praecipue in cervicibus perspicuae. ἶνας αὐχενίους habes in Epigr. in Anthol. Pal. Tom. II. p. 656, 105.

44. σθένος ἄξιον ἅβας] robur quale iuvenili aetati convenit.

45. In tertiâ caelaturae areâ parvulus puer repraesentatus erat, qui uvis maturis custos appositus, tempus fallit nectendâ caveâ. Haud procul a puero duae conspiciebantur vulpes, quarum esuriens altera uvas appetebat, altera ientaculo in perâ servato inhiabat. — De ὅσον sic posito cfr. Matth. Gr. §. 486. not. 1. — ἁλιτρύτοιο, Anthol. Pal. VII, 294. Γρυνέα τὸν πρέσβυν, τὸν ἁλιτρύτου ἀπὸ κύμβης Ζῶντα.

46. Haec scribens Theocritus recordatus est loci Homerici Il. XVIII, 561, ubi poeta clypei Achillei aream unam facit σταφυλῇσι μέγα βρίθουσαν ἀλωήν, Καλήν, χρυσείην, μέλανες δ' ἀνὰ βότρυες ἦσαν. Cf. Hesiodi Scut. 300.

47. ὀλίγος κῶρος] pro μικρὸς positum, ut Id. XXII, 113., apud poetas tantum reperies, exceptis Atticis. Vid. Valcken. ad Callim. fragm. p. 255. ad Hippolyt. p. 226. a. (pag. 221 edit. Lips.) Sic πολλός pro μέγας, Homer. Il. VII, 156.

Πάντα δόλον τεύχοισα τὸ παιδίον οὐ πρὶν ἀνήσειν B.
Φατί, πρὶν ἢ ('νάριστον) ἐπὶ ξηροῖσι καθίξῃ.
Αὐτὰρ ὅγ' ἀνθερίκεσσι καλὰν πλέκει ἀκριδοθήκαν,
Σχοίνῳ ἐφαρμόσδων· μέλεται δέ οἱ οὔτε τι πήρας,
Οὔτε φυτῶν τοσσῆνον, ὅσον περὶ πλέγματι γαθεῖ.
Παντᾶ δ' ἀμφὶ δέπας περιπέπταται ὑγρὸς ἄκανθος·

50. Ante Valcken. ἀνασεῖν, quod non ferendum. Cf. Matth. Gr. §. 212.

51. 'νάριστον] unus codex ἀνάριστον pro vulg. ἀκράτιστον; vide annot. — In καθίξῃ magna lectionum varietas, quas singulas afferre vix operae pretium est.

52. Lectio ἀκριδοθήκαν, in sex codd. apud Gaisf. et in tribus apud Longum reperta, etiam a Boisson. et Meinekio probata est. Altera ἀκριδοθήραν ferri non potest. Nam quod eam decipulam locustarum exponunt, id et per se non satis aptum est, quod nemo dicat, quomodo decipulis capi possint tales bestiolae, neque haec significatio Graecae vocis est, siquidem ἀκριδοθήρα, Meinekio recte notante, potius locustarum venationem significaret.

55. Post ἄκανθος, suadente Kiessling., cum Meinekio maiorem distinctionem posuimus. Absolutâ descriptione caelaturae alia quaedam de poculi patriâ et pretio addit caprarius.

56. αἰολικόν] alii αἰπολικόν, i. e. pastoricium, quod minus aptum. — In sequentibus pronomen τί delendum censet Porsonus.

50. οὐ πρὶν ἀνήσειν φατί] negat, vultu nempe, se prius dimissuram esse. Sic Latinis loqui; Cic. de legg. I, 9. oculi loquuntur, quemadmodum affecti simus.

51. Vulpes non prius a puero discessura videtur, quam ientaculum ex perâ abstulerit. Hanc fere sententiam in his verbis inesse debere, omnes facile videbunt et concedent. At qui possit ea extricari ex lectione vulgatâ, non intelligo. Nam quum duplex iniri possit interpretandi ratio, altera ex qua ἀκράτιστον sit τὸ ἄγευστον, altera ut significet τὸν μηδενὸς ἐγκρατῆ, neutra probari potest; illo sensu exspectabas ἀνακράτιστον, hunc totius loci tenor non admittit. Quamobrem Wartoni correctionem πρὶν ἢ 'νάριστον (i. e. ἀνάριστον, impransum), quam praeivit Toupius, recepi. — ἐπὶ ξηροῖς καθίζειν, aliquem in sicco collocare i. e. suis eum rebus exuere iisque privatum relinquere. Hanc loquutionem illustrant Epigr. Lucill. in Anthol. Palat. XI, 205. μὴ κληθεὶς δ' Αὖλος ξηροφαγεῖ καθίσας. Callim. hymn. in Cerer. 114., ἀλλ' ὅτε τὸν βαθὺν οἶκον ἀνεξήραινον ἔδοντες. Comparari potest etiam αὖος Id. XVI, 12. ἔνθ' αὔη σφίσιν ἕδρα. Tum usum verbi καθίζειν perspicere nobis licet ex Hymn. Hom. in Mercur. 284. ἐπ' οὐδεῖ καθίζειν, quem locum comparant Matthiae in literis ad me perscriptis, et Passov. in Lex. s. v. οὖδας.

53. Sic Daphnis et Chloe ἐθήρων ἀκρίδας λάλους apud Long. Pastor. III. p. 94. Schaef. Notat Fr. Iacobs. ex Fischer. in Ephem. Geogr. 1799. m. Sept. p. 448. hodieque in Hispaniâ locustas caveis inclusas, in mulierecularum cubiculis asservari. Ceterum locustis in vineâ venandis et capiendis iam ideo operam dat puer, quod vitibus nocent. Cfr. Id. V, 108.

54. τοσσῆνον] gravior forma pro τόσον. Vid. Buttm. Gr. ampl. II. p. 415. — περὶ πλέγματι γαθεῖ, pro usitatiore ἐπὶ ...

× ἀκράτιστος praeterea non exstat et significaret hominem, qui pransus est; legendum ἀκάθιστον (notat. Seidl.) i. e. qui non jam est pransus. BERGKIUS.

Αἰολικόν τι θάημα· τέρας κέ τυ θυμὸν ἀτύξαι.
Τῷ μὲν ἐγὼ πορθμεῖ Καλυδωνίῳ αἶγά τ' ἔδωκα
Ὦνον καὶ τυρόεντα μέγαν λευκοῖο γάλακτος·
Οὐδέ τί πα ποτὶ χεῖλος ἐμὸν θίγεν, ἀλλ' ἔτι κεῖται
Ἄχραντον. τῷ κέν τυ μάλα πρόφρων ἀρεσαίμαν,
Αἴκα μοι τὺ φίλος τὸν ἐφίμερον ὕμνον ἀείσῃς.

eique recte adstipulantur Kiessl. et Passov. Lex. Gr. s. v. θάημα. Vix enim alibi exemplum reperies vocalis α in θάημα correptae. Hesych. atticam formam θέαμα substituit.

58. Quum prima syllaba vocis τυρόεις ubique producatur, Porsonus voluit τυρῶντα, qua forma Sophron usus est. Sed hac asperioris Dorismi forma spreta Meineke malit τυροῦντα, nisi forte, quod ipse monet, τυρόεις duabus efferendum est syllabis.

59. οὐδέ τί πα] sic Kiessl. et Meineke, praeeunte Aldina, ne vocula ἔτι bis recurrat in eodem versu. Ceteri οὐδ' ἔτι πα. Boisson. οὐδέ τί πω.

61. Τὸν ἐφίμερον ὕμνον] carmen, cuius desiderium in nobis est, et proinde iucundum ac suave. Heinsius coniecit τὸν ἐφ' Ἱμέρᾳ ὕμνον, carmen prope Himeram, Siciliae flumen, cantatum. Sed an hoc apte ita dicatur, merito dubitavit Kiessl. Nostrum tuetur Theogn. Bekker. 993. εἰ θείης ἐφίμερον ὕμνον ἀείδειν. Cf. Friedemann. de med. syll. pentam. p. 350.

γματι γαθεῖ. Nec tamen sine exemplis est illa constructio. V. Schaefer. ad Long. Pastoral. p. 337. Perquam simile est Pindaricum (Isthm. VI, 9.) θυμὸν εὐφραίνειν ἀμφ' Ἰόλαον. Vid. Dissen. in Explicatt. ad Nem. I, 54. Tom. II. p. 359. Cf. Matth. Gr. §. 596. p. 1177. et qui similia haud pauca contulit Bernhardy Syntax p. 262.

55. παντᾶ] undique ornata est inferior poculi pars et binae ansae acantho, qui ὑγρός dicitur ob flexuosam, qua omnia amplectitur, naturam. Latini eundem mollem, liquidum, lubricum et flexuosum dicunt. De voce ὑγρός vid. Boeckh. Explicatt. Pindar. Pyth. I, 10. p. 227. — Virgil. Eclog. III, 45. de poculis Alcimedontis Et molli circum est ansas amplexus acantho.

56. Αἰολικόν] ex Aeolide advectum. Teste Thucydide III, 102. regio, quae olim Aeolis appellata fuerat, ipsius tempore Calydon nuncupabatur. Idem tradit Hesych. s. v. Αἰολικόν, hunc ipsum Theocriti locum afferens. Wuest. — τέρας ἀτύξαι, rarior horum verborum usus. τέρας Pindar. Ol. XIII, 103. appellat τὸν χαλινόν, Bellerophonti oblatum, sed non tanquam artis opus, sed ob aliam causam, de qua Schol. monuit. Fr. Iacobs. — Iunge τέρας ἀτύξαι κέ τυ (σὲ) θυμόν. de duplici accusativo vide Rost. Gr. Gr. §. 104, 6. — Sensus: poculum tam mira arte factum, ut facile (κε) stuporem tibi moveat. Infinitivus explicationis ergo substantivo additus, ut Aelian. H. A. VI, 42. στιβάδα ἐγκαθεύδειν.

57. τῷ μὲν ἐγώ] i. e. τούτου (ἀντὶ τούτου) ὦνον ἔδωκα αἶγά τε καὶ τυρόεντα π. Καλ.

59. ποτὶ ... θίγεν] i. e. προςέθιγεν. — Virgil. Eclog. III, 43. necdum illis labra admovi, sed condita servo.

61. τὺ φίλος] interpretes pro vocativo habent. Rectius Bois-

Melius Κοὔτι τυ κερτομέω, referendum ad vs. 61.

[Κοὔ τοι τι φθονέω, πόταγ', ὦ 'γαθέ· τὰν γὰρ ἀοιδὰν
Οὔτι πα εἰς Ἀΐδαν γε τὸν ἐκλελάθοντα φυλαξεῖς.

ΘΥΡΣΙΣ.

Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
Θύρσις ὅδ' ὡξ Αἴτνας, καὶ Θύρσιδος ἁδ' ἁ φωνά.
Πᾷ ποκ' ἄρ' ἦθ', ὅκα Δάφνις ἐτάκετο, πᾷ ποκα, Νύμφαι;
Ἦ κατὰ Πηνειῶ καλὰ τέμπεα, ἢ κατὰ Πίνδω;
Οὐ γὰρ δὴ ποταμῶ γε μέγαν ῥόον εἴχετ' Ἀνάπω,

62. Sex codd. apud Gaisford et Schol. habent κοὔ τί τυ κερτομέω.

66. Coniecturam a Porsono in Tracts and Miscell. crit. p. 256. propositam πᾷ τόκ' ἄρ' memorat quidem, sed recte damnat etiam Meineke.

sonade ad Nicet. p. 213. statuere videtur verba ita coniungenda esse: πρόφρων κεν ἀρεσαίμαν, αἴκα φίλος ἀείσῃς, sic enim belle omnia quadrant et sibi concinunt. — De adiectivo πρόφρων vide, praeter Schol., Nitzsch. ad Odyss. II, 230.

61. Κοὔ τοι τι φθονέω] nec equidem invideo, lubenti animo poculum tibi trado. Superstitionis hoc erat apud veteres, ut qui alterum munere vel beneficio ornaret invidiae suspicionem a se averteret; nam quae invido animo aut ab inimico darentur, ea non profutura esse putabantur. Hinc nota formula οὐδεὶς φθόνος, de qua vide Fr. Iacobs. Animadvv. in Anthol. Gr. Tom. III. P. I. p. 193. Boissonade ad Philostr. Her. p. 304. — Dahlio et Kiesslingio haec verba ita explicanda esse videntur: tibi non invideo insignem canendi facultatem, quod referunt ad alteram aliquam apud veteres superstitionem, ex qua si quis invido animo vehementius quam pro animi persuasione aliquem laudaret, is laudato nocere putabatur.

63. ἐκλελάθοντα] non novum est praesens ad normam eorum effictum, de quibus ad Idyll. IV, 7. diximus, sed homericum ἐκλελαθεῖν huic praesenti originem dedit. Vid. Buttm. Gr. ampl. II. p. 179.

64. De versuum intercalarium ratione lege egregiam Eichstadtii disputationem in Quaestion. philolog. specim. cap. IV.

65. Iure mireris hanc antiqui moris simplicitatem, qua in initio carminis aut libelli nomen suum auctor ponit. Alia exempla vide apud Valckenar. ad h. l. et apud Fr. Iacobs. ad Anthol. Palat. p. 317.

66. Deos deasque, quibus Daphnis in deliciis erat, a Sicilia abfuisse suspicatur poeta, dum ille amoris aestu peribat. Scilicet statuebant veteres eum locum, in quo homo a diis amatus laboraret vel afflictus esset, a numine desertum esse; misera igitur Daphnidis conditio nympharum absentiae tribuitur. — Peneus media Tempe, amoenissimam in Thessalia vallem, perfluit. — Pindus celebratissimus eiusdem Thessaliae mons in confinio Macedoniae et Epiri.

68. Anapus, Siciliae fluvius, octo ferme millia a Syracusis aberat. Vid. Drakenb. ad Liv. XXIV, 36. — Acidis fluvii fontes sunt in monte Aetna. — οὐ γάρ, δὴ ... γε. huius particula-

×Scribendum ἐκλελαθόντα = part. aor, non praes; ἐκλαθεῖν intr. = oblivisci, ἐκλελαθεῖν trans. = efficere, ut quis obliviscatur. — B.

Οὐδ᾽ Αἴτνας σκοπιάν, οὐδ᾽ Ἄκιδος ἱερὸν ὕδωρ.
 Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ᾽ ἀοιδᾶς.
Τῆνον μὰν θῶες, τῆνον λύκοι ὠρύσαντο,
Τῆνον χὠ᾽κ δρυμοῖο λέων ἀνέκλαυσε θανόντα.
 Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ᾽ ἀοιδᾶς.
Πολλαί οἱ πὰρ ποσσὶ βόες, πολλοὶ δέ τε ταῦροι,
Πολλαὶ δ᾽ αὖ δαμάλαι καὶ πόρτιες ὠδύραντο.
 Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ᾽ ἀοιδᾶς.

68. **Vulgata lectio est** *ποτάμοιο*. **Quod nos cum recentioribus edidimus, ex una quidem edit. Florent. desumptum est; eiusdem tamen lectionis vestigia in aliis etiam codd. servata sunt.**

rum complexus et persimilium exempla vide apud Schaefer. ad h. l. et in Meletem. p. 230. et apud Stallbaum. ad Platon. Euthyphr. p. 65.

71. Extinctum Daphnidem deploraverunt ferae etiam bestiae. Virgil. Eclog. V. 27. Daphni, tuum Poenos etiam ingemuisse leones Interitum montesque feri silvaeque loquuntur. Haec dicendi audacia, ex qua non solum bestiis, sed toti etiam naturae sensus atque vita tribuitur, late patet apud veteres et in communem adeo usum transiit. Vid. Fr. Iacobs. ad h. l. et in Delect. Epigrammat. VIII, 35. p. 274. Sed praeter feras bestias domesticum etiam pecus Daphnidis interitum luxit. [Ex poeta nescio quo sua derivavit Aelian. H. A. XI, 13. de Daphnidis canibus, quos narrat, *θεασαμένους τοῦ δεσπότου τὰς πάθας, ἐπ᾽ αὐτῷ θάνατον ἑλέσθαι, καὶ πολλὰ μὲν ὀδύρασθαι πρότερον, κλαῦσαι δὲ πάμπολλα.* **F. I.] Fuit qui vituperaret poetam, quod leonibus et lupis lugentibus domesticum pecus subiunxerit. Nolo cum aliis respondere illa, quae finxit poeta de feris, haud quaquam connectenda esse cum illis, quae de pecore addit. Dicam potius haec ita diversa esse, ut alterum, tanquam insolitum, stuporem faciat, alterum ad miserationem commovendam aptissimum sit.**

72. *χὠ᾽κ δρυμοῖο λέων*] **Errant qui ex h. l. colligi posse existimant leones Theocriti aetate in Sicilia inventos esse. Nam ut mittamus Daphnidem mortuum non in Sicilia modo, sed ubique terrarum lugeri potuisse (in quem sensum afferas Virgil. Eclog. V. 27. Daphni, tuum Poenos etiam ingemuisse leones Interitum montesque feri silvaeque loquuntur), magis placet Theocritum in rebus antiquissimis versantem etiam id poetarum iure sibi sumsisse, ut leones tum fuisse in Sicilia statueret, qui suo tempore non amplius ibi erant. Quae etiam est sententia Lennepii l. d. p. 178.**

74. *δέ τε*] **nota Theocritum in coniungendis his particulis epicorum poetarum morem sequi; tragicis ea iunctura non licuit. Vid. Seidler. ad Eurip. Electr. 666. 1112.**

75. *δαμάλαι καὶ πόρτιες*] **harum vocum differentiam Hermann. ad Eurip. Bacch. 730. recte constituere videtur hanc, ut** *πόρις* **s.** *πόρτις* **sit vitula,** *δαμάλη* **autem, ipso docente nomine, vacca iam tauro ferendo idonea.**

Ἦνθ' Ἑρμᾶς πράτιστος ἀπ' ὤρεος, εἶπε δέ, Δάφνι,
Τίς τυ κατατρύχει; τίνος, ὦ 'γαθέ, τόσσον ἔρασσαι;
"Αρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
Ἦνθον τοὶ βῶται, τοὶ ποιμένες, ᾡπόλοι ἦνθον,
Πάντες ἀνηρώτευν, τί πάθοι κακόν. ἦνθ' ὁ Πρίηπος,
Κἤφα, Δάφνι τάλαν, τί τὺ τάκεαι; ἁ δέ τε κώρα
Πάσας ἀνὰ κράνας, πάντ' ἄλσεα ποσσὶ φορεῖται
("Αρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς)
Ζατεῦσ'· ἆ δύςερώς τις ἄγαν καὶ ἀμάχανος ἐσσί.

85. ζατεῦσ'] varie tentaverunt hanc vocem editores; sed recte, opinor, se habet vulgata lectio, quae etiam sententia est Welckeri in Iahnii Iahrb. der Philol. 1829. Tom. I. Fasc. 3. p. 291. Boissonade in Analect. Wolf. Tom. II. p. 91. excogitaverat ζαλοῖσ'. Inventum suum improbans in notis ad Nicet. Eugen. Tom. I. p. 155.

77. Imitatus est h. l. Virgil. Eclog. X, 19 sqq. — Mercurius primus Daphnidem consolatum adit, utpote eius pater; cf. Wesseling. ad Diodor. 11, 84. Lennep. l. d. p. 161.

83. ποσσὶ φορεῖται] significanter hoc verbo usus est poeta. Hercules, Hylam investigans, ᾇ πόδες ἆγον ἐχώρει Id. XIII, 70. Sed frustra vir doctus animi motum et celeritatem quandam cursus in hac voce quaesivit. — πάσας, ultimâ correptâ, ut mox v. 134. Cf. Fr. Iacobs. ad Anthol. Palat. p. 53. Rost Gr. §. 8. p. 27. Matth. Gr. §. 68. g. p. 145. — Ad πάντ' ἄλσεα repetendum ἀνά, quod subst. κράνας appositum est. Pari modo infra v. 117.

85. ζατεῦσ'] omnia haec sana videntur, dummodo totum locum ita explices: quid tabescis? puella, quam deperis, ultro iam te quaerit, amore ardens. Tui cupida per fontes ac silvas fertur, ut te invisat. Scilicet Daphnis nunquam Amoris vi se superatum iri professus fuerat. Quod aegre ferens Venus effecerat, ut superbus pastor puellae cuiusdam amore correptus ab eâdem vehementissime amaretur. Quamvis vero et ipse amaret et amata eius amori responderet eumque ultro sequeretur (ζατεῦσα), tamen in suo sibi proposito constitit et perire quam Amori cedere maluit. Lennep. l. d. p. 178. eandem quidem verborum interpretationem dat, sed sensum longe alium iis substituit. Officioso Priapum statuit usum esse mendacio. Ipsam quidem orationem aptam esse dicit ad consolandum, sed pondus ei et auctoritatem apud Daphnidem detrahi ludicrâ eius, qui loquatur, personâ. Atque hoc ipsum bene intelligere Priapum, quippe qui, omissis iis, mox ad alia convertatur. Quod dum statuit ille, non verum loci sensum mihi assequutus videtur. Nam ut taceam tale mendacium vel Priapi personâ vix dignum esse habendum, quomodo deus sperare poterat se Daphnidi, qui suam ipse conditionem optime debebat perspicere, illud persuasurum esse? Ad sequentia vero quod attinet, v. 86 — 91., pulcre idem Lennep. perspexit Priapum ex ingenii sui atque indolis ratione loquentem induci Daphnidisque cruciatus ex suis ipsius moribus interpretari. — Ex eâ quidem,

Βώτας μὰν ἐλέγευ· νῦν δ' αἰπόλῳ ἀνδρὶ ἔοικας.
Ὡιπόλος, ὄκκ' ἐσορῇ τὰς μηκάδας οἷα βατεῦνται,
Τάκεται ὀφθαλμὼς, ὅτι οὐ τράγος αὐτὸς ἔγεντο.
"Αρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
Καὶ τὺ δ', ἐπεί κ' ἐσορῇς τὰς παρθένος οἷα γελεῦντι,
Τάκεαι ὀφθαλμὼς, ὅτι οὐ μετὰ ταῖσι χορεύεις.
Τὼς δ' οὐδὲν ποτελέξαθ' ὁ βωκόλος, ἀλλὰ τὸν αὐτῶ
"Ανυε πικρὸν ἔρωτα, καὶ ἐς τέλος ἄνυε μοίρας.
"Αρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι [φίλαι,] ἄρχετ' ἀοιδᾶς. Tar. II, ... πάλιν

defendit ζατοῖσα (scribendum ζατεῦσα, vid. Buttm. Gr. ampl. I. p. 502.) et cum Casaubono τε accipit pro σέ, vel potius τύ rescribendum putat. In idem iam inciderat Brunckius. Sed his omnibus, ni fallor, facile supersedere possumus; pronomine non opus videtur.

86. μάν] alii minus recte μέν.

quam nos de totius loci sensu concepimus, sententiâ apparet simul, quomodo accipiamus adiect. δύςερως et ἀμάχανος. δύςερως hic est in universum quem infelicem reddit amor, quod epitheton Daphnidi convenit, quoniam, licet puellae desiderio correptus ab eâdemque amatus sit, eam tamen ex pervicaciâ fastidit. ἀμάχανος vero audit Daphnis quatenus consilii inops nescit quid agat, et rationibus suis parum prospicit. Haec quoque aliter accipit Lennep. δύςερως ei est is, qui modum amori statuere non potest, infelix eius violentiâ totum abripi se patitur; ἀμάχανος qui ab eo quamvis molesto sese expedire nequit.

86 — 91. Haec ita cohaerent cum prioribus. Priapus pervicaciam quidem Daphnidis bene noverat, idem tamen, quae ipsius erat indoles, talis amoris vim atque rationem minime assequutus erat. Hinc amoris cruciatum nullum alium sibi fingit in Daphnide, nisi quem ardens puellarum desiderium in viro excitat. Quam quidem cogitandi rationem dei personae fa ceberis longe esse convenientissimam.

87. ὄκκ' ἐσορῇ] de adverbiorum ὄκκα et ὄκα usu ac discrimine apud Theocritum ita disputavit Buttm. Gr. ampl. II. p. 294., omnem ut exemisse videatur dubitationem. Auctore hoc viro sagacissimo ὄκα ubivis ponitur pro ὅτε et adverbium temporis est; ὄκκα vero pro ὅταν est: conditionem igitur significat et coniunctivum adsciscit. In ὄκκα ultima vocalis legitime producitur, nonnunquam vero corripitur, quod viris doctis fraudi fuit, qui, ubi haec correptio locum habet, voculam pro ὅτε positam arbitrarentur. — βατεῖν vel βατεύειν, Attice βαίνειν, insilire. Vid. Scaliger. ad Varr. L. L. IV. p. 104. edit. Bipont.

88. τάκεται ὀφθαλμώς] oculis tabescit prae desiderii vehementiâ.

90. καὶ τὺ δ'] sic tu quoque. Ita καί etiam apud Pindar. Olymp. VII, 7.

93. ἄνυε τὸν ἔρωτα] acerbum amorem tulit usque ad vitae finem. ἀνύειν est: perficere, ab uno fine ad alterum perferre. — ἐς τέλος μοίρας dictum videtur pro ἐς τὸ τοῦ βίου

Ἦνθέ γε μὰν ἀδεῖα καὶ ἁ Κύπρις γελάοισα,
Λάθρια μὲν γελάοισα, βαρὺν δ' ἀνὰ θυμὸν ἔχοισα,
Κἦπε, τὺ θὴν τὸν Ἔρωτα κατεύχεο, Δάφνι, λυγιξεῖν·
Ἆρ' οὐκ αὐτὸς Ἔρωτος ὑπ' ἀργαλέω ἐλυγίχθης;

95. Omnes codd. in ea, quam nos exhibuimus, lectione unanimi consensu conspirant. Quae quum aptum sensum habere nobis videatur, coniecturarum innumeram multitudinem silentio praetermittimus.

101. θνατοῖσιν ἀπεχθής] plures codd. ἐπαχθής. Praeter Valcken. illud bene defendit Friedemann. de med. syll. pentam. p. 373.

τέλος. Est Homericum θανάτου τέλος, ne quis cogitet de Parcarum decreto, quod Daphnis perfecisse dicatur.

95. Locus in toto hoc carmine difficillimus, de quo explicando quid statuerem, diu multumque haesitavi. Tandem omnibus ac singulis rationibus diligenter pensitatis et cum Fr. Iacobsio atque Rostio collatis, hoc nobis videtur statui debere. Priore versu Venus dicitur advenire ἀδεῖα, i. e. laeta, cui ipsi suave est, ob victoriam puta, quam iam reportatura est. Porro eadem γελάοισα, ridens accedebat, subridens scilicet Daphnidis sortem. Eo consilio deam advenisse patet ex sequenti Daphnidis sermone, qui malignam Veneri tribuit mentem. Risum igitur illum, qualis fuerit, proximo versu declarat poeta, dicens λάθρια μὲν γελάοισα, i. e. clanculum quidem ridebat, risus in ore eius apparebat amarulentus ac mordax, ut solent homines, qui cum altero certantes eum devicerunt. Sic Venus de Daphnide triumphum quasi actura, quod in certamen secum descendere ausus, ipsi tamen succumbit, eum cum clandestino risu, amaritudinis pleno, adit. Hic vero risus moestitiae quodam sensu temperatus erat; praevidebat enim dea fore, ut Daphnis, cuius nondum omne deposuerat ex animo studium, in hoc certamine pereat. Quam ob rem quum victoria, grata licet, ipsi tamen tanto pretio constet, βαρὺν ἀνέχει θυμόν, h. e. moestitiam tamen intus alit, fovet, pervicaciam Daphnidis ipsa aegre ferens. Misericordiae vero sensu etiam post convicia Daphnidis deam tactam videmus versu 138. Ita etiam intelligis ἀδεῖα et βαρὺν ἀνέχ. θυμόν minime sibi repugnare. Locum igitur ita vertam: accedebat laeta etiam Venus, ridens, clandestinum quidem risum in ore prodens, intus tamen stomachans atque dolens. De singulis haec accipe. In verbis ἀδεῖα καὶ ἁ Κύπρις viri docti non satis attendisse videntur ad verborum collocationem. Nam si hoc ordine legerentur καὶ ἁ ἀδεῖα Κύπρις l. καὶ Κύπρις ἁ ἀδεῖα, ἀδεῖα vulgari sensu positum esset, quo epitheton ornans Veneris est, quae alibi dulcis, suavis vocatur. Tum vero etiam particulae γε μὰν ... καὶ indicant, vocem ἀδεῖα non otiosam esse, sed cum vi dictam. De significatione vero, qua nos accipimus adiectivum ἀδεῖα, ne dubites, lege Hermanni annotat. ad Soph. Trach. 122. Buttmannum quidem miror (in Gr. ampl. I. p. 253. et II. p. 408.) eorum sententiam amplexum esse, qui ἀδεῖα pro neutro pluralis habentes cum γελάοισα iungunt; quod ne faciamus, ut de sensu taceam, ipsa verborum collocatio dissuadet. — Λάθρια γελᾶν significat clandesti-

Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
Τὰν δ' ἄρα χὼ Δάφνις ποταμείβετο, Κύπρι βαρεῖα,
Κύπρι νεμεσσατά, Κύπρι θνατοῖσιν ἀπεχθής·
Ἤδη γὰρ φράσδῃ πάνθ' ἅλιον ἄμμι δεδύκην.

102. Magna est in hoc loco lectionum diversitas, maior etiam coniecturarum numerus. Plurimi codd. ita exhibent: *ἤδη γὰρ φράσδει πάνθ' ἅλιος ἄμμι δεδύκει.* Alii *ἅλιον* et *δεδύκειν.* Dorica forma *δεδύκην* in aliquot codd. reperitur. Edit. Florent. *φράσδῃ*: Boissonade edidit *ἤδη γὰρ φράσδῃ πάνθ' ἅλιον ἄμμι δεδύκειν;*

num risum, quum vultus ad cavillandum compositus est. Opponitur *δῆλος ἦν γελῶν*, quod non de irrisione, sed de risu, proprie dicto, ponitur. Fr. Iacobs. apte comparat Aelian. H. A. VIII, 13. *ἡσυχῇ καὶ λανθάνων ὑποβλέπεις.* Ceteras explicationes, quas multas hae voces expertae sunt, non moramur, neque diiudicare singulas in animo est; id vero confidenter negamus, *λάθρια* corruptum esse, multo minus in *ἀδέα* mutandum esse. Quam quidem sententiam, primum a Valckenario prolatam, multis argumentis defensum it Lennep in Comment., in Argumento memoratis, p. 171., ubi fusius de h. l. agitur. — *βαρὺς θυμός* est animus stomachosus, ut ita dicam. Nam Venus non tam irata est in Daphnidem, quam secum ipsa stomachatur. Sic *βαρύς* saepe de eo, quod molestiam creat. Cfr. Id. II, 3. Transitiva etiam est huius adiectivi significatio, quam Seidler illustrat apud Hermann. ad Sophocl. Antig. 763. Tandem *ἀνέχοισα* est intus habens, fovens. Valckenarium, aliter haec interpretatum, recte corrigit Hermann. ad Soph. Oed. Col. 680.

98. Nota hiatum in *ἀγραλέω ἔλυγ.* Cfr. Praefat. — *λυγίζειν* verbum e palaestra desumptum. Vid. Fr. Iacobs. ad Philostr. Imagg. II, 32. p. 562. Huschke Analect. liter. p. 154. — Similia contulit in Animadvv. in Anth. Tom. III. P. I. p. 296.

100. In tantâ lectionum et interpretationum dissensione dubitanter quod ego sentio, in medium propono; videant alii, an rectum invenerim. Vulgatam lectionem equidem hac explicatione servari posse putaverim: Ceteris et diis et pastoribus, qui sortem suam commiserati sunt, nihil respondit Daphnis; sed Veneris cavillatione exagitatus amarulenter et acerbe deae, invictus, inquit, morior; et apud inferos quoque Amori offensionem parabo. Scilicet Daphnis male de Amore loquendo vivus ei dolorem intulerat: hunc quoque se ei illaturum dicit mortuum; itaque Veneri nullam esse causam triumphandi. Cfr. Lennep. l. d. p. 172., qui tamen in reliquorum interpretatione a nobis discedit. — Simul Daphnis quod morti propinquum se sentit, convicia in Venerem, quam non amplius timet, cumulat *βαρεῖα, νεμεσσητά, ἀπεχθής.* Nihil igitur reticet; cuius audaciae quae sit causa, ipse aperit verbis *ἤδη γὰρ φρ. πάνθ' ἅλ. ἄμ. δεδ.*, iam enim vides omnem solem mihi occidisse, i. e. de me actum esse. Ultima proverbii loco fuisse videntur. Aliquatenus similis est Livii locus XXXIX, 26. nondum omnium dierum sol occidit. — Buttmann. Gr. ampl. T. II. p. 22. verba *ἤδη γὰρ φράσδει* … ita accipit, ut proximi versus cau-

Δάφνις κὴν Ἀΐδα κακὸν ἔσσεται ἄλγος Ἔρωτος.
Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
Οὐ λέγεται τὰν Κύπριν ὁ βωκόλος—, ἕρπε ποτ' Ἴδαν,
Ἕρπε ποτ' Ἀγχίσαν· τηνεὶ δρύες, ὧδε κύπειρος.
[Ὧδε καλὸν βομβεῦντι ποτὶ σμάνεσσι μέλισσαι.]
Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
Ὡραῖος χ' Ὤδωνις, ἐπεὶ καὶ μᾶλα νομεύει,
Καὶ πτῶκας βάλλει, καὶ θηρία πάντα διώκει.

103. Ἔρωτος] recte tuetur Wunder ad Soph. Philoct. p. 47. Ἔρωτι legitur in aliquot libris.

106. Hunc versum Valck. ad Callim. Eleg. p. 76. non genuinum habet. Sed potius sequens versus omnium recentiorum iudicio eliminandus est, quippe qui, ex Id. V, 46. huc illatus, concinnitati, quam Theocr. sectatur in versus intercalaris repetitione, repugnat.

109. Quemadmodum hic versus a nobis editus est, ita eum omnes

iam continerent: ad inferos, ut vides, descensurus, etiamnunc affirmo me Amori non cedere. Wuest. — Ceterum ex hoc sermone mihi intelligere videor Theocritum in Daphnide alterum quodammodo Hippolytum repraesentare voluisse, non calumniis tamen, sed Veneris potentiâ superatum; flammis consumptum, nec tamen cedentem. F. I.

103. ἄλγος] dolendi materia. Alia similia vide apud Fr. Iacobs. ad Delect. Epigr. p. 441. apud Pflugk ad Eurip. Med. 296. ad Androm. 218.

105. Iam invehitur in Venerem verbis acerbissimis, ei obiiciens amores cum pastoribus furtivos. Illos quidem vicisti, sed me haud vinces. — οὐ λέγεται τὰν Κύπριν ὁ βωκόλος, sc. καταισχῦναι, quod maiore cum vi reticetur. Similia sunt Virgilianum: Novimus et qui te, et Horatianum: Inachiam ter nocte potes, in quibus dictis per euphemismum haud minus suavem obscoena verba reticentur. Cfr. Bernhardy Syntax p. 353. — Narrat rem, quam Daphnis hic tangit, Homer. Il. H, 819. Auct. hymn. in Vener. 156 sq.

106. τηνεὶ δρύες, ὧδε κύπειρος] Umbrosus Ida et arboribus tectus, hic humilis herba, quae furta tua tegere nequit. F. I. — Haec verba τηνεὶ δρύες, ὧδε κύπειρος cum simili loco Id. V, 45. comparans ex carmine aliquo, quod in ore populi fuerit, petita esse suspicatur Welcker. in Iahns Iahrb. der Philol. Tom. I. Fasc. 3. p. 294.

109. Locus variis coniecturis tentatus. Sed verba sana sunt, ut nobis persuasum est, ac sensum praebent aptissimum. Pulcher etiam Adonis est, quod oves pascit etc., i. e. ob id ipsum, quod pastor est. Scilicet Daphnis, qui ipse bubulcus est ac Veneris potentiâ perit, dicit: Tibi semper res est cum pastoribus, sed horum cum damno. Anchises pastor fuit, eumque amore tuo complexa es; Adonis quoque pulcher tibi visus, quod pastor erat: utrique autem tuus amor fatalis fuit. De Adonide res nota est; sed Anchisem quoque oculis fuisse privatum, quod Veneris minas neglexisset,

Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
Αὖτις ὅπως στασῇ Διομήδεος ἄσσον ἰοῖσα,
Καὶ λέγε, τὸν βώταν νικῶ Δάφνιν, ἀλλὰ μάχευ μοι.
Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
Ὦ λύκοι, ὦ θῶες, ὦ ἀν' ὤρεα φωλάδες ἄρκτοι,
Χαίρεθ'· ὁ βωκόλος ὔμμιν ἐγὼ Δάφνις οὐκ ἔτ' ἀν' ὕλαν,
Οὐκ ἔτ' ἀνὰ δρυμώς, οὐκ ἄλσεα· χαῖρ' Ἀρέθοισα,
Καὶ ποταμοί, τοὶ χεῖτε καλὸν κατὰ Θύμβριδος ὕδωρ.

codd. exhibent. Quae verba, quum VV. DD. non viderentur explicari posse, miris coniecturis locum dederunt, quas recensere ab instituto nostro alienum est.

110. *θηρία πάντα*] hoc in plurimis libris est; pauci *θηρία τἆλλα* habent. Homer. Il. V, 52. ἐσθλὸν θηρητῆρα· δίδαξε γὰρ Ἄρτεμις αὐτὴ Βάλλειν ἄγρια πάντα, τάτε τρέφει οὔρεσιν ὕλη. Cfr. Id. V, 107. XXIV, 79.

discimus ex Hygin. XCIV. Cfr. Heyne. Excurs. XVII. ad Aen. II. Sic haec exempla inserviunt illustrandis conviciis in Venerem ingestis, simulque hoc significant, Venerem vim suam et potentiam in pastoribus et venatoribus experiri, ita ut amor quoque, quo hos complecti videretur, mala gravissima afferat. Qua ratione intelligis summam loci venustatem in illo ἐπεί positam esse, quod non veram causam continet, sed ironicam. Tum pergit Daphnis: illos pastores tu perdidisti, me quoque ad mortem adegisti; sed vana gloriola est. Eadem enim a Diomede superata es. Pro hoc autem, quo magis deae animum pungat, dicit: i modo et victorias de nobis pastoribus reportatas narra Diomedi. — Tantum igitur abest, ut hunc locum depravatum habeamus, ut eum longe venustissimum esse arbitremur.

110. *πτῶκας*] V. Stanleium ad Aesch. Agamemn. 141. Eumenid. 326.

112. Narra splendidam, quam de pastore reportavisti, victoriam Diomedi, eumque ad certamen ineundum iterum provoca. — Pugnam Diomedis cum Venere describit Homer. Il. V, 336 sqq. — De usu particulae *ὅπως* vide Rost. Gr. §. 122, 11. not. 7.

113. *νικῶ*] vici. Vid. ad Anthol. Palat. p. 786.

115. Nota ultimam in *θῶες* productam, cuius rei excusatio parata est in pausa. — *φωλάδες ἄρκτοι*, ursi, qui in montium lustris degunt. Respexit ad hunc locum Basil. Caes. in Schol. inedit. ad Gregor. Nazianz. Orat. XXXIV. p. 537 B. κυρίως φωλεοὶ αἱ καταδύσεις τῶν ὄφεων καὶ λοιπῶν ἑρπετῶν καὶ θηρίων, ἀφ' οὗ καὶ *φωλάδες ἄρκτοι* λέγονται. Scholium edidit Boisson. ad Nicet. Eugen. Tom. I. p. 254. — φωλὰς ἀραχναίη, σίλφη, παρθενίη sunt in Anthol. Gr., ubi Vid. Fr. Iacobs. in Animadvv. Tom. I. P. I. p. 328. Tom. II. P. II. p. 359.

118. Thymbridem alii fluvium, alii montem Siciliae existimant; illud veteres tradunt, hoc recentiores suspicantur. Utrumque per linguae usum ferri potest; ob veterum igitur testimonia prius praetulerim. Kephalides in itiner. per Italiam et Siciliam Vol. II. p. 44. montem intelligit, quem nunc

Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
Δάφνις ἐγὼν ὅδε τῆνος, ὁ τὰς βόας ὧδε νομεύων,
Δάφνις ὁ τὼς ταύρως καὶ πόρτιας ὧδε ποτίσδων.
Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
Ὦ Πὰν, Πὰν, εἴτ' ἐσσὶ κατ' ὤρεα μακρὰ Λυκαίω,
Εἴτε τύ γ' ἀμφιπολεῖς μέγα Μαίναλον, ἔνθ' ἐπὶ νᾶσον
Τὰν Σικελάν, Ἑλίκας δὲ λίπ' ἠρίον αἰπύ τε σᾶμα
Τῆνο Λυκαονίδαο, τὸ καὶ μακάρεσσιν ἀγητόν.
Λήγετε βωκολικᾶς, Μῶσαι, ἴτε, λήγετ' ἀοιδᾶς.
Ἔνθ', ὦ 'ναξ, καὶ τάνδε φέρ' εὐπάκτοιο μελίπνουν
Ἐκ καρῶ σύριγγα καλάν, περὶ χεῖλος ἑλικτάν.
Ἦ γὰρ ἐγὼν ὑπ' Ἔρωτος ἐς Ἅιδος ἕλκομαι ἤδη.

125. Vulgata lectio est Ἑλίκας δὲ λίπε ῥίον. Sed quodnam Helices promontorium intelligendum sit, non liquet. Lamb. Bos coniicit Ἑλίκα δὲ λίπ' ἠρίον, Helices Lycaonidae sepulcrum et sublime monumentum. Hoc suadente Heynio ad Il. XX, 404. et praeeunte Meinekio recipiendum putavi.

126. ἀγητόν] exquisitiorem hanc formam quinque tantum codd. servaverunt, in viginti tribus est ἀγατόν, in paucis ἀγαατόν. ἀγατόν edidit Kiessling.

130. ὑπ' Ἔρωτος] alii minuscula litera. Cfr. v. 103. — ἐς Ἅιδος plurium codd. lectionem ἐς ᾅδαν praetulit Kiessl. ob numerorum, ut ipse dicit, gravitatem.

134. Pauciores libri exhibent γένοιντο, plures singularem γένοιτο,

del Bosco appellant, ubi egregii aquarum ductus vestigia reperit.

120. Appositionis loco haec prioribus subiuncta puta: non amplius hic versabor ego idem ille Daphnis, qui armenta in his saltibus pavi.

122. Similiter in Statii Theb. I. extr., notante Dahlio, Apollo invocatur: Seu te Lycia, seu Delphi, seu Thymbria, seu Delos habet. Cfr. Virgil. Eclog. VIII, 6, 7.

123. Lycaeus et Maenalus montes in Arcadia.

124. εἴτ' ἐσσὶ ... εἴτε τύ γ'] in altero membro pronomen illatum nihil habet offensionis. Exempla vide apud Stallbaum ad Plat. Gorg. p. 267.

126. Eodem modo Virgil. in Eclog. VIII. versum intercalarem Incipe Maenalios mecum, mea tibia, versus, v. 61. cum altero mutat: Desine Maenalios, iam desine, tibia, versus.

128. φέρε τάνδε σύριγγα μελίπνουν καλὰν ἐκ καρῶ εὐπάκτοιο] accipe hanc fistulam pulcram, quae suavem odorem edit et ex cera firmiter adhaerente compacta est. Cera igitur εὔπηκτος est, quatenus nullas fissuras et foramina admittit. — Kiessl. coniungit μελίπνουν ἐκ καρῶ, quae per ceram singulos calamos copulantem suavem odorem accipit.

132. Ad Daphnidis mortem deplorandam omnia invertantur per totam rerum naturam. Hanc imaginem per singula persequitur poe-

Λήγετε βωκολικᾶς, Μῶσαι, ἴτε, λήγετ' ἀοιδᾶς. Ἐπῳδός.
Νῦν ἴα μὲν φορέοιτε βάτοι, φορέοιτε δ' ἄκανθαι,
Ἁ δὲ καλὰ νάρκισσος ἐπ' ἀρκεύθοισι κομάσαι·
Πάντα δ' ἔναλλα γένοιντο, καὶ ἁ πίτυς ὄχνας ἐνείκαι,
Δάφνις ἐπεὶ θνάσκει· καὶ τὰς κύνας ὤλαφος ἕλκοι,
Κὴξ ὀρέων τοὶ σκῶπες ἀηδόσι γαρύσαιντο.
Λήγετε βωκολικᾶς, Μῶσαι, ἴτε, λήγετ' ἀοιδᾶς.
Χὼ μὲν τόσσ' εἰπὼν ἀπεπαύσατο· τὸν δ' Ἀφροδίτα
Ἤθελ' ἀνορθῶσαι· τά γε μὰν λίνα πάντα λελοίπει
Ἐκ Μοιρᾶν· χὼ Δάφνις ἔβα ῥόον· ἔκλυσε δίνα
Τὸν Μώσαις φίλον ἄνδρα, τὸν οὐ Νύμφαισιν ἀπεχθῆ.
Λήγετε βωκολικᾶς, Μῶσαι, ἴτε, λήγετ' ἀοιδᾶς.

quem Boissonade defendit ex Nicet. Eugen. imitatione. Vid. annot. p. 235. Sed librariorum nullus, opinor, pluralem numerum de suo positurus fuisset.

135. Quod in nonnullis (omnibus) codd. legitur τὼς κύνας, id ipsum in suo cod. invenit etiam Tzetzes Exeg. in Iliad. p. 62. r. edit. Herm.

136. γαρύσαιντο] facile careas coniectura Stephani δαρίσαιντο, in quam incidit etiam Matth. in observatt. critt. p. 43. et Grammat. Gr. §. 404. p. 739. Quod huic coniecturae firmamentum paratur ex imitatione aliorum poetarum, non eam vim habere debet, ut ad vulgatam mutandam nos moveat.

138. ἀπεπαύσατο], ex Idyll. VII, 90. defenditur. Alii ἀνεπαύσατο.

ta. Similia ex veteribus diligenter collecta vide apud Markland ad Eurip. Suppl. 520.; ex recentioribus apud Boissonade ad Nicet. p. 235. Notissimus Eurip. Med. versus 412. ἄνω ποταμῶν ἱερῶν χωροῦσι παγαί.

133. Theocritum imitatur Agathias in Anthol. Palat. V, 299. (in Delectu Epigrammat. V, 85. p. 167.), πάντα δ' ἔναλλα γένονται. Nicet. Eugen. IV. γένοιτο πάντα νῦν ἐνάλλαξ ἐν βίῳ, τοῦ Κλεινίου θνήσκοντος.

134. τὰς κύνας ὤλαφος ἕλκοι] canes cervus distrahat et laceret. Bene comparat Toup. Hom. Il. X, 335. οἱ μὲν κύνες ἠδ' οἰωνοὶ ἑλκήσουσ' ἀϊκῶς. Hanc explicationem firmat Boisson. ad Nicet. Eugen. p. 236.

135. De structurâ vocis γηρύειν vide notata ad v. 24. — Epigram. ἀδεσπ. 368. τολμῶεν δ' ἐρίσαι σκῶπες ἀηδονίσιν. Virgil. Eclog. VIII, 55. certent et cygnis ululae.

139. Iam quidem Venerem poenituit crudelitatis, quâ Daphnidi interitum paraverat, sed sero. Morti propinquum servare non poterat. — τὰ ἐκ Μοιρᾶν λίνα λελοίπει, fila a Parcis deducta erant, nihil vitae supererat. Saepius mentio fit in veterum scriptis τῶν λίνων vel τοῦ μίτου Parcarum. Vid. Fr. Iacobs. in Animadv. in Anthol. Tom. I. P. II. p. 146. in Wolf. Analect. Tom. I. Fascic. I. p. 97.

140. ἔβα ῥόον] descendit ad Acherontem, quem hic simpliciter ῥόον dicit. — ἔβα ῥόον, poetice dictum pro ἔβα πρὸς ῥόον, ut ἐβαν

Καὶ τὺ δίδου τὰν αἶγα τό τε σκύφος, ὥς κεν ἀμέλξας
Σπείσω ταῖς Μοίσαις. ὦ χαίρετε πολλάκι, Μοῖσαι,
Χαίρετ'· ἐγὼ δ' ὔμμιν καὶ ἐς ὕστερον ἅδιον ᾀσῶ.

ΑΙΠΟΛΟΣ.

Πλῆρές τοι μέλιτος τὸ καλὸν στόμα, Θύρσι, γένοιτο,
Πλῆρές τοι σχαδόνων, καὶ ἀπ' Αἰγίλω ἰσχάδα τρώγοις
Ἁδεῖαν, τέττιγος ἐπεὶ τύ γα φέρτερον ᾄδεις.
Ἠνίδε τοι τὸ δέπας· θᾶσαι, φίλος, ὡς καλὸν ὄσδει·
Ὡρᾶν πεπλύσθαι νιν ἐπὶ κράναισι δοκασεῖς.
Ὧδ' ἴθι, Κισσαίθα· τὺ δ' ἄμελγέ νιν· αἱ δὲ χίμαιραι
Οὐ μὴ σκιρτάσητε, μὴ ὁ τράγος ὔμμιν ἀναστῇ.

143. *ὥς κεν*] ita cum Boisson. edidi ex plurimis codd. pro *ὥς μιν*, quod quum ab H. Stephano receptum sit, inde omnes editiones occupavit.

144. *Μοίσαις*] bis in hoc versu forma *Μοῖσαι* legitur, quum antea in versu intercalari semper *Μῶσαι* dixerit poeta. Noli hanc formarum diversitatem librariorum inconstantiae vel negligentiae tribuere; ipsius poetae videtur haec licentia fuisse. Quum enim tales loci, in quibus duplex forma ob metri rationem satis defensa est, ut Idyll. II, 115., nos doceant omnem hanc rem a solo aurium iudicio, quod satis lubricum est, pendere, nonnisi cum summa cautione in doricis formis restituendis versandum atque a sola optimorum codd. auctoritate standum est. Cfr. quae uberius exposuimus de hac re in praefat.

νέας ἀμφιελίσσας Hom. Od. III, 162. *τὴν νῆσον ἀφίκετο* V, 55.

145. *ᾀσῶ*] at Idyll. III, 38. legitur *ᾀσεῦμαι*.

147. *ἀπ' Αἰγίλω ἰσχάδα*] i.e. *ἰσχάδα Αἰγιλίδα*. Caricae ex Aegilo, pago Attico, valde nobilitatae apud veteres. Praepositionis *ἀπό* usus in hâc iuncturâ notissimus. Simile est Virgilianum: pastor ab Amphryso.

149. *θᾶσαι, ὡς καλὸν ὄσδει*] Eurip. in Cyclop. 153., a Valcken. allatus, *ἰδού . . . ὡς καλὴν ὀσμὴν ἔχει*. Caveant sibi tirones, ne Theocritea pro imitatione Euripidis habeant. Nam tale loquendi genus, quod nos quoque frequentamus, in ipsâ naturâ positum est. Eadem dicendi ratio lepide dicto Alexid. apud Athenae. IV. p. 134. A. occasionem dedit *ἅπαντες ὀρχοῦντ' εὐθύς, ἂν οἴνου μόνον ὀσμὴν ἴδωσιν*. Illi loci vellem in promtu fuissent Nitzschio in comment. ad Odyss. III, 96.

150. Horae omnibus rebus gratiam et elegantiam parant. Fr. Iacobs. apposite ad rem confert Alexid. apud Athen. II. p. 61. A., ubi *παρετέθη ὑπερήφανος ὄζουσα τῶν Ὡρῶν λοπάς*. Vid. eundem in Animadv. ad Anthol. Tom. I. P. II. p. 320. Tom. II. P. II. p. 408. ad Philostr. Imagg. II, 34. p. 572. — *ἐπὶ κράναισι*. *ἐπί* cum dativo loci haud infrequens. Vid. Fr. Iacobs. ad Anthol. Palat. p. 593.

152. *οὐ μὴ σκιρτάσ.*] Vid. Matth. Gr. §. 609. 2. p. 1231.

II.

Argumentum.

Simaetha, quum se a Delphide, quem deperit, neglectam videat, illumque novis amoribus irretitum suspicetur, incantamentis pueri animum ad se revocare conatur. Quare noctu, Luna imminente, sacrum instituit magicum, cuius ritus oculis nostris subiiciuntur v. 1 — 62. Horum rituum haec potissimum est ratio, ut, quae inanimis rebus fiunt, eadem eius, qui incantatur, et corpus et animum graviter afficere existimentur. (Cf. Horat. Serm. I, 8. Epod. 17. Similia fortasse repraesentaverat Sophocles in *Ῥιζοτόμοις*, quam Tragoediam pro fonte omnium istiusmodi scenarum habet Boettiger Vasengemälde T. I, 2. p. 175.) Incantationibus illis peractis (de quibus lege praecipue Plin. histor. natur. XXVIII, 2. Wachsmuth. de arte magica apud veteres in Athenaeo Tom. II. Fascic. 2. p. 209 sqq.), quum ancilla abiisset, Simaetha amoris sui in Delphidem et originem et progressus (64 — 144.), tum de eius perfidia suspicionem — 157. Lunae, magicorum sacrorum praesidi, diserte enarrat. Denique puero nisi ad pristinam consuetudinem redeat, gravissimas poenas minitatur. F. I.

Duae sunt huius idyllii quasi partes, altera magica, altera epica, inde a v. 64. Sed haec, ut prudenti consilio instituit poeta, obiter peragitur, actioni magicae inserta. Pro diversâ instituti ratione duobus etiam utitur diversis versibus intercalaribus, quorum ἴυγξ etc. actioni magicae accommodatus est, alter φράζεο etc. sermoni convenit, quem maga cum Lunâ instituit. Tum observa in priore carminis parte sic descriptos esse et demetatos versuum ordines, magna ut appareat poetae solertia. In extremo autem carmine (inde a v. 135.) idem callide instituit, ut, auctâ subinde magisque exardescente animi commotione, sermo Simaethae flueret liberius. Abest igitur omnis ab eo intercallatio. Vid. Eichstädt. Quaest. Philol. Spec. 1. p. 39.

Ubi terrarum illa pompa acta esse sit putanda vix erui poterit; mera est coniectura Schol., qui eam Athenis ductam esse dicit. Pro certo hoc solum poni potest, sacra magica, quae Simaetha instituit, facta esse in trivio inter urbem aliquam et mare sito; v. 35. enim canes in urbe latrantes audit, et v. 38. maris malaciam subito factam sentit. Urbem vero inter nobiliores et ditiores fuisse ex pompae splendore colligas, in qua leaena ducta esse dicitur. Tandem ad Simaethae personam quod attinet, mulierem tibi cogita, non nobilem quidem, sed honestiorem tamen. Cf. annot. ad v. 100. In partibus Simaethae fingendis mimum aliquem Sophronis nostro poetae obversatum esse auctor Argumenti Graeci his verbis tradit: τὴν δὲ Θεστύλιδα ὁ Θεόκριτος ἐκ τῶν Σώφρονος μετήνεγκε μίμων. — Priorem Idyllii partem Virgilius expressit Eclog. VIII. inde a v. 64.

Inscriptum est idyllium in plurimis codd. Φαρμακεύτρια. Plurali numero Φαρμακευτρίας laudat Athenae. XI. p. 475., eandemque inscriptionem aliquot codd. agnoscunt.

Peculiari scriptione illustravit carmen Greverus, Lemgoviae. 1826., ex qua quae usui nobis viderentur esse excerpta dedimus, quod grato animo profitemur. — Et his ipsis diebus affertur mihi Programma Triburgense anni 1828., quod Weissgerberi ad hoc idyllium observationes continet et longiorem de Hecates nomine, officio atque cultu excursum. Ex hoc quoque libello, quae nobis profutura viderentur, excerpsimus; omnia vero ac singula pro instituti nostri ratione recensere nobis non licuit.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.

Ὑπόκειται Σιμαίθα Δέλφιδος Μυνδίου τινὸς ἐρῶσα, ὃν παιδικοῖς προσταλαιπωροῦντα ἐν παλαίστρᾳ ἡ Σιμαίθα φίλτροις τε καὶ φαρμάκοις διά τινος θεραπαίνης Θεστύλιδος ὑποδιακονουμένης ἐφ' ἑαυτὴν πειρᾶται μετάγειν, ἐπικαλουμένη τὴν Σελήνην καὶ τὴν Ἑκάτην, ὡς ἐπὶ τῷ ἔρωτι συμβαλλομένας νυκτερινὰς θεάς. Τὴν δὲ Θεστύλιδα ὁ Θεόκριτος ἀπειροκάλως ἐκ τῶν Σώφρονος μετήνεγκε Μίμων.

ΦΑΡΜΑΚΕΥΤΡΙΑ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ β'.

Πᾷ μοι ταὶ δάφναι; φέρε, Θέστυλι· πᾷ δὲ τὰ φίλτρα;
Στέψον τὰν κελέβαν φοινικέῳ οἰὸς ἀώτῳ,
Ὡς τὸν ἐμὸν βαρὺν εὖντα φίλον καταθύσομαι ἄνδρα,

Idyll. II. 3. τὸν ἐμὸν βαρὺν εὖντα φίλον] ita scripsi cum Boissonade. Alteram lectionem τὸν ἐμοὶ βαρὺν εὖντα φίλον primus Stephanus in verborum ordinem intulit. Ne offendas in hac structura ὁ ἐμὸς φίλος, lege quae observant Seidler. ad Eurip. Electr. 668. Troad. 596. Schaefer. ad Apollon. Rhod. Schol. p. 169. Welcker. ad Theognid. v. 413. p. 104. Comparare licet locum Theogn., etsi nostro non prorsus similem, v. 97. ἀλλ' εἴη τοιοῦτος ἐμὸς φίλος, ὃς τὸν ἑταῖρον .... βαρὺν ὄντα φέρει ἀντὶ κασιγνήτου. Praeterea notabilis usus participii, qui ipse exemplis non caret. Plato Legg. VI. p. 768. B. ὁ ἀκοινώνητος ὤν, quem locum contulit Bernhardy Syntax p. 316. — Nostram lectionem agnoscit etiam Georg. Lecapen. in voce φίλτρα, cuius verba edidit Boisson. ad h. l.

Idyll. II. 1. Statim in mediam rem nos abripit poeta. Simaetha, media nocte ritibus magicis intenta, servam, quam secum adduxerat, instrumenta ad incantandum apportare iubet. — πᾷ μοι ταὶ δάφναι; ubinam mihi lauri? Attende ad articuli vim, qua lauri significantur ad rem sacram peragendam iam prius paratae. — φίλτρα intellige non potum ipsum, sed res, instrumenta etiam, quae ad sacrum magicum instituendum requiruntur. Cf. Naeke ad Choeril. p. 98. — V. 1 — 3. reddidit Virgil. Eclog. VIII, 64.

2. Antiquissimis temporibus deorum aras lana ornabant; hinc sagae morem pocula velandi lana mutuatae sunt. Multa ex veteribus collegit de hac re Hottinger. in Museo Turic. I. p. 266 sqq. Voss ad Virgil. Eclog. VIII, 73. Heindorf. ad Horat. Satir. I, 8, 31. Purpureae vero lanae maxima in incantamentis efficacia tribuebatur. Fr. Iacobs laudat in hanc rem Clement. Alex. Strom. VII. p. 713. Geopon. XV, 8. Cfr. eundem ad Delect. Epigr. I, 50. — οἰὸς ἄωτος nihil aliud esse videtur quam lana in ovis pelle quasi efflorescens. Loquutio est Homerica. Od. I. 443. Sic Il. I, 657. λίνοιο λεπτὸν ἄωτον non est linum praestantissimum, sed linum ipsum, quatenus e terra effloruit. Callim. fragm. 115. Λεσβίης ἄωτον νέκταρ οἰνάνθης. Similis est periphrasis, quam ἄνθος

Ὃς μοι δωδεκαταῖος ἀφ' ὧ τάλας οὐδέποθ' ἥκει,
Οὐδ' ἔγνω πότερον τεθνάκαμες ἢ ζοοὶ εἰμές,
Οὐδὲ θύρας ἄραξεν ἀνάρσιος. ἦ ῥά οἱ ἄλλᾳ
Ὤιχετ' ἔχων ὅ τ' Ἔρως ταχινὰς φρένας, ἅ τ' Ἀφροδίτα.
Βασεῦμαι ποτὶ τὰν Τιμαγήτοιο παλαίστραν
Αὔριον, ὥς νιν ἴδω, καὶ μέμψομαι οἷά με ποιεῖ.
Νῦν δέ νιν ἐκ θυέων καταθύσομαι. ἀλλά, Σελάνα,

4. οὐδέποθ'] Boisson. edidit οὐδέποχ', prout coniecerat Graefius.

6. ἄλλᾳ] Kiessl. et Boisson. hic et v. 127. ἀλλᾷ.

7. ἔχων] fuerunt qui coniicerent ᾤχετ' ἄγων, quod bene se haberet, si legeretur in codd.

facit. Aeschyl. Prom. 23. χροιᾶς ἄνθος color in cute. 428. Ἀραβίας ἄρειον ἄνθος, genus hominum bellicosum, quod Arabia producit F. I. — Adde Buttmann. Lexil. Tom. II. p. 15 sqq.

4. δωδεκαταῖος ἀφ' ὧ] loquutio minime protrita pro ὅς διὰ δώδεκα ἡμερῶν οὐκ ἦλθε, pro quo dici poterat: ὅς δωδεκαταῖος ἤδη ἄπεστι. — τάλας. Nota ultimam huius adiectivi syllabam contra usitatum morem correptam esse. Sed de integritate loci dubitare noli. Vide quae ad hanc correptionem excusandam probabiliter disputavit Spitzner. Prosod. §. 28. not. 2. et Fr. Iacobs. Not. Crit. ad Anthol. Pal. p. 547.

5. ἢ ζοοὶ εἰμές] pluralis masculini generis, ut plurimum apud Graecos, de unâ feminâ positus est. Vid. Pflugk. ad Eurip. Med. 314. Matth. Gr. §. 436. 4. p. 815. — Deinde adverte formam ζοοί, qua pariter atque ζωός, ut Id. IV, 42., poeta usus est. Illam formam ignorant grammatici, ut Matth. Gr. §. 124. p. 247., et lexicographi: Cfr. Spitzner Prosod. §. 6. 5. b). — Weissgerb. similem affert Hom. Od. XI, 462. locum: ... οὐδέ τι οἶδα, Ζώει ὅγ' ἦ τέθνηκε.

7. Animum certe alio convertit. Quam sententiam sic extulit: profecto Amor levem eius animum alio transtulit. Nam Amor et Venus animos amantium tenere dicuntur et regere. Non igitur Amoris sunt ταχιναὶ φρένες, ut nonnullis visum, sed Delphidis. Interpretatio nostra firmatur iis locis, quos attulit Fr. Iacobs. ad h. l. et in Animadv. in Anthol. III, 3. p. 43., in quibus omnibus participii ἔχων haec est vis, ut sit: secum ferens. Dignus est, qui comparetur, locus Horatii Epod. XV, 23. Eheu translatos alio moerebis amores. Terent. Hecyr. I, 2, 94. animus paullatim elapsu'st Bacchidi atque huc transtulit Amorem.

9. καὶ μέμψομαι οἷά με ποιεῖ] i. e. ὅτι τοῖά με ποιεῖ. Vid. Schaefer. ad Lambert. Bos. p. 252., cui adde Fr. Iacobs. in Animadvv. ad Anthol. Tom. III. P. III. p. 127. et ad Anthol. Pal. p. 858.

11. Tu, Luna, lucide splendeas, i. e. favens mihi adsis. Propitia deae voluntas eius splendore significatur. — φαῖνε καλόν, Meleagr. Anthol. Graec. Tom. I. p. 20. καλὸν φαίνουσα Σελήνη., vid. Fr. Iacobs. in Delect. Epigr. V, 30. — τὶν γὰρ ποταείσομαι ἅσυχα, δαῖμον, clam precatur ad deam, ne quae ad eam mittit vota ab aliis audiantur at-

Φαῖνε καλόν· τὶν γὰρ ποταείσομαι ἄσυχα, δαῖμον,
Τᾷ χθονίᾳ θ' Ἑκάτᾳ, τὰν καὶ σκύλακες τρομέοντι,
Ἐρχομέναν νεκύων ἀνά τ' ἠρία καὶ μέλαν αἷμα.
Χαῖρ', Ἑκάτα δασπλῆτι, καὶ ἐς τέλος ἄμμιν ὀπάδει,
Φάρμακα ταῦθ' ἔρδοισα χερείονα μήτε τι Κίρκας,
Μήτε τι Μηδείας, μήτε ξανθᾶς Περιμήδας.
Ἴυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.

11. **Kiessl.** coniicit *ἄσυχε δαῖμον.* Sed vide annot.

12. **Blomfield.** ad Sophron. Fragm. in Valpy. Ephem. classic. Tom. V. p. 388. et ad Aeschyl. Prometh. 355. proponit *χ' αἱ σκύλακες,* quod recepit **Boisson.** Recte vero hic articulus abest; nam in universum canes Hecaten tremiscere dicit Simaetha. Sed v. 35. sunt *ταὶ κύνες* ii canes, quos iam latrantes audit.

que irrita reddantur. Vid. **Tibull.** Eleg. II, 1, 84. **Vos celebrem cantate deum, pecorique vocate Voce; palam pecori, clam sibi quisque vocet. Aut etiam sibi quisque palam: nam turba iocosa Obstrepit, et Phrygio tibia curva sono.** Tum horror sacri magici obscuro lentoque precantium murmure augetur. — **Weissgerb.** *ἄσυχα* explicat **profundo noctis silentio (in nächtlicher Stille).** Quod an Graecae linguae usus ferat, valde dubito.

12. Hecaten pulli etiam canes tremiscunt eiusque adventum latratu et ululatu significant. Alieni sunt ii loci, in quibus infernae canes Hecaten comitari dicuntur. Vid. **Heindorf.** ad Horat. Satir. I, 8, 35. **Neapol.** ad Ovid. Fast. I, 389. Ceterum vetus est superstitio bestias lemures aliaque nocturna terriculamenta, quae homines fallunt, animadvertere. — Hecate vocatur *χθονία.* Sic etiam **Ceres** atque **Proserpina** *θεαὶ χθόνιαι* appellantur in Inscript. apud **Boeckh.** Tom. I. p. 25. *χθὼν* enim de **locis inferis** ponitur. V. **Hermann** ad Eurip. Hec. p. 80.

13. Hecate dicitur incedere **per busta mortuorum et per atrum caesorum sanguinem.** Apud **Lucan.** VI, 734. Erichtho sic alloquitur Furias: — **per busta sequar, per funera custos, Expellam tumulis, abigam vos omnibus urnis.** Nihil igitur est causae, cur quidquam in hoc loco mutandum censeas.

14. *δασπλῆτι*] vox *δασπλής,* quam **Homerus** (Odyss. XV, 234.) de furiis usurpavit, commode nunc ad **Hecaten** ipsam translata est. Omnino recentiores poetae ad quascunque res infestas, atroces terribilesve traducunt. Vid. Anim. in Anthol. Tom. I. P. I. p. 204.

15. Ex usitatâ dicendi brevitate hoc dictum pro *φάρμακα ταῦτα ἔρδοισα χερείονα μήτε τῶν τῆς Κίρκης φαρμάκων* etc. Vid. **Matth.** Gr. §. 453. **Boeckh.** ad Pindar. Tom. II. P. II. p. 104. **Schaef.** Meletem. crit. p. 57, 127. **Nitzsch.** ad Odyss. II, 120. **Pflugk.** ad Eurip. Androm. 220.

16. Perimede, quam **Propertius** etiam (II, 1, 73.) commemorat, eadem esse dicitur, quae ab **Homero** Il. XI, 739. Agamede vocatur.

17. Iynx proprie est torquilla, quae etiam in nostris terris versatur, avis collo perlongo, quod celeri motu huc et illuc agitatur, dum linguam extendit. Vide **Schol.** ad Lycophr. 310. **Heyne** ad Pindar. Pyth. IV, 388. p. 289. **Voss.**

Ἄλφιτά τοι πρᾶτον πυρὶ τάκεται· — ἀλλ' ἐπίπασσε,
Θέστυλι· δειλαία, πᾶ τὰς φρένας ἐκπεπότασαι;
Ἦ ῥά γέ τοι μυσαρὰ καὶ τὶν ἐπίχαρμα τέτυγμαι;
Πάσσ' ἅμα καὶ λέγε ταῦτα· τὰ Δέλφιδος ὀστέα πάσσω.
Ἴυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
Δέλφις ἔμ' ἀνίασεν· ἐγὼ δ' ἐπὶ Δέλφιδι δάφναν
Αἴθω· χ' ὡς αὐτὰ λακεῖ μέγα καππυρίσασα,

19. Valcken. tentabat πᾶ τᾶς φρενὸς ἐκπεπότασαι.

21. Heinsii elegans quidem est coniectura πάσσ' ἅλα, nec tamen necessaria. — Reiskii distinctionem καὶ λέγε· ταῦτα τὰ Δέλφιδος ὀστέα πάσσω miror Kiesslingio placuisse.

24. καππυρίσασα] Valcken. coniecit κάππυρος εὖσα, quod Schneidero in lex. s. v. aliisque probavit. Sed καππυρίζειν quidni ad Virgil. Eclog. VIII, 68. Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnin. Schneider ad Xenoph. Memorr. III, 11, 17. Creuzer. in Bekkeri Observatt. in Philostrat. p. 84 — 86. Illa autem iynx, quae sacris magicis adhibetur, procul dubio est turbo flagello agitatus. Cf. Delect. Epigr. I. 50. Huic actioni vis ἑλκτικὴ tribuebatur; ut hodie quoque, per lusum certe, morantes rudicula agitata adducunt. Vetus superstitio, cuius causa per se patet. Aliud etiam instrumentum fuisse ἑκατικὸν στρόφαλον indicatum me docet Fr. Iacobs., Nicephori locum in Schol. ad Synes. p. 362. afferens: ἔστι δ' ὁ Ἑκατικὸς στρόφος σφαῖρα χρυσῆ μέσον μὲν ἔχουσα σάπφειρον λίθον, δι' ὅλης δὲ τῆς ἐπιφανείας χαρακτῆρας καὶ σχήματα διάφορα. ταύτην δὴ στρέφοντες ἐποιοῦντο τὰς ἐπικλήσεις, ἃς δὴ καὶ ἴυγγας ἔλεγον.

18. ἄλφιτα ... τάκεται] mola primum igni consumatur. τάκεται si sensum respicis, pro τακέσθω. Nam quae quis fieri vult vel iubet, dum iam fiunt, non imperativo, sed indicativo saepe exprimuntur. — Post τάκεται signum reticentiae posui. Oculos convertit in Thestylin, ut videat, an in spargenda mola pergat; cessantem increpat: ἀλλ' ἐπίπασσε, age, iterum sparge.

19. πᾶ τὰς φρένας ἐκπεπότασαι;] quo tibi mens avolavit? τὰς φρένας hic accusativus, ut saepissime, verbo intransitivo iunctus est ad eam animi corporisve partem accuratius designandam, quae afficitur. Similes dicendi rationes sunt hae: Homer. Il. XXIV, 201. πῆ δή τοι φρένες οἴχονται; Herodot. III, 155. κῶς οὐκ ἐξέπλωσας τῶν φρενῶν; Eurip. Electr. 175. οὐκ ... θυμὸν ... ἐκπεπόταμαι, τάλαινα; ad quem locum vide Seidleri notam. In disticho de tibicine apud Athen. VIII. p. 337. F. ἅμα τῷ φυσῆν χὠ νόος ἐκπέταται. Cf annot. ad Id. XI, 72. Valcken. ad Eurip. Hippolyt. 38.

20. Num tibi quoque ludibrio sum? ἐπίχαρμα et κατάχαρμα proprie in eum sensum adhibentur, ut de ludibrio, quod inimicus ex alterius capit infortunio, dicantur. V. Blomfield. ad Aesch. Prometh. 164. Greverus affert Hom. Il. VI, 82. δηΐοισι δὲ χάρμα γενέσθαι, et Catull. XLII, 3. iocum me putat esse. — Ceterum animadverte mulieris animum iniuriâ ab amante acceptâ saucium et ad suspicionem propensum.

Κῆξαπίνας ἅφθη, κοὐδὲ σποδὸν εἴδομες αὐτᾶς·
Οὕτω τοι καὶ Δέλφις ἐνὶ φλογὶ σάρκ' ἀμαθύνοι.
Ἴυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
Ὡς τοῦτον τὸν καρὸν ἐγὼ σὺν δαίμονι τάκω,
Ὣς τάκοιθ' ὑπ' Ἔρωτος ὁ Μύνδιος αὐτίκα Δέλφις·
Χ' ὡς δινεῖθ' ὅδε ῥόμβος ὁ χάλκεος, ἐξ Ἀφροδίτας
Ὣς κεῖνος δινοῖτο ποθ' ἁμετέρῃσι θύρῃσιν.

recte dicatur: ignem concipere, flammam corripere? ita etiam exponunt Passovius et Rostius in lex.

29. ὑπ' Ἔρωτος edidi; ceteri omnes ὑπ' ἔρωτος. — Versu sq. alii comma in fine versus ponunt. Cf. annotat.

31. Doricum τῆνος pro κεῖνος ex coniectura Valcken. ediderunt Kiessl. et Boisson. Vid. quae in Praefat. de hâc licentiâ disputavimus.

23. Iota in ἀνλασεν productum. Vid. de huius vocis mensura Ruhnken. Epist. crit. 2. p. 276. Porson. ad Eurip. Phoen. 1334. Fr. Iacobs. ad Anthol. Gr. Tom. VII. p. 269. Heinrich in Observatt. in auct. vett. p. 47. Hermann ad Aristophan. Nubb. 370. 1003. — ἐπὶ Δέλφιδι. Delphis ipsa est pueri persona, propter quem et ob cuius affectum ciendum laurum incendit. Hic certe de cerea amatoris imagine minime accipiendum est. — Laurus, simulac flamma correpta est (καππυρίσασα) vehementer crepitat et subito conflagrat; quod in sacrificiis pro fausto omine habebatur. Tibull. II, 5, 81. et succensa sacris crepitet bene laurea flammis. Ut vero laurus subito ac penitus consumitur igne, ita Delphis quoque novis flammis correptus consumetur ac cruciabitur.

25. εἴδομες] videmus, quo sensu seriores demum poetae, falsâ fortasse homericorum locorum interpretatione adducti, hoc verbum acceperunt. Vid. Buttm. Gr. ampl. II. p. 117.

28. σὺν δαίμονι] cum numine, veneficiis favente, sive Hecate ea est, sive alia. Huius ope actionibus, quae per se vanae sunt et inanes, vis quaedam tribuitur. Quare cera post numen invocatum liquefacta hoc debet efficere, ut Delphis amore tabescat; turbo autem σὺν δαίμονι agitatus efficiet, ut ille desiderii vi ad puellae limen revocetur.

29. Delphis ex Myndo oriundus est, quam Arcadiae urbem fuisse tradit Scholiastes. Huius Myndi nusquam alibi, quantum scio, mentio fit.

30. ὁ ῥόμβος ὁ χάλκεος] vel ἴυγξ, est rhombus aheneus. Fuse de rhombo egit Levesque in Excurs. ad Thucyd. VI. p. 828., cui adde diligentissimam de eâdem re expositionem Barkeri ad Etym. M. p. 1119 sqq. et in Thes. Steph. p. 11096. B. ed. Valpy. Ovid. Amor. I, 8, 7. Scit bene quid gramen, quid torte concita rhombo Licia, quid valeat virus amantis equae. Horat. Epod. XVII, 7. citum turbinem dicit. — ἐξ Ἀφροδ. Vi quadam arcanâ, amorem movente, qua Simaethae carmina flagellum imbuisse videri debent. F. I. — Recte idem animadvertit turbinem non a Venere actum dici, quod a simplicitate huius carminis abhorreret, concinnitatem tamen orationis magis videri requirere, ut vulgata scriptura et distinctio ser-

Ἴυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
Νῦν θυσῶ τὰ πίτυρα. τὺ δ᾿, Ἄρτεμι, καὶ τὸν ἐν ᾅδᾳ
Κινήσαις ῥ᾿ ἀδάμαντα, καὶ εἴτι περ ἀσφαλὲς ἄλλο.
Θέστυλι, ταὶ κύνες ἄμμιν ἀνὰ πτόλιν ὠρύονται·
Ἁ θεὸς ἐν τριόδοισι· τὸ χαλκίον ὡς τάχος ἄχει.
Ἴυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
Ἠνίδε σιγῇ μὲν πόντος, σιγῶντι δ᾿ ἀῆται·

34. Libri scripti fluctuant inter ῥαδάμαντα et ῥ᾿ ἀδάμαντα. Rhadamanti mentio non satis apta, ut nihil dicam de insolenti forma Ῥαvetur. — Ceterum cf. ad hos versus Virgil. Eclog. VIII, 88. Limus ut hic durescit, et haec ut cera liquescit, Uno eodemque igni; sic nostro Delphis amore.

33. Sententia aliqua omissa est, quam ita fere restituas ad vinculum orationi conciliandum: Iam furfures in ignem coniiciam, ut ad me revocem illum, te adiuvante Hecate, potentissima dea; quod ita effert poeta: tu enim firmissimum quodvis movere possis. — τὰ πίτυρα. Fr. Iacobs. observat furfures in talibus sacris etiam apud Demosth. pro Cor. 79. p. 313. 15. commemorari. Idem haec addit ad ipsam rem illustrandam: obscura est in hoc negotio furfuris ratio. Erat τῶν πιτύρων usus in mysteriis, in quibus qui initiabantur furfuribus illinebantur; quare πιτύρῳ περιπλάττεσθαι dicuntur οἱ μυούμενοι, iidemque ἀπομάττεσθαι. Vid. Harpocrat. lex. p. 54. Fortasse cohaeret etiam cum ἀλευρομαντείᾳ. Ob hanc relationem ad mysteria hoc genus incantationis efficacia reliqua vincere videri poterat; nec ob aliam caussam Simaetha postremo loco utitur eo. Et statim apparet effectus.

34. Quae est tua in omnes res potentia, etiam adamantem, qui apud inferos est, movere possis, quod pro firmissima quavis re positum a facile intelligas. Innuit poeta rem aliquam, veteribus quidem notam, nobis vero obscuram; hoc ostendit articulus τὸν ἐν ᾅδᾳ ... ἀδάμαντα. Eo ipso spectare videtur Martial. VII, 100. Pontice, voce tua posses adamanta movere, quem locum attulit Boisson. Etiam apud Ovid. Metam. IV, 452. fores Tartari adamante clausae dicuntur. Nec praetereundus Propert. IV, 11, 4. Non exorato stant adamante viae. In omnibus his locis adamantem non arbitror positum esse in universum, sed certum quendam intelligi, de quo aliunde nobis nihil constet. — Mehlhorn in Anthol. Lyr. p. 126. τὸν ἀδάμαντα pro adiectivo habet, ut sit τὸν ἀμείλιχον, sc. Plutonem. Fr. Iacobs. τὸν ἐν ᾅδᾳ ἀδάμαντα pro Orco accipit, cuius portae firmissimis repagulis clausae nullis cedant, nisi qui magicis eas viribus Hecates ope invadant.

35. ταὶ κύνες] accipe de canibus, qui forte per urbem vagantur. Ex vetere superstitione canes larvas, quae homines laterent, animadvertere existimabantur. Virgil. Aen. VI, 257. Visaeque canes ululare per urbem Adventante deâ. Vid. Wunderlich. in Observatt. ad Tibull. I, 2, 54. — ὠρύονται vocalis υ iam producta est, quae alias corripitur. V. Spitzner Prosod. §. 52. 5.

36. ἁ θεός] ipsa dea iam adest. Haec est vis articuli. Vid.

Ἁ δ' ἐμὰ οὐ σιγᾷ στέρνων ἔντοσθεν ἀνία,
Ἀλλ' ἐπὶ τήνῳ πᾶσα καταίθομαι, ὅς με τάλαιναν
Ἀντὶ γυναικὸς ἔθηκε κακὰν καὶ ἀπάρθενον ἦμεν.
Ἴυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
Ἐς τρὶς ἀποσπένδω, καὶ τρὶς τάδε, πότνια, φωνῶ·
Εἴτε γυνὰ τήνῳ παρακέκλιται, εἴτε καὶ ἀνήρ,
Τόσσον ἔχοι λάθας, ὅσσον ποκὰ Θασέα φαντὶ

δάμαντα. Sed displicet importunum ῥ', quod cum duobus codd. delendum videtur. Cf. annotat.

Seidler. ad Eurip. Iphig. in Taur. 1402. — τὸ χαλκίον . . . ἄχει. exhortatur Thestylidem, ut celeriter cymbala pulset. Cuius rei rationem hanc reddit Scholiastes: τὸν γὰρ χαλκὸν ἔπηλαν [ita tacite corruptam vocem ἐπεῖδον correxit Fr. Iacobs. quem cf. ad Anthol. Palat. p. 309. Strothius et Heyne ad Apollod. p. 1068. ἐπῆδον, Coray ad Plutarch. Tom. II. p. 408. ἔπαιον, Kiessl. ἤπειγον] ἐν ταῖς ἐλλείψεσι τῆς Σελήνης, καὶ πρὸς πᾶσαν ἀφοσίωσιν καὶ ἀποκάθαρσιν αὐτῷ ἐχρῶντο. Equidem statuo, quum veteres in lunae defectu (Drakenb. ad Liv. XXVI, 5, 9. Lips. ad Tacit. Annal. I, 28.), tum sagas in sacris suis aeris pulsandi hanc habuisse causam, ut deae animum vel deficientem vel ad sacra non attentum ad se adverterent. — Ceterum nota verbum ἠχεῖν transitiva significatione usurpatum. Soph. Trach. 871. ἠχεῖ τις οὐκ ἄσημον, ἀλλὰ δυστυχῆ Κωκυτὸν εἴσω. Sic Latinis sonare. Tibull. I, 3, 60. dulce sonant tenui gutture carmen aves.

38. Sacrum silentium, quod Divae praesentia effectum est (Graeci vocant εὐφημίαν. locos vide apud Valcken. ad h. l.), pulcre opponitur anxietati, quae Simaethae animum perturbat, simulque convenit votis et precibus, quae funduntur. Cf. Tibull. IV, 1, 124 sqq., Huschke in comment. ad h. l. Tom. II. p. 577. — Omnia, dicit saga, per totam rerum naturam quiescunt et pacata sunt, ego sola quiete frui haud possum, sed semper agitor cruciatu amoris. Nativam huius loci pulcritudinem senties, ubi eum cum similibus Alcmanis (p. 24. Welck.), Virgil. Eclog. IX, 59. allisque, a Columna ad Enn. p. 268. (p. 167. Hessel) et Valcken. ad h. l. allatis, comparaveris. — ἠνίδε vel ἤνιδε, pro quo Attici ἠνί et ἤν dicunt. Vide de his formis Buttm. Gr. ampl. II. p. 267.

41. ἔθηκε κακάν] me corrupit, ut haud amplius sim virgo. Κακάν de impudica conferas cum loquutione κακῶς ἰδεῖν γυναῖκα, pro lascivis oculis mulierem contemplari, et κακῶς φιλεῖν, ἐρᾶσθαι pro ἀκολάστως. Vid. Fr. Iacobs. ad Philostr. Imagg. XVI. p. 672. — ἀπαρθ. ἦμεν. Vides hoc loco, quam vulgo dicunt Atticam elegantiam, in ore mulieris, unde recte colligas, dicendi formam fuisse satis vulgarem et usu quotidiano tritam. Cf. annotata ad Id. XIV, 8.

43. ἐς τρίς] ternario numero in rebus sacris summus honor statuebatur. Numero deus impari gaudet sunt Virgilii verba Eclog. VIII, 73., ubi vide Voss. p. 426. Valcken. ad h. l.

44. Iam precor inter libandum a te, veneranda dea, efficias, ut Delphis ille obliviscatur amoris, quo

'Εν Δίᾳ λασθῆμεν ἐϋπλοκάμω 'Αριάδνας.
"Ιυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
'Ιππομανὲς φυτόν ἐστι παρ' 'Αρκάσι· τῷ δ' ἔπι πᾶσαι
Καὶ πῶλοι μαίνονται ἀν' ὥρεα καὶ θοαὶ ἵπποι.
'Ως καὶ Δέλφιν ἴδοιμι, καὶ ἐς τόδε δῶμα περάσαι
Μαινομένῳ ἴκελος, λιπαρᾶς ἔκτοσθε παλαίστρας.

48. **Boissonade** edidit *τῷ δ' ἐπὶ … μαίνονται*, ut praepositio pertineat ad verbum *μαίνονται*.

50. Octodecim libri habent *ἴκελος*, quod nos eo duxit, ut etiam *περάσαι* scriptum esse existimemus, quamvis optativus in uno tantum cod. reperiatur. Praeterea Graeci sermonis concinnitas nostrae rationi favet, quam adoptavit etiam **Meineke**. Vulgo *ὡς … ἴδοιμι καὶ ἐς τόδε δῶμα περᾶσαι Μαινομένῳ ἴκελον*. Ceterum haud male, opinor, con-

iam delectatur, et ad me redeat. Ac tanta quidem Delphidem amoris sui capiat oblivio, quanta olim Thesei animum occupavit, quum Ariadnen in insula Naxo reliquerit. Alii aliter hanc rem factam esse tradunt. Ex Theocritei loci sententia Ariadnen Theseus reliquit, secundum alios deseruit eam; Ulysses apud **Homerum** Od. XI, 324. a Diana eam interfectam esse narrat. Unus **Philostrat.** in Imagg. I, 15. p. 776. Theocriteam fabulae rationem sequitur, ubi vide **Fr. Iacobs.** Comment. p. 297. et p. 300.

46. *ἐν Δίᾳ*] **Dia** vetus nomen insulae Naxi. — *λασθῆμεν* pro *λησθῆναι*, et hoc pro *λαθέσθαι*. Ex medii igitur forma deduxit poeta deponens passivum. Vid. **Buttm.** Gr. ampl. II. p. 179.

48. **Quemadmodum equi et equulei insano ardore plantam expetunt, quae in Arcadia nascitur et Hippomanes nuncupatur, ad eamque consectandam per montes et saltus citato cursu feruntur; ita etiam Delphidem videam flagrantissimo mei amore correptum et in domum meam ruentem.** — *Ἱππομανές.* Pauci veterum, ut **Crateuas** apud Schol. ad h. l. et **Theophr.** hist. plant. IX, 15., cum Theocrito plantam faciunt; plurimi excrescentes carnes habent, quas fronti pulli modo editi innatas equa summo ardore statim devorat. Accuratissime ex veteribus de hac re exposuit **Aristot.** Hist. Anim. VI, 18. et 22.; alios veterum locos collegit **Schneider.** ad Aelian. de Nat. Anim. XIV, 18. Sed ut in medio relinquamus, an talis planta fuerit unquam, Theocritus certe eam statuit, nec possunt aliter eius verba intelligi. — *τῷ δ' ἔπι … μαίνονται*, **ad quam consequendam summo ardore feruntur.** Plane ut Id. X, 31. *ἐγὼ δ' ἐπὶ τὶν μεμάνημαι*. Ita **Schol.** ad Sophocl. Aiac. 143. *λειμῶνα ἱππομανῆ* interpretatur *ἐφ' ᾧ οἱ ἵπποι μαίνονται*, h. e. ad quod equi summo ardore feruntur, quod lubentissime expetunt. *μαίνεσθαι ἐπί τινι* v. *ἐπιμαίνεσθαί τινι* loquendi ratio ab **Homero** iam usurpata. Il. VI, 160. Exempla ex aliis poetis collegit **Huschke** in Analect. crit. p. 30. Cf. **Fr. Iacobs.** in comment. ad Achill. Tat. V, 11. p. 783. in Delect. Epigram. p. 399.

50. **Sic etiam Delphidem videam flagranti ardore correptum et sic** (hoc amoris aestu

Ἴυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
Τοῦτ' ἀπὸ τᾶς χλαίνας τὸ κράσπεδον ὤλεσε Δέλφις,
Ὥ' γὼ νῦν τίλλοισα κατ' ἀγρίῳ ἐν πυρὶ βάλλω.
Αἶ αἶ, ἔρως ἀνιαρέ, τί μευ μέλαν ἐκ χροὸς αἷμα
Ἐμφὺς ὡς λιμνᾶτις ἅπαν ἐκ βδέλλα πέπωκας;
Ἴυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.

liceret aliquis καὶ ὡς τόδε δῶμα περάσαι μ. ἴκ.; certe si verba ita scripta legerentur in uno libro, non aliter exhiberem.

54. Adiectivum ἄγριος cum πῦρ coniunctum nonnullis, ut Boissonadio, parum aptum visum est. Quapropter eorum assensum tulit Hemsterh. coniectura ἀγρίῳ, quod ad Delphidem relatum ferocem amatorem designaret. Sed hoc sensu articulo τῷ ἀγρίῳ vix carere possumus. Acquiescendum igitur in vulgata lect., cuius explicationem vide in annot.

agitatus) ruat in meos complexus, gymnasio relicto. — λιπαρᾶς παλαίστρας, unctam, nitidam, liquidam palaestram dixere Latini. Vid. Markland. ad Stat. Silv. p. 140. Fr. Iacobs. Animadvv. in Anthol. Gr. Tom. III. P. I. p. 280.

53. Iam vestis partem, quam Delphis amiserat, comburit, in partes singulas divulsam. — κράσπεδον, extremum quodvis, limbus.

54. Hanc fimbriam divellens in ignem iniicio, omnia consumentem. Iunge: καταβάλλω ἐν ἀγρίῳ πυρί. Fuerunt quibus πῦρ ἄγριον dictum offensioni fuit; sed tuentur hoc epitheton similia. Apud Homerum saepissime πῦρ dicitur μαλερόν, propius etiam accedit Pindaricum στερεόν. Olymp. XI, 37. Boeckh. (X, 45. Heyne). In structura vero verbi καταβάλλειν non est quod haereas. Hom. Il. IX, 206. κάββαλεν ἐν πυρὸς αὐγῇ. — Quod ad rem ipsam attinet, venefica fimbria pallii usa est; hunc usum praebebant etiam socci, capilli, aliae res, quas gestavisset iuvenis amatus. Vid. annot. Valcken. ad Eurip. Hippolyt. 513. p. 223. e. (p. 217 edit. Lips.). Voss. ad Virgil. Ecl. VIII, 90. p. 453. Has olim exuvias mihi perfidus ille reliquit; Pignora cara sui. — Fr. Iacobs. haec insuper observat: Simaetha fimbriam illam fortasse flammis comburendam tradit, non tam, ut reliqua, incantationis causa, sed prae indignatione, qua graviter commota reliquias quoque pueri odio habet. Nec aliam ob causam illa fimbriam in partes videtur discerpere. Haec certe interpretatio cum proximis optime conspirat simulque epitheto ἀγρίῳ vim addit, ut nunc quidem languere dici non possit.

55. Pessime me tractavit et confecit Amor; lurida evasit pellis et exsanguis fere facta sum. Horat. Epod. XVII, 21. de Amore fugit iuventus et verecundus color reliquit ossa pelle amicta lurida. — In sequentibus attende ad perplexam verborum structuram, qua ea, quae comparationi inserviunt, reliquae orationi intermixta sunt. Verba sic iunge: τί ἐμφὺς ὡς λιμνᾶτις βδέλλα ἐκπέπωκας ἐκ χροός μευ μέλαν αἷμα. Alia huiusmodi licentiae in collocatione verborum exempla praebet Lobeck. ad Aiac. p. 294.

56. ἅπαν] αν productum ob caesuram. Vid. Buttmann. Gr. ampl. I. p. 254.

Σαύραν τοι τρίψασα κακὸν ποτὸν αὔριον οἰσῶ,
Θέστυλι. νῦν δὲ λαβοῖσα τὺ τὰ θρόνα ταῦθ' ὑπόμαξον
Τᾶς τήνω φλιᾶς καθυπέρτερον, ἇς ἔτι καὶ νῦν
Ἐκ θυμῷ δέδεμαι· ὁ δέ μευ λόγον οὐδένα ποιεῖ·
Καὶ λέγ' ἐπιφθύζοισα· τὰ Δέλφιδος ὀστέα μάσσω.

58. *σαύραν* pro *σαῦραν* primus edidit **Meineke**. Recte; nam ionica forma est *σαύρη*, quam legis apud **Nicandr.** Athen. p. 684. D. Theocriti locum affert **Phrynich.** Appar. Soph. in **Bekker.** Anecd. Tom. I. p. 64. — *κακὸν ποτόν.* Omnes fere codd. hoc ordine verba exhibent, quem sensus etiam suadet; graviori enim voci prior locus debetur. Eadem est collocatio verborum in loco Homerico **Odyss.** I, 350. *Δαναῶν κακὸν οἶτον ἀείδειν.* — In fine versus positum colon in comma mutavi. Potum quoque Thestylidi cras ferendum tradet, nunc vero eius loco alia venena ei dat.

61. *θυμῷ*] *ἐκ θυμῶ* **Boisson.** et alii quidam receperunt. Bona

59. *τὰ θρόνα*] digna est quae tota huc transcribatur docta satis vetusti Scholiastae observatio: *θρόνα Θεσσαλοὶ μὲν τὰ πεποικιλμένα ζῶα· Κύπριοι δὲ τὰ ἀνθινὰ ἱμάτια· Αἰτωλοὶ δὲ φάρμακα* (**Lycophr.** 674.), *ὥς φησι Κλείταρχος· Ὅμηρος δὲ* (Il. XXII, 440.) *τὰ ῥόδα, παρὰ τὸ ἄνω θορεῖν ἐκ τῆς γῆς.* Hanc explicationem sequutus **Ahlwardt.**, cui suffragatur **Kiessl.**, locum ita interpretatur: **hanc lacertam teram et cras potum malum feram; tu, Thestyli, sume hanc lacertam contritam et illine eius limini.** Cras igitur, sic illi statuunt, potum ex lacertae veneno, quod retinet, paratura est, hodie vero contritam lacertam foribus illinere iubet Thestylin. Sed ita omnis huius loci ratio turbatur. Quae primo versu leguntur verba hunc dant sensum: **lacertam terens potum malum cras feram,** i. e. potum ex lacerta contrita cras parabo, quod quum cras demum effectura est, non hodie lacertam tradere potest. Tum aperte opponuntur *σαύρα* et *τὰ θρόνα*, *αὔριον* et *νῦν δέ.* Cras, quum omnia frustra tentata fuerint, ex lacerta contrita potum faciet, hodie *τὰ θρόνα* illinere iubet, quibus conficitur haec diversi generis fuisse. Probabilius igitur intelligas *τὰ θρόνα* de herbis contusis vel de unguento; hoc illini potest. **Vossius** pater et filius de sertis vel florum corolla accipiunt, quod iam ideo reiiciendum, quod serta non *ὑπομάττονται.*

61. Apte comparant **Plaut.** Asinar. I, 3, 4. **fixus hic apud nos est animus tuus clavo Cupidinis.** Catull. XIV. 69. **toto ex te pectore, Theseu, Toto animo, tota pendebat perdita mente.** Quod graece ita dici potuerit: *ἐκ σεῦ ὅλῳ θυμῷ καὶ ὅλαις φρεσὶν εἴχετο δειλη.* In noviss. edit. **Fr. Iacobs.** affert **Athen.** VII. p. 290. D. *στήξετ' ἀχανὴς προςπεπατταλευμένος.* — Simplex dativus *θυμῷ* hoc sensu non insolens. *θυμῷ βούλεσθαι* apud **Herodot.** V, 49. **Pindar.** Nem. I, 60. Pyth. IX, 170.

62. *ἐπιφθύζοισα*] **murmurans, non altâ, sed suppressâ voce**; ut versu 11. *ποταείσομαι ἅσυχα.* Alii explicant: **insputans.** Sed loci, quem afferunt ex Idyll. VII, 127., alia est ratio; diversus etiam mos ille veterum, quo mali ominis averruncandi causa in sinum despuebant,

Ἴυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
Νῦν δὴ μούνη ἐοῖσα πόθεν τὸν ἔρωτα δακρυσῶ;
Ἐκ τίνος ἀρξεῦμαι; τίς μοι κακὸν ἄγαγε τοῦτο;
Ἦνθ' ἁ τῶ 'υβούλοιο καναφόρος ἄμμιν Ἀναξὼ
Ἄλσος ἐς Ἀρτέμιδος· τᾷ δὴ τόκα πολλὰ μὲν ἄλλα

per se loquutio, sed non huius loci. Animo alligata est mulier amati foribus.

62. ἐπιφθύζοισα] omnes recentiores ex coniect. Stephani ἐπιφθύσδοισα. Sed noli illud mutare et ob unanimem codd. consensum et ob regulam, de qua in annot. crit. ad Idyll. XV, 3. XX, 13. diximus. — Mox omnes codd. πάσσω. Veram Ahlwardtii correctionem μάσσω receperunt Kiessl. et Meineke. In eandem coniecturam inciderat etiam Graefe.

67. ἐπ' et πόκα est in plurimis codd.

ut Idyll. VI, 39. — μάσσω. Ossa Delphidis venenis vult illini, ut vis flammae in ipsam medullam penetret. Qua de causa Amoris manus ossa dicitur attingere apud Propert. I, 9, 29. et Theocr. III, 17. de Amore: ὅς με κατασμύχων καὶ ἐς ὀστέον ἄχρις ἰάπτει, ubi vid. not.

64. Iam progreditur, quum Thestylis abiisset, ad narrationem originis sui amoris. In his egregie imitatus est poeta narrandi genus mulierum. — πόθεν — ἐκ τίνος. Unam enuntiationem non sine gravitate in duas divisam esse observa. Sic iterum v. 90, 91. Cf. Boisson. ad Euripid. Suppl. 691. Tom. III. p. 311. F. I.

65. κακὸν ἄγαγε] simplex verbum nota adhibitum ei notioni, qua ἐπάγαγε exspectabas. Pindar. Pyth. X, 6. Ἱπποκλέᾳ ἐθέλοντες ἀγαγεῖν ἐπικωμίαν ἀνδρῶν κλυτὰν ὄπα.

66. Splendida pompa quum institueretur in honorem Dianae, qua Anaxo, puella altiore loco nata, canistrum gestabat, ego quoque huic pompae interfui. Solebant virgines, quae brevi nupturae erant, Dianae numen ante virginitatem solutam eo placare, quod in deae festo canephorarum numero fungerentur: quae tamen dicta noli ita accipere, quasi privatum illud Anaxûs fuerit festum; imo publica erat pompa ac splendidissima quidem, Anaxo vero, quod virgini tanto maiori laudi cedebat, ex sacerdotum voluntate delecta. De simili festo, quod Patris in Achaia in honorem Dianae Lophriae quotannis instituebatur, lege Pausan. Achaic. c. 18. — Canephori Dianae haud scio an in uno hoc loco mentio fiat. Proprie canephori erant in Panathenaeis; sed eaedem memorantur in pompis Minervae, Cereris et Bacchi (vid. Spanhem. ad Callim. hymn. in Cer. 127.) et Iunonis, ut ex Horat. Satir. I, 3, 11. colligi licet. Vid. Heindorf. ad l. d. — ἄμμιν. Vertit Kiessl.: venit ad nos Anaxo canistrum ferens in lucum Dianae; sed ἄμμιν est: mihi, cum maximo incommodo meo. — Anaxûs nomen etiam alibi obvium. Apud Schol. Ven. ad Il. XIV, 323. Alcmene nominatur filia Electryonis et Anaxûs, animadvertente Weissgerb.

Θηρία πομπεύεσκε περισταδόν, ἐν δὲ λέαινα.
Φράζεό μευ τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα.
Καί μ' ἁ Θευχαρίλα Θρᾷσσα τροφὸς ἁ μακαρῖτις,
Ἀγχίθυρος ναίοισα, κατεύξατο καὶ λιτάνευσε
Τὰν πομπὰν θάσασθαι· ἐγὼ δέ οἱ ἁ μεγάλοιτος
Ὡμάρτευν, βύσσοιο καλὸν σύροισα χιτῶνα,
Κἀμφιστειλαμένα τὰν ξυστίδα τᾶς Κλεαρίστας.
Φράζεό μευ τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα.
Ἤδη δ' εὖσα μέσαν κατ' ἀμαξιτόν, ᾇ τὰ Λύκωνος,
Εἶδον Δέλφιν ὁμοῦ τε καὶ Εὐδάμιππον ἰόντας.
Τοῖς δ' ἦν ξανθοτέρα μὲν ἑλιχρύσοιο γενειάς,

70. Librorum lectio fluctuat inter Θευχαρίλα et Θευμαρίδα. Meineke nescio qua auctoritate edidit Θευχαρίδα.

76. Vulgo μέσον. Primus Brunck., quem recentt. sequuti sunt, μέσαν, quo cod. lectio μέγαν ducit. Recte; ἁ ἁμαξιτὸς ὁδός est in Pindar. Nem. VI, 92.

78. Recentiores omnes praeter unum Meineke ἧς dederunt ex coniect. Toupii, ob v. 92. et 124., in quibus ἧς scriptum exstat. Recte

68. ἐν δὲ λέαινα] hic usus praep. ἐν, ut adverbii loco ponatur, proprius videtur fuisse vulgaris sermonis, licet nec Attici eum aspernentur. Cf. Bernhardy Syntax. p. 198.

69. φράζεο] cognosce atque ideo audi amoris mei originem. Late enim patent verborum, quae sensus significant, notiones apud Graecos.

70. Haud dissimile est veri quod Valcken. putat, Theocharilam, quae nutrix fuerat Anaxûs, Simaetham sollicitavisse ad pompam spectandam, in qua primas partes ageret ipsius alumna. — ἁ μακαρῖτις, mortua. Latinis sunt beati vel felices; vid. Lambin. ad Horat. Satir. I, 9, 28. Iidem a Doribus ζαμερῖται, tanquam melioris sortis participes facti, appellabantur. Vid. Ruhnk. ad Tim. p. 59.

74. τὰν ξυστίδα] xystis, muliebris amictus, de quo vide interpp. ad Aristoph. Nubb. 71. Ceterum nota pauperiores in festorum sollemnitatibus ab opulentioribus vestes mutuatos esse. Vide Bast. Lettre à Boisson. p. 99. (p. 137 edit. Lips.). Pertinent huc Iuvenal. VI, 352. ut spectet ludos, conducit Ogulnia vestem. Ulpian. in L. III. §. ult. D. commodati, Non potest commodari id, quod usu consumitur; nisi forte ad pompam vel ostentationem quis accipiat. At fortasse Simaetha non conduxit vestem, sed ab amicâ mutuo sumsit. Vid. ad v. 100.

76. ἁμαξιτός] via, qua iumenta eunt. Pindaro Pyth. V, 124. dicitur ἱππόκροτος ὁδός.

79. Pectoris splendor cum Lunae fulgore comparatur. Auctor hymni in Vener. 89. de Venere ὡς δὲ σελήνη, Στήθεσιν ἀμφ' ἁπαλοῖσιν ἐλάμπετο, θαῦμα ἰδέσθαι. Ceterum pectoris splendor tam insignis erat, non quod oleo unctus esset, sed quod fricatus erat a balineo post luctam.

80. καλὸν πόνον] honestus labor, qui ingenuum hominem decet. — ὡς ἀπὸ ... λιπόντων, quippe qui gymnasii labore

Στήθεα δὲ στίλβοντα πολὺ πλέον ἢ τύ, Σελάνα,
Ὡς ἀπὸ γυμνασίοιο καλὸν πόνον ἄρτι λιπόντων.
Φράζεό μευ τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα.
Χ' ὡς ἴδον, ὡς ἐμάνην, ὥς μευ περὶ θυμὸς ἰάφθη
Δειλαίας· τὸ δὲ κάλλος ἐτάκετο, κοὐδέ τι πομπᾶς
Τήνας ἐφρασάμαν, οὐδ' ὡς πάλιν οἴκαδ' ἀπῆνθον
Ἔγνων· ἀλλά μέ τις καπυρὰ νόσος ἐξαλάπαξε·
Κείμαν δ' ἐν κλιντῆρι δέκ' ἄματα καὶ δέκα νύκτας.
Φράζεό μευ τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα.
Καί μευ χρὼς μὲν ὁμοῖος ἐγίνετο πολλάκι θάψῳ·

vero egisse putandus Meineke; ἦν ipse poeta videtur posuisse ob sequens ξ.

79. ἢ τύ, Σελάνα] maior pars codd. ἢ τὸ Σελάνας. Nostrum, ex sola Callierg. et Florent. editione enotatum, recte ab omnibus recentt. praelatum est.

80. λιπόντων] exquisitior lectio quam altera λιποῦσι.

85. ἐξαλάπαξεν] Schol. alteram lectionem offert ἐξάλλαξεν.

modo perfuncti erant. De usu particulae ὡς cum partic. vid. Rost. Gr. §. 131. 4. not.

82. ὡς ἴδον, ὡς ἐμάνην, ὥς μευ] harum particularum sic positarum ea est ratio, ut ex pluribus actionibus aliam continuo aliam consequutam esse significent; loquendi ratio Graecis jam inde ex Homeri temporibus usitata. Il. XIV, 294. ὡς ἴδεν, ὥς μιν Ἔρως πυκινὰς φρένας ἀμφεκάλυψεν. Mosch. II, 74. ὥς μιν φράσαθ', ὡς ἐβέβλητο θυμόν. Cf. Theocr. Id. III, 43. Imitantur Graecos Latini. Ut vidi, ut perii, ut me malus abstulit error. Virgil. Eclog. VIII, 41. Matth. Gr. §. 684, 4. p. 1285. — περὶ ἰάφθη. Metaphora petita est de Amore qui tela mittit. Idyll. III, 17. ὅς με κατασμύχων καὶ ἐς ὀστέον ἄχρις ἰάπτει.

83. τὸ κάλλος ἐτ.] rubor genarum fugit. Horat. Od. I, 13, 7. Notandum τήκειν hoc sensu. Vid. Fr. Iacobs. in Animadvv. in Anthol. Tom. II. P. III. p. 30.

85. καπυρὰ νόσος] morbus acutus, qui in ipsas venas penetrat easque exsiccat. — ἐξαλάπαξεν, Homericum verbum, quod saepe de urbibus, quae diripiuntur et vacuefiunt, adhibetur. Insolens hoc visum nonnullis ad formam humanam translatum. Sed quidni morbus acutus hominem extenuans atque conficiens apte dicatur ἐξαλαπάζων? Haud male mihi videor comparare Senec. Hipp. 279. dabitur totus furor in medullas, Igne furtivo *populante* venas. Aptius etiam comparatur locus, quem mihi Fr. Iacobs. subministravit, Agath. Anthol. Palat. V, 294. οὔπω δ' ἐξαλάπαξα φίλης πύργωμα κορείης.

88. πολλάκι] prorsus. De qua significatione laudatur disputans Wolf. ad Platon. Phaed. p. 25. — Simaethae color genarum magis magisque pallescebat, donec tandem thapso simillimus fieret. Nam de coloris permutatione, quae in subito amati iuvenis adspectu vel in simili animi affectu, ut apud Horat. Od. I, 13, 7., locum habet, nunc cogi-

Ἔῤῥευν δ' ἐκ κεφαλᾶς πᾶσαι τρίχες· αὐτὰ δὲ λοιπὰ
Ὀστέ' ἔτ' ἦς καὶ δέρμα· καὶ ἐς τίνος οὐκ ἐπέρασα;
Ἢ ποίας ἔλιπον γραίας δόμον, ἅτις ἐπᾷδεν;
Ἀλλ' ἦς οὐδὲν ἐλαφρόν· ὁ δὲ χρόνος ἄνυτο φεύγων.
Φράζεό μευ τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα.
Χ' οὕτω τᾷ δώλᾳ τὸν ἀλαθέα μῦθον ἔλεξα·
Εἰ δ' ἄγε Θέστυλί μοι χαλεπᾶς νόσω εὑρέ τι μᾶχος.
Πᾶσαν ἔχει με τάλαιναν ὁ Μύνδιος. ἀλλὰ μολοῖσα
Τήρησον ποτὶ τὰν Τιμαγήτοιο παλαίστραν·

95. *Θέστυλί μοι*] Boisson. ad Idyll. III, 28. encliticam post comma non ponendam esse contendens, malit eam acuere: *Θέστυλι μοί*. Quo minime opus esse videtur. Graeci enim, ipso observante, diligentiorem nostrorum criticorum distinctionem non curabant, sed

tari non potest. Propius ab hac sagae descriptione abest illa, quae de Canidia apud Hor. Epod. XVII, 10. est: Fugit iuventus et verecundus color Reliquit ossa pelle amicta lurida, ubi vid. Mitscherl. — *θάψω*, thapsus, utrum lignum, an frutex fuerit, disceptant harum rerum curiosi. Vid. Dioscorid. IV, 157. Billerbeck. Flor. classic. p. 77. Hoc in medio relinquamus, id unice tenentes, eius fuisse usum in tingendo; quae res eo imbueretur, colorem pallidum et melinum fere inde traxit.

89. Sola ossa relicta erant et pellis. Callim. in Anthol. Palat. XII, 71. *ὀστέα σοι καὶ μοῦνον ἔτι τρίχες.* Cf. Fr. Iacobs. Animadvv. in Anthol. Tom. I. P. II. p. 254. A Casaub. duo Plautini loci comparantur, alter ex Aulul. III, 6, 23. qui ossa atque pellis totus 'st; ita cura macet; alter ex Captiv. I, 2, 32. ossa atque pellis sum, miser a macritudine. Talem hominem a Latinis scutilum dictum esse docet nos Festus. *σύφαρ ἀντ' ἀνδρός* Sophronis est apud Etym. p. 737, 3. — *ἔῤῥευν.* Eurip. Med. 1201. *σάρκες δ' ἀπ' ὀστέων ἀπέῤῥεον.*

90 sq. Eundem colorem habes in Eurip. Androm. 299. *τίν' οὐκ ἐπῆλθε; ποῖον οὐκ ἐλίσσετο Δημογερόντων.* Coluth. v. 374. *ποῖον ὄρος προλέλοιπα; τίνας μεθέηκα κολώνας;* — *ἔλιπον*, praetermisi, praeterii. — *γραίας.* Vetularum hoc erat. Cantatrices aniculae dicit Apul. Metam. II, 38. Vid. Wachsmuth. in Athen. Tom. II. fasc. 2. p. 257. — *ἅτις ἐπᾷδεν.* Amoris morbo per incantamenta liberari volebat.

92. *ἦς οὐδὲν ἐλαφρόν*] *ἐλαφρόν* sensu transitivo: id quod levat. Verte: quicquid tentabam, nihil aestum meum sedabat. — *ἄνυτο φεύγων*, ut alias *ᾤχετο φεύγων*, cito fugit. Circumscriptioni inservit verbum *ἀνύειν*, praecipue apud Atticos, ita ut celeritatis notionem involvat. — Miror virum doctum hic laboravisse. Nullum, poeta dicit, amoris remedium inveniebam atque sic mihi frustra omnia tentanti tempus avolabat.

94. *χ' οὕτω*] quum nihil amoris aestum levaret, neque incantamenta, nec aliud quidquam.

95. *εἰ δ' ἄγε*] vid. Hermann.

Τηνεὶ γὰρ φοιτῇ, τηνεὶ δέ οἱ ἁδὺ καθῆσθαι.
Φράζεό μευ τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα.
Κἤπεί κά νιν ἐόντα μάθῃς μόνον, ἅσυχα νεῦσον,
Κῆφ', ὅτι Σιμαίθα τὺ καλεῖ, καὶ ὑφαγέο τᾷδε.
Ὣς ἐφάμαν· ἁ δ' ἦνθε καὶ ἄγαγε τὸν λιπαρόχρων
Εἰς ἐμὰ δώματα Δέλφιν· ἐγὼ δέ νιν ὡς ἐνόησα
Ἄρτι θύρας ὑπὲρ οὐδὸν ἀμειβόμενον ποδὶ κούφῳ,
(Φράζεό μευ τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα)
Πᾶσα μὲν ἐψύχθην χιόνος πλέον, ἐκ δὲ μετώπω

uno tenore pronuntiabant haec verba. Solam igitur distinctionem cum Meinek. sustuli. Cf. annot. crit. ad Idyll. I, 32. — εὐρέ τι. Ita primus Schaefer. Ante eum εὗρέ τι legebatur.

101. κῆφ'] Schaeferi correctio pro κῆφ', quod est: et dixit.

ad Viger. p. 511. 870. Nitzsch. ad Odyss. I, 270. — νόσω μᾶχος, remedium morbi. Herod. IV, 151. κακοῦ οὐδὲν ἦν μῆχος. Eurip. Androm. 536. κακῶν μῆχος, ad quem locum v. Pflugk.

96. ἔχει με] habet me, tenet me. Homines enim et dii dicuntur haberi ab iis, sub quorum potestate et ditione sunt. Verba sunt Graevii Lectt. Hesiod. ad Scut. Herc. 105. Notum in re amatoria verbum ἔχειν, cuius usum illustravit Valcken. ad Callim. fragm. p. 29.

98. τηνεὶ γὰρ φοιτῇ] i. e. ἐκεῖ l. ἐκεῖσε. Adverbia, quae commorationem in aliquo loco declarant, eorum loco usurpantur, quae motum in aliquem locum significant, quum dicimus aliquem non pervenisse in aliquem locum, sed eundem diutius ibi commorari. Sic v. 101. ὑφαγέο τᾷδε, huc adduc, ut apud nos maneat. Id. V, 67. τᾷδ' ἐνθών, huc veniens, ibique aliquamdiu commorans. — καθῆσθαι, desidere, ut requiescat a labore; in universum pro versari.

100. Delphidem ad se invitat. Hoc, ut alia nonnulla in hoc idyllio, Simaetham significat non ex plebe fuisse mulierem, sed paullo nobiliorem. Et vides, quanta Delphis verecundia eam conveniat. V. I. ...

104. ἀμειβόμενον] notae loquutiones θύρας, στέγας ἀμεῖψαι, ianuam s. limen intrare, quas illustrat Wessel. ad Herod. V, 72. Homericum γήραος ὑπὲρ οὐδὸν ἀμείψας excitat Schol. ad h. l. Ceterum activum hac significatione usitatius, quam media forma. — ποδὶ κούφῳ, celeri pede. Hoc refer non ad amorem pueri, sed ad eius agilitatem.

106. Pulcherrima primi cum amatore congressus descriptio, quae admodum similis est egregiis verbis Sapphûs in odario, cuius partem servavit Longin. de sublim. cap. 10. Quae huc maxime faciunt, adscribam, prouti emendata leguntur apud Neue p. 28. ὥς [τε] γάρ σ' ἴδω, βροχέως με φωνᾶς Οὐδὲν ἔτ' ἴκει, Ἀλλὰ κὰμ μὲν γλῶσσα ἔαγε, λεπτὸν δ' Αὔτικα χρῷ πῦρ ὑποδεδρόμακεν Ὀππάτεσσι δ' οὐδὲν ὄρημ', ἐπιρρόμβεισι δ' ἀκουαί. Κὰδ δ' ἴδρως ψυχρὸς χέεται, τρόμος δὲ πᾶσαν ἀγρεῖ, χλωροτέρα δὲ ποίας Ἔμμι, τεθνάκην δ' ὀλίγω ἐπιδευέην φαίνομαι. Cf. Apollon. Rhod. Argon. I, 1261. III, 965.

Ἱδρώς μευ κοχύδεσκεν ἶσον νοτίαισιν ἐέρσαις,
Οὐδέ τι φωνᾶσαι δυνάμαν, οὐδ᾽ ὅσσον ἐν ὕπνῳ
Κνυζεῦνται φωνεῦντα φίλαν ποτὶ ματέρα τέκνα·
Ἀλλ᾽ ἐπάγην δαγῦδι καλὸν χρόα πάντοθεν ἶσα.
Φράζεό μευ τὸν ἔρωθ᾽ ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα.
Καί μ᾽ ἐςιδὼν ὡ᾽στοργος, ἐπὶ χθονὸς ὄμματα πήξας,
Ἕζετ᾽ ἐπὶ κλιντῆρι, καὶ ἑζόμενος φάτο μῦθον·

107. κοχύδεσκεν] Codd. partim κοχύεσκεν, partim κοχύδεσκεν. Hoc praeterea depravatum in κοχίεσκεν, κεχύεσκεν, κοχύεδκε.

112. Koppiers. tentabat κ᾽ οὔ μ᾽ ἐςιδών, quod idem mox ἐπὶ χθονὸς ὄμματα πάξας dicatur. Vid. annot.

107. κοχύδεσκεν] proprie de aqua, quae cum strepitu per rupes delabitur. Pherecrat. apud Athen. VI. p. 269. D. dicuntur ποταμοὶ κοχυδοῦντες ἐπιβλύξ. — νοτίαισιν ἐέρσαις perperam vertunt: instar pruinarum australium. νότιαι ἔερσαι fluidum rorem significant, nihil amplius; ut ὑγρὰ θάλασσα vel ὑγρὰ θαλάσσης κέλευθα. Quin apud Homer. ἱδρὼς ipse νότιος dicitur. Il. XI, 811. XXIII, 715. Conficit rem Callim. H. in Del. 211. νότιος δὲ διὰ χροὸς ἔῤῥεεν ἱδρώς. Cf. Fr. Iacobs. Animadvv. in Anthol. Tom. I. P. II. p. 105.

109. κνυζεῦνται] ganniunt, vagiunt. Proprie de canibus dicitur, tum ad infantes, ut hic, transfertur. Vid. Schol.

110. Toto corpore cohorrui et obrigui, pupae instar. Similes locos excitatos vide ab Fr. Iacobs. ad Delect. Epigr. p. 50., hosce: Apollon. Rhod. Argon. III, 965. Heliodor. Aeth. II, 23. p. 183, IV, 13. p. 245. Philostr. Imagg. I, 24. p. 799. — ἐπάγην. De hoc usu verbi πεπηγέναι vid. Fr. Iacobs. in Additam. ad Athen. p. 216. ad Philostr. p. 355. — δαγῦδι. δαγύς, vox rarior, pupam vel plangunculam significat, quae Atticis κόρη, aliis πλαγγών et χρυσαλλίς vocatur. Haec puellarum ludrica erant imagunculae vel cereae, vel gypseae, vel aheneae. Plura dabunt Valcken. ad h. l., Ruhnk. ad Timaei Lex. p. 165., Bast. Epist. ad Boisson. p. 196.

112. καί μ᾽ ἐςιδών] Postquam oculos in me coniecerat, in lecto consedit, et oculis solo fixis ita loquutus est. Narratio paullo turbatior turbato mulieris animo convenit. — ὡ᾽στοργος, i. e. ὁ ἄστοργος, qui amoris nunc expers est, qui me iam dereliquit. Ne haereas in coniunctione horum verborum καί μ᾽ ἐςιδὼν ὡ᾽στοργος, teneas in adiectivo esse prolepsin; designatur enim iuvenis qualem nunc se praebeat adversus Simaetham. Ceterum talis adiectivorum usus rarior est apud Theocritum, frequentissimus apud tragicos. Vid. Hermann. ad Sophocl. Antig. 524, 872. Oedip. Colon. 1202. Seidler. ad Eurip. Electr. 442. inprimis Heller. ad Oedip. Col. 1194. Adde, qui subtilius de hoc usu disputavit, Bernhardy Syntax p. 428.

113. ἐπὶ κλιντῆρι] grabati vel tori genus fuisse videtur, quo etiam tanquam lecto uterentur veteres. Cf. v. 139., ubi idem κλιντὴρ dicitur λέκτρα. Carm. XXIV, 43. — ἑζόμενος. De participii usu vid. Rost. Gr. Gr. §. 130. not. 4.

114. Equidem iam sponte venissem. Hoc effert accommo-

Ἠ ῥά με, Σιμαίθα, τόσον ἔφθασας, ὅσσον ἐγώ θην
Πράν ποκα τὸν χαρίεντα τρέχων ἔφθαξα Φιλῖνον,
Ἐς τὸ τεὸν καλέσασα τόδε στέγος, ἤ με παρῆμεν.
  Φράζεό μευ τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα.
Ἦνθον γὰρ κἠγών, ναὶ τὸν γλυκύν, ἦνθον, ἔρωτα,
Ἢ τρίτος ἠὲ τέταρτος ἐὼν φίλος, αὐτίκα νυκτός,

118. κἠγών] ex quattuor tantum codd. affertur, ceteri sine ν paragogico. Nescio an ἐγώ praestet ob frequentem concursum literae ν.

date iuveni superbo, qui suam virtutem iactat, ita: me huc arcessens, in eâ re me tantum praevertisti atque ego cursu nuper Philinum praeverti. Structura verborum haec est: ἔφθασας καλέσασα, ἤ με παρεῖναι, τόσον, ὅσον ἔφθασα, in quibus nota ἤ positum, ubi ex vulgari loquendi ratione πρίν exspectabas. Scilicet in verbo φθάνειν inest comparandi notio, ita ut ἔφθασας καλέσασα idem sonet quod πρότερον ἐκάλεσας. Similem iuncturam habes apud Xenoph. Cyrop. I, 6, 39. ἠσκήκεις φθάνειν ἔχων, ἢ τὰ πτηνὰ φυγεῖν, ad quae verba Heindorf. apud Schneid. Theocriti locum excitavit.

115. ἔφθαξα] in versu praecedente ἔφθασα, utraque forma metri ratione satis defensa. Simili, sed non pari licentiâ Pindarus, qui Pyth. X, 94. ἔκνιξε habet, Pyth. XI, 36. ἔκνισε ponit. Cf. annot. ad Idyll. VIII, 7. et quae in Praefat. observavimus.

118. κἠγών] καί in hoc narrationis ordine accipi posse videtur pro αὐτόματος, μὴ κληθείς. Obscuriorem aliquam oppositionem adolescentis menti obsérvatam esse dicas, quam sic mihi fingo: Invitasti me prior, ut ad te venirem; at ego ad te venissem, licet non invitasses. F. I. — κἠγὼν ἦνθον, ego sponte meâ venturus eram. Vulgo quidem praecipiunt, particulam ἄν in his formulis omissam esse. Hodie vero doctissimorum virorum operâ effectum est, ut omissae particulae causam teneamus. Transponam huc verba Hermanni de partic. ἄν Libr. I. cap. XII. p. 11203. (qui liber Londinensi Stephani thesauri editioni adiectus est). Is igitur, ubicunque, ait, aliquid, quod etiam sine conditione verum est, commemoratur, abesse debet particula; ubi autem aliquid nominamus, quod nonnisi certâ conditione verum est, necessaria est particulae adiectio. Intelligitur id autem ex opposito. Nam quod sine conditione verum est, ei non licet opponi, non esse verum; quod autem certâ tantum conditione verum est, ei recte opponès, non esse, sublatâ conditione. Atque haec quidem Hermannus. De eâdem re haud minus subtiliter accurateque exposuit Stallbaum. ad Platon. Polit. p. 328. C. et ad Sympos. p. 190. C. (Biblioth. Graecae, quae apud nos in lucem emittitur). Quem quidem librum quum in plurimorum manus iam pervenisse liceat sperare, locum tantum indicavimus, lectores rogantes, ut ipsum evolvant.

119. ἢ τρίτος ἠὲ τέταρτος] cum duobus tribusve aliis. — Delphis ait se ultro venturum

Μᾶλα μὲν ἐν κόλποισι Διωνύσοιο φυλάσσων,
Κρατὶ δ' ἔχων λεύκαν, Ἡρακλέος ἱερὸν ἔρνος,
Πάντοσε πορφυρέῃσι περιζώστρῃσιν ἑλικτάν.
Φράζεό μευ τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα.
Καί μ' εἰ μέν κ' ἐδέχεσθε, τάδ' ἧς φίλα· καὶ γὰρ ἐλαφρὸς
Καὶ καλὸς πάντεσσι μετ' ἠϊθέοισι καλεῦμαι.

122. Kiessl. et Boisson., Brunckium sequuti, dederunt πορφυρέαισι περιζώστραισιν. Codd. non addicunt.

124. Brunck. κἤμ' αἱ μέν, quod non debebam probare. Vera est vulgata. F. I.

126. εὖδον δ'] haec vox varie tentata est a Viris Doctis. Excogitatum ab Hermanno ad Eurip. Hec. 652. p. 137. εὖ δ' ἧς plurimis

fuisse eum quibusdam amicis a compotatione. Solebant iuvenes, postquam a compotatione surrexissent, ad amatam pergere, ut carmen amatorium ei canerent. — αὐτίκα νυκτός, cum nocte ingruente.

120. μᾶλα ... Διωνύσοιο] Poma afferre amatae, signum, quo quis amorem suum declararet, habebatur. Boettiger. Sabin. Tom. II. p. 76. — Vossius ad Virgil. Eclog. p. 315. ad Georg. p. 264. per μᾶλα Διων. intelligit mala citrea; rectius, puto, accipies de malis, quae a Baccho nomen habent, quod primus eorum usum docuit. Vid. Athen. III. p. 82. D. — ἐν κόλποισι. In sinu pallii tales res gestabantur. Horat. satir. II, 3, 171. nuces ferre sinu laxo. Vid. Boettiger. Sabin. Tom. II. p. 118. — φυλάσσων, gerens. Ita Id. III, 22., ad quem locum vid. annot. Id. VII, 64., ubi vide Valcken.

121. λεύκαν] populeam coronam gestans. Populus Herculi sacra, vel ut cum poeta loquar, populus Alcidae gratissima. Res est satis nota; vid. Heyne ad Virg. Aen. V, 134. VIII, 276. Mitscherl. ad Horat. Od. I, 7, 23. Photii Lex. p. 216, 23. Porson. (p. 156. ed. Lips.). Hinc quia iuvenis Delphis palaestrae erat studiosus, populeâ cinctus erat coronâ.

122. Populea corona purpureis lemniscis involuta dicitur. Apud Athen. V. p. 197. F., habemus ἀμπέλινον χρυσοῦν στέφανον, μεσολεύκοις μίτραις κατειλημμένον. Summa in eo cernebatur ars apud veteres, ut coronas non simpliciter ex floribus colligarent, sed ut stroppos, qui toris s. torulis necterentur, intertexerent et lemniscis fascinarent. Vid. Heinrich. ad Hesiod. Scut. Hercul. 95. p. 133 et inprimis Böttiger. Sabin. Tom. I. p. 229., qui erudite de hoc veterum artificio agens artium opera comparat.

124. Et si me recepissetis, id mihi volupe fuisset. — ἐδέχεσθε. Pluralem posuit, quod heram cum serva intelligit. Ceterum attende ad particulam κε, quae tam hic, quam versu 126. indicativo addita est. Est hic mos epicorum poetarum. Homer. Il. XXIII, 526. εἰ δέ κ' ἔτι προτέρω γένετο δρόμος ἀμφοτέροισιν, Τῷ κέν μιν παρέλασσ', οὐδ' ἀμφήριστον ἔθηκεν. Oraculum apud Herod. I, 174. Ζεὺς γάρ κ' ἔθηκε νῆσον, εἴ κ' ἐβούλετο. Odyss. XIII, 205. ἐγὼ δέ κεν ἄλλον .. ἐξικόμην, ὅς κεν μ' ἐφίλει. Atque hic quoque afferre liceat ipsa Hermanni verba, quae ad dictum Odyss. locum explicandum leguntur in libello de part. ἄν. Lib. I. cap. X. p. 11200. Non necessarium erat, ait, alterum κέν. Nam oratio, quae suspensa est ex

Εὗδον δ', εἴ κε μόνον τὸ καλὸν στόμα τεῦς ἐφίλασα·
Εἰ δ' ἄλλᾳ μ' ὠθεῖτε, καὶ ἁ θύρα εἴχετο μοχλῷ,
Πάντως κὴ πελέκεις καὶ λαμπάδες ἦνθον ἐφ' ὑμέας.
 Φράζεό μευ τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα.
Νῦν δὲ χάριν μὲν ἔφαν τᾷ Κύπριδι πρᾶτον ὀφείλειν,
Καὶ μετὰ τὰν Κύπριν τύ με δευτέρα ἐκ πυρὸς εἷλεν,

perplacuit. Vulgatae nunc patronicatur **Huschke** ad Tibull. I, 1. 48. p. 28. Vid. annot. — Mox nonnulli αἴ κε, qui iidem v. 124. εἰ μέν habent. — *τεῦς* vulgo τεῦ. τεῦς in uno cod. et edit. Iunt.

127. Codd. quinque habent ἄλλᾶ.

128. *πάντως*] ad **Gregorii** praeceptum (p. 213. Bast.) dedit **Brunck** παντῶς, eumque sequuti **Kiessl.** et **Boisson.**

aliâ sententiâ, verbi modo servato, non indiget repetitione particulae. Quin recentiores etiam aspernantur repetitionem huius modi. .... Nam si primaria sententia conditionalis est, non possunt non omnia conditionalia esse, quae pendent ex eâ. — *καὶ γάρ*. Ad sententiarum nexum tale quid suppleas: *et dignus fuissem, quem reciperetis; etenim pulcher habeor.* — *ἐλαφρός*, qui celeri et agili corpore est.

125. *ἠϊθέοισι*] ἠΐθεος est *iuvenis, praecipue qui caelibem* vitam agit. Ad coniecturam, quam in **Antipatro** apud **Stobae.** Eclog. p. 418, 4. proposuit **Fr. Iacobs.** (Lectt. Stobens. p. 110.) firmandam, scias alios quoque veterum in huius vocis non simili sono, sed etymo lusisse. **Quintil.** Institutt. I, 6, 36. *Ingeniose sibi visus C. Cranius caelibes dicere, velut caelites, quod onere gravissimo vacent, idque Graeco argumento; ἠϊθέους enim eadem de causa dici affirmat.* Cf. **Donat.** ad Terent. Andr. I, 1, 18. **Festus** s. v. caelebs.

126. *εὗδόν δ'*] *contentus fuissem, nihil amplius tentavissem.* Eleganti metaphorâ verbum εὕδειν dicitur de homine, qui animum habet ab omnibus curis laxatum ideoque securum. Nihil in hoc loco mutandum esse te docebunt loci permulti, huius similes. Vid. **Anacr.** Od. XV, 2. **Hesych.** s. v. εὑδήσει. **Stanlei** ad Aeschyl. Agamemn. 345. **Erfurdt.** ad Soph. Oed. Tyr. 585. **Schaef.** ad Soph. Oed. Col. 307. Tom. II. p. 312., quem locum Brunck. corrupit. Eâdem ratione Latinorum *dormire* adhibetur. Vid. **Terent.** Adelph. IV, 1, 17. **Iuvenal.** Satir. I, 77. **Heindorf.** ad Horat. Satir. 1, 2, 7. p. 233. Mira est **Boissonadii** explicatio: *lectum meum repetivissem; noctem enim fuisse intempestam.* — *τεῦς* rarior forma pro τεῦ, quam **Apollon. Dyscol.** de pronom. ex Theocrito affert. Vid. **Buttmann.** Gr. ampl. I. p. 294.

127. *εἴχετο*] *obfirmata fuisset.*

128. **Ovid.** Art. amand. III, 567. *nec franget postes, nec saevis ignibus uret.* Alios locos excitaverunt **Interpretes** ad Horat. Od. I, 25, 1. III, 26, 7. **Fr. Iacobs.** Animadvv. in Anthol. Gr. Tom. II. P. III. p. 124.

130. *νῦν δέ*] *quum autem sponte me ad te revocaveris.* Haec vis inest in istis vocculis.

131. *καὶ μετὰ τ. Κ. τύ*] si ad vulgarem loquendi rationem poeta orationem exigere voluisset, debebat dicere: *καὶ μετὰ τὴν Κύπριν σοί, ἢ κ. τ. λ.*

Ὦ γύναι, ἐγκαλέσασα τεὸν ποτὶ τοῦτο μέλαθρον,
Αὔτως ἡμίφλεκτον· Ἔρως δ' ἄρα καὶ Λιπαραίου
Πολλάκις Ἀφαίστοιο σέλας φλογερώτερον αἴθει.
Φράζεό μευ τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα.
Σὺν δὲ κακαῖς μανίαις καὶ παρθένον ἐκ θαλάμοιο,
Καὶ νύμφαν ἐφόβησ', ἔτι δέμνια θερμὰ λιποῖσαν
Ἀνέρος. ὣς ὃ μὲν εἶπεν· ἐγὼ δέ οἱ ἁ ταχυπειθὴς
Χειρὸς ἐφαψαμένα μαλακῶν ἔκλιν' ἐπὶ λέκτρων·
Καὶ ταχὺ χρὼς ἐπὶ χρωτὶ πεπαίνετο, καὶ τὰ πρόσωπα

137. ἐφόβησε] etsi defendi potest haec lectio, ingeniosam tamen dicas coniecturam Fr. Iacobs. ἐσόβησε, quam codd. auctoritate velles confirmari. Lege ipsius verba in praefat. ad Bion. et Mosch. p. XXIII.

142. θρυλέοιμι] multis offensioni fuit haec vox, aliis quidem, ut Hermanno, qui coniunctivum θρυλέωμι posci iudicarent, aliis qui θρυλλέοιμι, quae scriptura ex tribus apud Gaisford. codd. enotata est, scribendum existimarent. Quod ad orthographiam attinet, θρυλεῖν uno λ rectius scribi docuit Buttmann. ad Demosth. Mid. p. 88. De coniunctivo amplectimur Hermanni sententiam. Ceterum utrum θρυλέοιμι an θρυλέωμι scribas, eadem manet prosodiae ratio; tribus syllabis vox efferenda, animadvertente Meinekio.

146. τᾶς γ' ἁμᾶς] vulgo τὰς γὲ ἐμᾶς. Nostrum, a Kiessl. et

133. αὔτως] de usu h. v. homerico vide disputantem Buttmann. Lexil. I. p. 34. — ἡμίφλεκτον. Vid. Huschke ad Tibull. Tom. II. p. 607. — Duriorem dorismum ἁμίφλεκτον hic fortasse respuit ipse Theocritus.

134. Λιπαραίου ... Ἀφαίστοιο] flammam amoris ardentissimi cum igne Vulcani in insulâ Liparâ, inter Italiam et Siciliam sitâ, comparat; quae comparatio nec aliis poetis infrequens est. Catull. Carm. LXVIII, 53. Quum tantum arderem, quantum Trinacria rupes, Lymphaque in Oetaeis Malia Thermopylis. Ovid. Heroid. XV. 12. Me calor Aetnaeo non minor igne coquit. Cf. Interpp. ad Ovid. Remed. Amor. 491.

136. σὺν δὲ κακαῖς μ.] haec coniungenda cum ἐφόβησε: Cupido gravi amoris aestu expellit. — παρθένον ἐκ θαλ., vel virginem, quam pudor, nuptamve mulierem, quam coniugis amor cohibere deberet, flammae Amoris ita urunt, ut quasi furentes thalamo relicto ad moechum se conferant. — Delphidem haec dicere puta, ut puellae, sponte ipsum ad se vocantis, temeritatem quodammodo excuset, culpâ in Amoris vehementiam coniectâ. F. I.

137. νύμφαν] novam nuptam, ut Homer. Il. III, 130. — ἐφόβησ', exagitare potest. ἐκφοβεῖν φρένας legitur apud Aeschyl. Pers. 605. Aoristus vero ea potestate positus est, quam illustrat Rost. Gr. Gr. §. 116. not. 6. Ad sententiam compara Propert. II, 5, 16., ubi felix dicitur quaecunque viri femina limen amat. Propius etiam accedunt Catull. LXVIII, 145. et Tibull. I, 2, 20., a Grevero excitati.

141. ψιθυρίζειν] eo sensu

Θερμότερ' ἧς ἡ πρόσθε· καὶ ἐψιθυρίσδομες ἁδύ.
Χ' ὥς κά τοι μὴ μακρὰ φίλα θρυλέοιμι Σελάνα,
Ἐπράχθη τὰ μέγιστα, καὶ ἐς πόθον ἤνθομες ἄμφω.
Κοὔτε τι τῆνος ἐμὶν ἐπεμέμψατο μέσφα τοι ἐχθές,
Οὔτ' ἐγὼ αὖ τήνῳ· ἀλλ' ἦνθέ μοι ἅ τε Φιλίστας
Μάτηρ τᾶς γ' ἁμᾶς αὐλητρίδος, ἅ τε Μελιξοῦς,
Σάμερον, ἀνίκα πέρ τε ποτ' οὐρανὸν ἔτρεχον ἵπποι,
Ἀῶ τὰν ῥοδόπαχυν ἀπ' Ὠκεανοῖο φέροισαι·
Κἦπέ μοι ἄλλα τε πολλὰ καὶ ὡς ἄρα Δέλφις ἔραται·
Κἤτε μιν αὖτε γυναικὸς ἔχει πόθος εἴτε καὶ ἀνδρός,

Boisson. et **Meinek.** praelatum, uni Cod. Florent. debetur. — Tum **Hermann.** tentavit *τᾶς . . . αὐλιατρίδος*, quae in eadem domo habitat.

147. **Briggsius** coniicit *τὸ ποτ' οὐρανὸν* sc. *δρόμημα*, quod durissimum videtur. Ne quis offendat in particulis *πέρ τε*, similem earum coniunctionem Id. VII, 60. excitavit **Boisson.**

149. Suspectus locus, quod *ἔραται*, penultima producta, significatione media positum est. **Boissonade** defendi posse putat productione vocalis *α* in *πέτασαι* apud Anacr. IX, 2. Sed apud hunc poetam in recent. editt. recte editum est *πέτασσαι*, nec omnino aptum hoc exemplum.

adhibitum est quo alias dicitur *ὀαρίζειν* vel *ὀάρους ὀαρίζειν*.

143. *ἐπράχθη*] *πράσσειν*, ut **facere**, de re Venerea dicitur. Hinc Venus *Πρᾶξις* vocatur. Vid. **Welcker.** Trilog. Prometh. p. 241. ad Theognid. 1097. p. 135. Hinc quoque *ἔργα Κύπριδος*, de quibus vide annot. ad Epigr. IV, 4.

144. **Ex duodecim quidem diebus ad me non venit Delphis, et heri demum eum alii amori indulgere compertum est. Venit nempe ad me vetula, quae una cum Delphide convivio interfuerat, ubi ipsa de novo Delphidis amore certior facta erat.** — Vetula illa, nescio quae, non acuratius designatur, nisi quod mater Philistae atque Melixus esse dicitur, quarum illa tibicina erat. Sed hoc ex Theocriti verbis non potest colligi, filias quoque ad convivium adhibitas fuisse, multo minus credibile est Melixum saltatricem fuisse. Tibicinam illam dicit *τὰν ἁμάν* i. e. *ἡμετέραν*, **cuius consuetudine lubenter utatur.** **Wüst.** — Nomina mulierculärum narrationi interiecta probabilitatem ei concilíant. Ad mimicum poeseos genus talia referas. F. I.

147. **Primo mane ad me venit.** Simplicem hanc sententiam apte iam Simaetha, cuius sermo pro animi affectu paullo altius surgit, egregia descriptione exornat. Observa vero haud parum suavitatis et gratiae accedere huic loco ex ipsius versus ratione, quippe qui nulla caesura impeditus fugacibus dactylis constat, quibus, si recte sentio, equorum in currendo celeritas egregie pingitur.

150. *ἔχει*] de usu indicativi in oratione obliqua vid. **Rost.** Gr. §. 122, 6. — Ad sententiam cf. **Horat.** Epod. XI, 36.

Οὐκ ἔφατ' ἀτρεκὲς ἴδμεν· ἀτὰρ τόσον, αἰὲν Ἔρωτος
Ἀκράτω ἐπεχεῖτο, καὶ ἐς τέλος ᾤχετο φεύγων,
Καὶ φάτο οἱ στεφάνοισι τὰ δώματα τῆνα πυκάσδεν.
Ταῦτά μοι ἁ ξείνα μυθήσατο· ἔστι δ' ἀλαθής·
Ἦ γάρ μοι καὶ τρὶς καὶ τετράκις ἄλλοτ' ἐφοίτη,
Καὶ παρ' ἐμὶν ἐτίθει τὰν Δωρίδα πολλάκις ὄλπαν·
Νῦν δέ τε δωδεκαταῖος ἀφ' ὧ τέ νιν οὐδέποκ' εἶδον.
Ἆρ' οὐκ ἄλλο τι τερπνὸν ἔχει, ἁμῶν δὲ λέλασται;

151. ἀτρεκές] Toupius cum Brunckio doricam formam ἀτρεκές, quam Hesych. et Orion. in Etymol. p. 5. agnoscere videntur, restituit. — Ἔρωτος maiuscula litera cum Kiessling. exhibui. Sic in Lunae honorem bibitur apud Horatium. — Mox variant codices in ἀκράτῳ et ἀκράτω. Dativus ferri non potest; genitivus ἀκράτω displicet ob vicinum Ἔρωτος; praeferrem Toupii ἄκρατον, si libri aliquot meliores addicerent. Kiesslingio ad Gregor. p. 359. provocanti, tam hic, quam XIV, 18. ἀκρήτω et ἄκρητον scribendum videtur.

151. Sed tantum id se scire dixit, eum amare. Hoc mulier signis declarat, quibus amantes amorem suum prodere solebant. Nempe amantes convivantes in honorem amatae meraceum bibunt vinum. Duplex modus erat, vel ut merum infunderent in terram, quasi libarent, vel ut pocula ebiberent, nominantes dilectas puellas. Interdum etiam factum est, ut tot pocula meracei haurirent, quot literas haberet nomen amatae. Vid. Valcken. ad Callim. Eleg. p. 261. Pallast des Scaurus p. 275. — ἐπεχεῖτο, merum sibi infundi iussit. Huic verbo accusativus rei et genitivus personae, in cuius honorem bibimus, iungi solent. Genitivi exempla sunt haec: ἔγχει καὶ πάλιν εἰπέ, Διοκλέος, Callimach. epigr. XXXI. Fr. Iacobs. Anthol. Gr. Tom. I. p. 212. Meleagr. epigr. 98. ἔγχει καὶ πάλιν εἰπέ, πάλιν, πάλιν, Ἡλιοδώρας. Cf. loci apud Toupium ad h. l. et apud Welcker. ad Theogn. 315. p. 100. fuse de hac re agentem. Vid. Bernhardy Syntax p. 164. Similiter Latini. Horat. Od. III, 19, 9. Da Lunae propere novae, da noctis mediae, da puer auguris Murenae, ubi vide interpret. Vini genus vero quod infunditur accusativo solet addi, ut Id. XIV, 18. ἐδόξ' ἐπιχεῖσθαι ἄκρατον, Ὤτινος ἤθελ' ἕκαστος. Iam Theocritus, si libris habenda est fides, posuit genit. ἀκράτω, qui et ipse habet, quo defendatur. Alii, commate post τόσον deleto, ita explicant: sed tantum vini, ex quo suum amorem demonstraret sibi infundi iussit. — ᾤχ. φεύγων, celerrime se abripuit.

153. Mos erat iuvenum comissantium, ut convivio finito puellae amatae fores sertis et corollis redimirent. Facit id iuvenis apud Callimach. Epigr. 44 ed. Ernest., in Antholog. Gr. Tom. I. p. 213. Alia ratio est loci Lucret. IV, 1171., ubi lacrimans exclusus amator limina saepe floribus et sertis operit. — οἱ, illi, in cuius honorem biberat.

156. ὄλπαν] ampullam oleariam, qua utebantur in palaestra. Commeans ex domo sua in palaestram saepius ampullam apud Simaetham deposuerat, quod per

Νῦν μὲν τοῖς φίλτροις καταθύσομαι· αἰ δ' ἔτι κἠμὲ
Λυπῇ, τὰν Ἀΐδαο πύλαν, ναὶ Μοίρας, ἀραξεῖ.
Τοῖά οἱ ἐν κίστᾳ κακὰ φάρμακα φαμὶ φυλάσσειν,
Ἀσσυρίω, δέσποινα, παρὰ ξείνοιο μαθοῖσα.
Ἀλλὰ τὺ μὲν χαίροισα ποτ' Ὠκεανὸν τρέπε πώλους,
Πότνι'· ἐγὼ δ' οἰσῶ τὸν ἐμὸν πόνον, ὥσπερ ὑπέσταν.
Χαῖρε, Σελαναία λιπαρόχροε· χαίρετε δ', ἄλλοι
Ἀστέρες, εὐκήλοιο κατ' ἄντυγα Νυκτὸς ὀπαδοί.

154. Post hunc versum cum Meinekio colon posui; vetulam illam veracem esse concludit ex iis, quae in sequentibus narrat. Greverus coniecit ἐστὶ δ' ἀλαθῆ.

159. In initio versus νῦν μέν μιν vel νιν scribendum putat Hermannus; sed articulo in τοῖς φίλτροις carere non possumus. — In fine Fr. Iacobs. αἰ δέ τι κ' ἄμμες i. e. αἴ κε.

164. Fr. Iacobs. satis probabiliter coniecit ἐγὼ δ' ἀνύσω τὸν ἐμὸν πόνον.

166. Νυκτός maiuscula litera scripsi; vulgo νυκτός.

duodecim hosce dies intermisit. Argutatur Scholiastes, qui ὄλπαν doricam dici ponit, quod ex aere Corinthio facta fuerit. Pro illius iuvenis conditione et pro ampullae usu eam e corio factam facilius credas. Dorica dicitur, quae Atticis frequentius λήκυθος appellatur. Id. XVIII, 43. est ὄλπις eaque argentea. Doctissima de voce ὄλπη disputatio Barkeri legitur ad Etymol. M. p. 1112 sqq.

157. νῦν δέ] quum iam aliam amet. Cf. v. 130. — ἀφ' ὦ τε. Sic ἐξ οὗ τε apud Aeschyl. Pers. 761.

159. κἠμέ pro καὶ ἐμέ positum est; καί, ut saepe, hyperbaton facit, quum ad ἔτι pertineat: si vel in posterum dolore me afficiet.

160. Μοίρας] ultima correpta. Vid. annot. ad Id. I, 83.

161. τοῖα] quae hoc efficere queant. τοῖος causam continet. Simillimus locus est Homer. Od. IV, 227. Τοῖα Διὸς θυγάτηρ ἔχε φάρμακα. Cf. Pflugk. ad Eurip. Med. 718. et annot. ad Id. XVII, 102. — ἐν κίστᾳ. cistam secum attulisse putanda est Simaetha.

163. χαίροισα] favens. Pronuntiatum cum grati animi affectu; aut simpliciter pro χαῖρε: tu iam vale et cursum porro, quod facis, ad Oceanum verte.

164. Ego vero meum dolorem s. amorem ita feram, ut promisi, i. e. ut perficiam quae dixi, me eum morti daturum esse, nisi brevi ad me redierit.

166. Nocti tribuuntur currus et equi eiusque comites stellae dicuntur. Notus locus Tibulli II, 1, 87. Iam Nox iungit equos currumque sequuntur Matris lascivo Sidera fulva choro, ubi plura dant interpp. — ἄντυγα. ἄντυξ proprie significat extremam partem rotae, h. l. de toto curru dictum est. — Νυκτὸς ὀπαδοί. Qui h. l. comites Noctis dicuntur, sidera, alibi eius liberi appellantur, ut Hymn. Orphic. VI, 3.

III.

ARGUMENTUM.

Caprarius, gregis sui curâ Tityro pastori commissâ, ad Amaryllidis, quam deperit, antrum accedit, ibique multa de puellae mutato in se animo conquestus, muneribus, precibus, furore, minis pristini amoris flammas excitare conatur — 36. Tum, Amaryllidem propius accessuram esse sperans, ut animum oculosque puellae in se convertat, carmen modulatur suavissimum, hominumque, quibus Venus in amore faverit, ex antiquitate repetit memoriam — 51. Tandem, nec his illam flecti sentiens, animum prorsus despondet. — Duplex est huius Idyllii scena; prior eius pars inter greges Caprarii agitur; altera ad antrum Amaryllidis. Totum est bucolicum. F. I.

Ceterum tale carmen, quod amans ante puellae fores decantabat, intromitti cupiens, vocabatur παρακλαυσίθυρον. Eiusmodi carmina in veteribus legis haec: Aristoph. Eccles. 945. Theocr. Id. 23. Plaut. Curcul. I, 260. Tibull. I, 2, 9. Propert. I, 16, 17. Ovid. Amor. I, 6. Metam. XIV, 718. Horat. Od. I, 25. et III, 10. Tradit argumenti Graeci auctor scenam esse in agris circa Crotonem, quod quo teste dixerit nescimus. Idem sub caprarii personâ Theocritum latere pronuntiat, Munatum et Apollonium auctores afferens. Totum locum non integrum ad nos pervenisse valde doleas; ex verbis, prouti nunc vulgata leguntur, vix quicquam eruas.

ὙΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΤΡΙΤΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.

Ἐπιγράφεται τὸ μὲν εἰδύλλιον τοῦτο Αἰπόλος ἀπὸ τοῦ ἐρῶντος, ἢ Ἀμαρυλλὶς ἀπὸ τῆς κόρης τῆς ἐρωμένης, ἢ Κωμαστὴς ἀπ' αὐτοῦ τοῦ πράγματος· ἐπικωμάζει γάρ τις τῇ Ἀμαρυλλίδι, τοῦ ὀνόματος μὴ δηλουμένου. Εἰκά-

σειε δ' ἄν τις τὸν ἐπικωμάζοντα Βάττον εἶναι· τοῦτον γὰρ αἰπόλον ὄντα δι' ἑτέρου ποιεῖ ὁ Θεόκριτος προςδιαλεγόμενον Κορύδωνι, καὶ τὸν ἔρωτα, ὃν εἶχε πρὸς τὴν Ἀμαρυλλίδα, ἐμφαίνοντα. Τὰ δὲ πράγματα εἴη ἂν ἐπὶ Ἰταλίας περὶ Κρότωνα, ὅθεν καὶ τὴν Ἀμαρυλλίδα ὑποτίθεται. Τὸ δὲ τοῦ ποιητοῦ πρόςωπον οὐκ ἂν εἴη, ὡς ὁ Μούνατός φησιν, ἐκ τοῦ λέγειν τὸν ἐπίκωμάζοντα,

Ἦ ῥά γέ τοι σιμὸς καταφαίνομαι.

Πλανᾶται δὲ καὶ περὶ τοὺς χρόνους. Φέρει δὲ ὁ ἐπικωμάζων μῆλα καὶ στεφάνους τῇ Ἀμαρυλλίδι χάριν τοῦ προςδεχθῆναι· ἡ δὲ οὐδὲ λόγου αὐτὸν ἀξιοῖ· διὸ καὶ δυςθυμίᾳ τὸν βίον καταλῦσαι προήρηται. Τὸ δὲ εἶδος ἐπικωμαστικόν. Τὸν Τίτυρον οἱ μὲν κύριον, οἱ δὲ Σάτυρον εἶναί φασι. Τινὲς δὲ διὰ τοῦ σιμοῦ τὸν Θεόκριτον οἴονται κωμάζειν, Σιμιχίδην καλοῦντες. Ἡ ἱστορία παρὰ Ἀπολλωνίῳ.

ΑΙΠΟΛΟΣ, Η ΑΜΑΡΥΛΛΙΣ, Η ΚΩΜΑΣΤΗΣ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ γ'.

Κωμάσδω ποτὶ τὰν Ἀμαρυλλίδα, ταὶ δέ μοι αἶγες
Βόσκονται κατ' ὄρος, καὶ ὁ Τίτυρος αὐτὰς ἐλαύνει.
Τίτυρ', ἐμὶν τὸ καλὸν πεφιλαμένε, βόσκε τὰς αἶγας,

Idyll. III. 4. Vulgo ἄγε, Τίτυρε· καὶ τόν. — Distinctionem mutavi cum Boisson.

5. κορύξῃ] hoc in melioribus codd. exstare testatur Dorville. Vulgo hic et apud Gellium Noctt. Att. IX, 9. atque Tzetzem ad Lycophr. 588. legitur κορύψῃ.

9. ποιησεῖς] Kiessl. et Boisson. eam sibi in Theocrito edendo praescripserunt legem, ut ubique ποεῖν exhiberent: quanquam Kiessl. non eandem in omnibus locis sequutus est rationem, velut Id. XXIII, 11. Verum quidem est formam ποεῖν a grammaticis Doricam dici (vide Fr. Iacobs. Not. Crit. ad Anthol. Palat. p. 604.); eandem in codd. aliquot, qui tamen nec ipsi sibi constant, apparere concedo; quin quod

Idyll. III. 1. κωμάσδω] i. e. κῶμον ἄγω. κῶμος est eorum iuvenum, qui post compotationem ad puellae fores properant ibique tripudiantes carmen canunt. Prae aliis lege uberrimam expositionem Welckeri ad Philostr. Imagg. I, 2. p. 204.

2. αὐτάς] ultima correpta. Vid. ad Id. II, 160. — Duobus his versibus carmini caprarius praefatur; tertio demum versu ipsa actio incipit. Ceterum hoc initium, quod proprias habet suas virtutes, iam veteribus valde placuit. Imitationem Virgilianam legimus Eclog. IX, 21 sqq.

3. τὸ καλὸν πεφ.] pro καλῶς πεφιλαμένε. Sic v. 18. τὸ καλὸν ποθορεῦσα. Pompei. Iun. Epigr. in Del. Epigr. VIII, 111. p. 307. ἡ τὸ καλὸν καὶ πᾶσιν ἐράσμιον ἀνθήσασα. Alia exempla dant Valcken. ad h. l., Bentl. ad Callim. Epigr. LVI. Matth. Gr. §. 446, 7. Cf. annotat. ad Id. I, 41.

4. τὸν ἐνόρχαν] intellige τράγον, quod addit Lucian. Tom. II. p. 802. τράγον ἔνορχιν θύουσί μοι. Tom. I. p. 209. θύομέν γε αὐτῷ ἔνορχιν τράγον.

5. κνάκωνα] is color est, quem nos Saflorfarbe dicimus. — κορύξῃ, ne te cornu feriat.

6. Cum hoc versu incipit carmen caprarii: in quo primum sunt tres strophae, binorum unaquaeque versuum; tum sequuntur quattuordecim aliae, trium quaeque versuum, si recte conieci v. 26. esse spurium. F. I.

7. παρκύπτοισα] ex antro prospectans. — τὸν ἐρωτύλον. Respondet Plautinum amatorculus. Deminutivae voci ironiae notio subest.

8. ἦ ῥά γέ τοι] ita etiam Id.

Καὶ ποτὶ τὰν κράναν ἄγε· Τίτυρε, καὶ τὸν ἐνόρχαν
Τὸν Λιβυκὸν κνάκωνα φυλάσσεο, μή τυ κορύξῃ.
Ὦ χαρίεσσ' Ἀμαρυλλί, τί μ' οὐκ ἔτι τοῦτο κατ' ἄντρον
Παρκύπτοισα καλεῖς τὸν ἐρωτύλον; ἦ ῥά με μισεῖς;
Ἦ ῥά γέ τοι σιμὸς καταφαίνομαι ἐγγύθεν ἦμεν,
Νύμφα, καὶ προγένειος; ἀπάγξασθαί με ποιησεῖς.
Ἠνίδε τοι δέκα μᾶλα φέρω· τηνῶθε καθεῖλον,
Ὦ μ' ἐκέλευ καθελεῖν τύ· καὶ αὔριον ἄλλα τοι οἰσῶ.
Θᾶσαι μὰν θυμαλγὲς ἐμὸν ἄχος· αἴθε γενοίμαν
Ἁ βομβεῦσα μέλισσα, καὶ ἐς τεὸν ἄντρον ἱκοίμαν,
Τὸν κισσὸν διαδὺς καὶ τὰν πτέριν, ᾇ τὺ πυκάσδῃ.
Νῦν ἔγνων τὸν Ἔρωτα· βαρὺς θεός· ἦ ῥα λεαίνας

in lapidibus quoque ποεῖν legitur, ut Boisson. ad h. l. observavit. Ex his omnibus tamen minime sequitur ποεῖν scribendum esse. Vide quae docte de hac re disputavit Passov. in Lex. Quamobrem tutius arbitrati sumus ubique ποιεῖν servare cum Meinekio.

10. τηνῶθε] Kiessl. cum Brunckio τηνῶ δέ. Nostram lectionem tuetur Grammat. apud Bekker. Anecd. Gr. Tom. III. p. 1423. De accentu horum adverbiorum vid. Goettling. ad Theodos. Grammat. p. 231. et Vir. doct. in Ephemer. Ienens. 1825. P. 287.

12. ἐμόν] hic ut in plurimis aliis locis codd. fluctuant inter ἐμόν et ἐμίν. Hoc recipere noluit Kiessl., quod dubitavit, an in tali orationis structura τὸ ὀρθοτονούμενον locum habere possit.

II, 20. Cf. Fr. Iacobs. ad Anth. Pal. p. 405.

9. νύμφα] dicitur quum de quavis femina (cf. annot. ad Id. II, 137.), tum de puella, quae pubertatem nacta, sed nondum nupta est. — προγένειος, cui mentum prominet, quod deformem reddit hominem. Wuest. — προγένειος, ut σιμός, ad similitudinem cum capris referendum, quam caprariis exprobrabant, infimo pastorum generi, et ob lasciviam Satyris et capris magis quam hominibus simili. Homines cum Silenis comparati σιμοὶ καὶ προγάστορες sunt apud Max. Tyr. VII, 9. F. I. — ἀπάγξασθαι. Plaut. Aulul. I, 1, 11. utinam me ... adaxint ad suspendium. Ceterum suspendium non habebatur apud veteres ignominiosum mortis genus, quod ob eos moneo, quibus Virgil. Ecl. II, 7. mori me deníque coges honestius loquutus esse visus est. De verbo ἀπάγχεσθαι peculiaris exstat Perizonii disputatio. Lugd. Batav. 1702.

10. Mala se allaturum esse dicit, quibus obsequium suum declaret. Virgil. Eclog. III, 71. aurea mala decem misi, cras altera mittam. Vid. annot. ad Id. II, 120.

13. Utinam fierem apicula illa, cui in antrum tuum volare licet.

14. πτέριν] est filix Latinorum, nobis Waldfarren, de quo vid. Billerbeck Flor. class. p. 250. Est mollis quaedam et ad satis amplam altitudinem excrescens herba, quae loca, in quibus copiosa est, obumbrat; quam ob causam ad introitum antrorum et casarum serebatur.

15. Amoris matrem ob crudelitatem et saevitiam, quam in homi-

Μασδὸν ἐθήλαξε, δρυμῷ τέ μιν ἔτραφε μάτηρ·
Ὅς με κατασμύχων καὶ ἐς ὀστέον ἄχρις ἰάπτει.
Ὦ τὸ καλὸν ποθορεῦσα, τὸ πᾶν λίθος· ὦ κυάνοφρυ
Νύμφα, πρόσπτυξαί με τὸν αἰπόλον, ὥς τυ φιλάσω.
Ἔστι καὶ ἐν κενεοῖσι φιλάμασιν ἁδέα τέρψις.
Τὸν στέφανον τῖλαί με κατ' αὐτίκα λεπτὰ ποιησεῖς,

16. ἐθήλαξε] ita meliores codd. Alii vulgo ἐθήλαζε, pro quo Kiessl. ἐθήλασδε. Afferuntur haec a Stobaeo Florileg. p. 401, 30., qui ἐθήλαξε et ἔτραφε tuetur.

21. Kiessl. καταυτίκα, quod κατά nec cum τῖλαι nec cum λεπτά coniungi possit; illi structurae versus rationem, huic verborum ordinem obstare. Sed vid. annot. De Graecâ formae καταυτίκα origine recte dubites.

23. Aliquot codd. ἀμπλέξας, quod amplectitur Graefe.

24. Blomfield. ad Callim. in Del. 116. p. 115. coniicit ὅτι θύσ-

nes exerceat, leaenam dicit. Cf. Id. XXIII, 19. κακᾶς ἀνάθρεμμα λεαίνης, ubi vid. annot. Tibull. Eleg. III, 4, 90. Virgil. Eclog. VIII, 43. Aen. IV, 367. Sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus, Hyrcanaeque admorunt ubera tigres. Vid. Fr. Iacobs. ad Philostr. Imagg. II, 2. p. 410.

16. δρυμῷ τέ μιν ἔτρ. μάτ.] in saltibus eum eduxit mater. Attende ad dativum δρυμῷ, quo locus exprimitur. Qui usus valde infrequens est. Sophocl. Trachin. 171. ὡς τὴν παλαιὰν φηγὸν αὐδῆσαί ποτε Δωδῶνι .... ἔφη.

17. ἐς ὀστέον ἄχρις] Epigr. Dioscor. in Delect. Epigr. IV, 43. Σμερδίῃ ὦ ἐπὶ Θρηκὶ τακεὶς καὶ ἐπ' ἔσχατὸν ὀστεῦν, ubi comparatur Propert. II, 25, 60.: quem tetigit iactu certus ad ossa deus. Similiter etiam Ovid. Heroid. XVI, 276. descendit vulnus ad ossa meum. Senec. Hippol. v. 279. Labitur totas furor in medullas. Uno verbo Sophocles Trach. 477. dixit ὁ ἵμερος διῆλθε. Cf. not. ad Id. II, 62.

18. ὦ κυάνοφρυ] praecipua pulcritudinis laus erat apud veteres in superciliis, quae nigro colore et in fronte iuncta essent. Vid. ad Id. VIII, 72.

20. In proverbii locum abiisse videtur hic versus, quapropter Id. XXVII, 4. repetitus legitur. Fuerunt qui hic eum suppositum censerent, ut Valcken. et Bentl. ad Horat. art. poet. 421.; sed utroque loco genuinus est. Vid. quae ad Id. I, 13. observavimus. — Quod ad sententiam attinet, canit Propert. II, 12, 50. omnia, si dederis oscula pauca, dabis. Alia vide apud Villoison. ad Long. p. 73. (p. 171.). — Notanda forma ἁδέα, quam epicam alias habent. Vid. Buttm. Gr. Gr. §. 62. not. 3. Matth. Gr. §. 1196. I. p. 241., sic Id. VII, 78. εὐρέα λάρναξ.

21. Verba iunge ita: κατατῖλαί με ποησεῖς αὐτίκα τὸν στέφανον. Praepositio εἰς in his omitti solet; Cf. Id. IX, 25. πέντε ταμὼν πέντ' οὖσιν. Demosthen. περὶ συμμαχ. p. 182. I, 21. Vid. Valcken. ad h. l. et ad Herodot. p. 558, 60. Rost. Gr. §. 104. not. 5. Bernhardy Syntax p. 127., ubi tamen, quae afferuntur, partim aliena videntur.

22. φυλάσσω] vid. annot. ad Id. II, 120. — Corona ex hedera facta, intextis rosis et apio. Co-

Τόν τοι ἐγών, Ἀμαρυλλὶ φίλα, κισσοῖο φυλάσσω,
Ἐμπλέξας καλύκεσσι καὶ εὐόδμοισι σελίνοις.
Ὤ μοι ἐγώ, τί πάθω; τί ὁ δύσσοος; οὐχ ὑπακούεις;
Τὰν βαίταν ἀποδὺς ἐς κύματα τῆνα ἁλεῦμαι,
[Ὧπερ τὼς θύννως σκοπιάζεται Ὄλπις ὁ γριπεύς.]

σοος οὐχ ὑπακούεις. Meineke malit τί πάθω ποθ' ὁ δύσσοος; Ob hiatum certe nihil mutandum. Vid. Gerhard. Lectt. Apollon. p. 184.

25. Gerhard. Lectt. Apollon. p. 185. hiatum in τῆνα ἁλ. non tolerandum esse contendens proponit. τηνόθ' ἁλ. Leviori negotio quattuor codd. lectionem τηνῶ recipiendam esse arbitratus est Kiessl. Nos vulgatam servavimus. Cf. Praefat.

26. Totum versum, quo stropharum concinnitas turbetur, temere interpositum esse recte suspicatur Fr. Iacobs. — σκοπιάζεται Doricam formam σκοπιάσδεται recepit cum aliis Kiessl. contra codd.

rollae ex hederâ et apio contextae mentio fit apud Horat. Od. IV, 11, 3. est in horto, Phylli, nectendis apium coronis, Est hederae vis Multa, qua crines religata fulges. Ex hedera et narcisso, apud Athen. XV. p. 680. F. Quamobrem recte Boisson. ad Nicet. Eugen. p. 38. post φυλάσσω commate interpungens καλύκεσσι de rosis intelligit.

24. ὤ μοι ἐγώ, τί πάθω] iam apud Homerum frequentatum. Il. XI, 404. Od. V, 465., inde formula transiit ad tragicos et comicos, vid. Valcken. ad Phoeniss. 902., tum ad alios poetas, vid. Fr. Iacobs. ad Delect. Epigr. VI, 99. — οὐχ ὑπακούεις. ὑπακούειν, obedire, morem gerere, obsequi, usitatum in re amatoria, ut προςέχειν τὸν νοῦν. vid. Hemsterh. ad Lucian. Tom. I. p. 212.

25. τὰν βαίταν] quae Atticis σίσυρα vel διφθέρα dicebatur. Pellibus enim pro vestibus amicti erant pastores, quapropter Schol. ad Arist. Nubb. 72. τὴν διφθέραν ait fuisse ποιμενικὸν περιβόλαιον. Vid. Casaub. ad Theophr. IV, 4, p. 56. Fisch.

26. τὼς θύννως] thynnorum usque ad hunc diem crebra copiosaque ad litora Siciliae atque Galliae est captura. Hodie, quod Greverus in progr. narrat, qui ipse spectator interfuit horum piscium capturae, haec venatio sic instituitur, ut triginta vel quadraginta homines sex octove cymbis tractum aliquem in mari circumcludant piscesque in angustum locum coactos retibus capiant. Iam vero apud Theocrit. Olpis est speculator, qui in rupe ad litus thynnorum adnatantium agmen observans, piscatoribus eorum adventum nuntiabat. Res perspicua ex Oppian. Hal. III, 637. ἔνθ' ἤτοι πρῶτον μὲν ἐπ' ὄρθιον ὑψικόλωνον Ἴδρις ἐπεμβαίνει θυννοσκόπος, ὅστε κιούσας Παντοίας ἀγέλας τεκμαίρεται, αἵ τε καὶ ὅσσαι, Πιφαύσκει δ' ἑτάροισι. Cf. Varro in fab. γνῶθι σαυτόν apud Non. Marcell. s. v. cetari p. 49. Non animadvertis cetarios, quum videre volunt in mari thunnos, escendere in malum alte, ut penitus per aquam perspiciant pisces? De thunnis si plura cupis, lege Aristotel. hist. anim. VIII, 19. Aelian. hist anim. XIII, 17. Oppian. Halieut. II. 506. III, 620, 637. Plin. hist. nat. IX, 15. — σκοπιάζεται i. q. δοκεύει. Id. IX, 26.

Κῆκα δὴ ᾿ποθάνω, τό γε μὰν τεὸν ἀδὺ τέτυκται.
Ἔγνων πράν, ὄκα μευ μεμναμένω εἰ φιλέεις με
Οὐδὲ τὸ τηλέφιλον ποτιμαξάμενον πλατάγησεν,
Ἀλλ' αὔτως ἁπαλῷ ποτὶ πάχεϊ ἐξεμαράνθη.
Εἶπε καὶ Ἀγροιὼ τἀλαθέα κοσκινόμαντις,

27. Vulgo legitur *Κῆ κα μὴ ᾿ποθάνω*, quod idoneo sensu destitutum esse videtur. Non igitur dubitavi, quin verissimam **Graefii** coniecturam *κῆ κα δὴ ᾿ποθάνω* cum **Meinek.** reciperem.

28. **Boisson.** *ὄκ', ἐμεῦ μεμν.* ex uno codice; causam habet hanc, quod enclitica post comma displiceat. At veteres post *ὄκα* distinctionem non ponebant. Vid. not. ad Id. II, 5.

29. *ποτιμαξάμενον*] codd. alii habent *ποτεμάξατο τὸ πλατάγημα*, alii *ποτιμάξατο τὸ πλ.* **Schneiderus** in lex. Gr. s. v. *προςμάσσω* pro-

27. **Atque in undis si mortuus fuero, gratum tibi fecero.** — *τό γε μὰν τεὸν ἀδὺ τ.* Inusitate hoc dictum pro *τό γε μὰν τὶν ἀδὺ τέτ.*, quod ipsum ex coniecturâ rescribere voluit **Graefe.** Videndum tamen, annon illud tribuendum sit libertati cuidam in sermone quotidiano, cuius vestigia aliquot, ad syntaxeos regulas minime cogenda, apud Theocritum reperiuntur. Comparari posse videtur, quod ex eodem fonte fluxit, *τὸν ἐμὸν βαρὺν εὖντα*, Id. II, 3., ubi vide quae observavimus. Cf. annot. ad Id. IX, 21. et quae in Praefat. collegimus.

28. *ἔγνων πράν*] hoc cum iis, quae antecedente strophâ pastor conquestus est, arcte cohaeret. **Nuper experientiâ, dicit, cognovi tibi hoc gratum fore, te ex misero amore meo voluptatem capere, quum folium perculsum sonum ederet nullum.** — *μεμναμένω.* — Sic **Agath. Schol.** in Delect. Epigramm. V, 84. *σπεύδων εἰ φιλέει με μαθεῖν εὐῶπις Ἐρευθώ.*

29. *τὸ τηλέφιλον*] veterum haec erat superstitio, ut tenuius aliquod folium brachio imponerent, tum vero manu percuterent; ubi si clarum sonum reddebat, id pro auspicato signo habebatur. Explicat rem ex veteribus **Pollux** in Onomast. IX, 127., ex recentioribus **Fr. Iacobs.** Animadv. ad Anthol. Vol. III. P. I. p. 55. Sed quod ad Theocritea verba explicanda **Kiessl.** attulit Agathiae epigr. IX., id non satis recte comparatur, quippe in quo de cottabismo, diverso plane ludi genere, agitur. Id tantum similitudinis inter hos aliosque ludos intercedit, quod ex sono, quem allisa res ederet, quantus sit amor coniicerent superstitiosi. *Τηλέφιλον* intelligit **Billerbeck** Flor. classic. p. 115. de acri sedo (**Mauerpfeffer**). Sed non cogitavisse videtur poeta de certâ quâdam plantâ, sed nomen *τηλέφιλον* inventum accommodate ad rem, de qua agitur, et de quovis folio illi superstitioni inserviente usurpatum. — *ποτιμαξάμενον.* Nota aorist. med. passivâ significatione positum. Vid. **Meineke** in annot. crit. **Rost.** Gr. §. 114, 1. not. 3. **Buttm.** Gr. ampl. II. p. 55. Lexil. Tom. I. p. 76.

31. *κοσκινόμαντις*] divinatio per cribrum (*κοσκινομαντεία*) vulgo adhibebatur ad fures detegendos aliosque, qui in suspicionem venissent, criminis convincendos ita, ut cribrum filo alligatum suspen-

Ἁ πρὰν ποιολογεῦσα παραιβάτις, οὕνεκ' ἐγὼ μὲν
Τὶν ὅλος ἔγκειμαι· τὺ δέ μευ λόγον οὐδένα ποιῇ.
Ἦ μάν τοι λευκὰν διδυματόκον αἶγα φυλάσσω,
Τάν με καὶ ἁ Μέρμνωνος Ἐριθακὶς ἁ μελανόχρως
Αἰτεῖ· καὶ δωσῶ οἱ, ἐπεὶ τύ μοι ἐνδιαθρύπτῃ.

ponit ποτιμαξαμένῳ, quo non opus. Meineke, „poterit, inquit, etiam illud servari. Vide quae monui ad Euphor. p. 116. Adde infra Id. VII, 110. δακνόμενος κνάσαιο pr. κνηθείης, et Hesychium μεταπεΐσασθαι, μεταπεισθῆναι., et Reisigium in Syntagm. crit. p. 22."

30. Pro ἁπαλῷ magna codd. pars dat ὁμαλῷ, pro πάχεϊ genit. πάχεος.

31. ἔγκειμαι] Brunckius tentat ἄγκειμαι. Vulgatum defendit Doederl. ad Soph. Oedip. Col. 240.

35. Frustra coniecit Hemsterh. ἁ μελανόφρυς.

deretur; tum is pro convicto habebatur, cuius nomine audito cribrum in circulum agebatur vel tantum movebatur. Hodieque in aliquot Graeciae regionibus his valet mos, ut sponsa, domum mariti intrans, coriaceo cribro insistat; si frangitur, bene actum cum puella, pro innocenti enim et casta habetur: si non, domum remittitur, tanquam incasta et impudica. Vid. North douglas and essay on certain points of resemblance between the aucient and modern Greeks 1813. p. 112. Wuest. — Alium quoque cribri usum apud pastores commemorat Philostr. Vit. Apoll. VI, 11. p. 248. γρᾶες ἀνημμένα κόσκινα φοιτῶσιν ἐπὶ ποιμένας — ἰώμεναι τὰ νοσοῦντα τῶν θρεμμάτων μαντικῇ. F. I.

32. ποιολογεῦσα] ἠκρολόγει στάχυας est apud Philipp. Thessalon. in Delect. Epigr. VIII, 109. p. 305. Cf. Animadvv. in Anthol. Tom. II. P. II. p. 206. — παραιβάτις, quae messores subsequitur.

33. τίν] de productione huius formae vid. Spitzner. Prosod. §. 34, 1. Matth. Gr. p. 271. Cf. Id. XV, 89. — ὅλος ἔγκειμαι, ex te totus pendeo, tibi plane addictus sum. Non simile est; quod comparant Archiloch. p. 176. Liebel. Vid. Doederl. ad Sophocl. Oedip. Col. 240. Unus omnium aptissime a Fr. Iacobs. comparatur Parthen. Erot. 23. τοῦ μὲν κατηλόγει, πᾶσα δ' ἐνέκειτο Ἀκροτάτῳ τῷ τοῦ βασιλέως υἱεῖ, et quem nunc idem addit, Aristoph. Eccles. 990. ἄτοπος ἔγκειταί μοί τις πόθος Ὅς με διακναίσας ἔχει.

34. Quodsi morem mihi non gesseris, alio amorem meum transferam. Erithacis dicitur μελανόχρως, subnigra vel nigella, quod pulcre intellexit Fr. Iacobs. positum esse, quo magis pungeretur puellae animus.

35. Imitatus est hunc locum Virgil. Eclog. II, 42. capreoli ... quos tibi servo. Iam pridem a me illos abducere Thestylis orat; Et faciet, quoniam sordent tibi munera nostra.

36. ἐνδιαθρύπτῃ] significat hoc verbum: superbum et fastidiosum se gerere in alium, fastum alicui facere, saepeque de amantibus difficilibus ponitur. Lege doctam de hac voce expositionem Spohnii in Lectt. Theocr. Specim. III. p. 10.

Ἄλλεται ὀφθαλμός μευ ὁ δεξιός· ἆρά γ' ἰδησῶ
Αὐτάν; ᾀσεῦμαι ποτὶ τὰν πίτυν ὧδ' ἀποκλινθείς·
Καί κέ μ' ἴσως ποτίδοι, ἐπεὶ οὐκ ἀδαμαντίνα ἐντί.
Ἱππομένης, ὅκα δὴ τὰν παρθένον ἤθελε γᾶμαι,
Μᾶλ' ἐν χερσὶν ἑλὼν δρόμον ἄνυεν· ἁ δ' Ἀταλάντα
Ὡς ἴδεν, ὡς ἐμάνη, ὡς ἐς βαθὺν ἄλλετ' ἔρωτα.
Τὰν ἀγέλαν χὼ μάντις ἀπ' Ὄθρυος ἆγε Μελάμπους

41. Schaef. et Graefe. malunt ἔχων. — Pro ἐντί dant plurimi codd. et aliquot. editt. ἐν.

37. Ex fausto quod ipsi contigit omine augurator pastor puellam in conspectum se daturam esse. — ἄλλεται. Haec erat veterum superstitio, ex qua credebant, si pars aliqua corporis suapte sponte subsiluisset ac mota esset, eiusmodi palpitationibus aut prosperi aliquid aut adversi portendi. Sunt haec verba Mureti, locum Theocr. explicantis in Var. Lect. Tom. I. p. 251. Plaut. in Pseudol. I, 2, 105. nisi quia futurum est, ita Supercilium salit. Scripserat Posidonius librum de ratione captandi ominis ex palpitatione, παλμικὸν οἰώνισμα, auctore Suidâ; hodieque exstat Melampodis Aegyptii ad Ptolemaeum regem missus libellus, περὶ παλμῶν μαντική inscriptus, qui editus est in Scriptoribus Physiognomiae veteribus, a Franzio in lucem emissis, p. 450 sqq. Ex quo, quod ad hunc locum facit, de oculo dextro scriptum hic profert Casaubon.: ὀφθαλμὸς δεξιὸς ἐὰν ἄλληται, ἐχθροὺς ὑποχειρίους ἕξει. — ἰδησῶ, est futuri forma, quae ab aoristo ἰδεῖν deducta, ut εὑρήσω ab εὑρεῖν. Vid. Buttm. Gr. ampl. II. p. 24.

38. αὐτάν] amatam, dominam; res e lexicis nota. Cf. Pflugk. ad Eurip. Androm. 78. — ᾀσεῦμαι. Vid. annotat. ad Id. I, 145. — ἀποκλινθείς, non recte vertunt: in pinum reclinatus, est potius: ad pinum recubans. Cf. Id. VII, 89. — ὧδ', sic negligenter; recubans ut forte decubui. Cf. ad Id. XIV, 22.

39. Quam v. 18. saxeam dixit, nunc mutato animo, ut ingenium amantium fert, faciliorem habet et molliorem.

40. Qui sequuntur versus usque ad 51. cogita eam ipsam carminis partem esse, quam ad pinum decantat pastor. Huius vero cantilenae, quae non ad finem perducitur, sed media abrumpitur, quod puella se non conspiciendam praebet, hoc videtur argumentum esse, ut illustrium aliquot feminarum exempla interque eas etiam deae proferantur, quae faciliores se praebuerint in amore. Spectant autem haec omnia eo, ut iis suae puellae animum emolliat sibique magis propensum reddat. — Hippomenes, Megarei filius, Atalantam, virginem longe pulcherrimam ope malorum aureorum, quae a Venere acceperat, in currendo vicit et victam in matrimonium duxit. Quum enim nemini superba virgo nubere vellet, celeritate vero omnes se superaturam esse speraret, cursus victoriam matrimonii pretium constituit. Res e fabularum scriptoribus perquam nota. Tzetz. Chil. XIII, 453. Ovid. Metam. X, 560. Heyne ad Apoll. III, 9, 2. Voss. ad Virg. Eclog. p. 314.

41. ἄνυεν] Possis explicare: cursum ingressus est. An-

Ἐς Πύλον· ἁ δὲ Βίαντος ἐν ἀγκοίνῃσιν ἐκλίνθη,
Μάτηρ ἁ χαρίεσσα περίφρονος Ἀλφεσιβοίας.
Τὰν δὲ καλὰν Κυθέρειαν ἐν ὤρεσι μᾶλα νομεύων
Οὐχ οὕτως Ὤδωνις ἐπὶ πλέον ἄγαγε λύσσας,
Ὥστ' οὐδὲ φθίμενόν μιν ἄτερ μασδοῖο τίθητι;
Ζαλωτὸς μὲν ἐμὶν ὁ τὸν ἄτροπον ὕπνον ἰαύων
Ἐνδυμίων· ζαλῶ δέ, φίλα γύναι, Ἰασίωνα,

42. Hemsterh. coniecit ἄλατ' ἔρωτα, propter vicina ἴδεν et ἐμάνη; probant Valcken., Fr. Iacobs. et Kiessl.
49. Edit. Iuntin. habet ἰαίνων.

thol. Pal. VII, 316., ubi Timon viatorem monet, ut silens tumulum suum praetereat, ἢ μὴ τὴν ἀνύεις τελέσαις ὁδόν. ἣν δὲ παρέλθῃς Σιγῇ, μήδ' οὕτως ἣν ἀνύεις τελέσαις. Sed non recedendum a vulgari significatione: cursum perfecit. Hippomenes malorum, quae manibus gestabat, ope cursum absolvit. His verbis tota historia breviter absolvitur. Tum additur aliquid, quod inprimis ad caprarii nostri consilium facit: In illo autem certamine Atalanta conspecto iuvene subito exarsit.

42. ὡς ἴδεν, ὡς ἐμ.] vid. not. ad Id. II, 82. — ἐς βαθὺν ἄλλ. ἔρ. Amoris quasi est barathrum, in quod se praecipitant qui nimio amoris ardore flagrant. Apte comparant Nonn. Dionys. XV. p. 209. ἐς βαθὺν ἤλθεν ἔρωτα et Apul. Metam. VIII. p. 509. in profundam ruinam Cupidinis sese paullatim nescius praecipitaverat.

43. Fabula, ad quam Theocritus respicit, haec est. Neleus filiam habuit Pero, cui summa erat venustas; hanc pater nemini nuptum se collocaturum esse professus est, nisi qui egregios Iphicli boves sibi adduxisset. Bias puellam singulari quidem amore amplexus est, sed quod pater postulaverat efficere non valuit. Biantis igitur frater, Melampus, ut optatas fratri nuptias conciliaret, rem arduam aggressus, tandem feliciter exsequutus est. Quo facto Bias puellam, quam expetebat, uxorem accepit. Rem narrant praeter Schol. ad h. l. et ad Hom. Od. XI, 286., Pausan. IV, 36., ubi vid. Siebel., et Apollod. I, 9, 11. — Othrys, mons in Thessaliâ, unde Melampus Iphicli boves abduxit.

47. λύσσας] de summo, in quem amor coniicit, ardore.

49. Endymion, quoniam Iunonem in amorem sui allexerat, tam alto ab Iove somno immisso sopitus esse dicitur in luco Latmio, ut divâ frui omnino non potuerit. Apollon. Rhod. IV, 57. Apollod. I, 7, 5., ubi vide Heyne. Sed inde non intelligitur, cur caprarius Endymioni somnum invideat. Wuest. — Historia est obscurior. Vix tamen dubites beatum praedicari Endymionem ob clandestinos amores, quos perpetuus ille somnus sequutus est. Vide Animadvv. ad Anthol. Tom. I. P. I. p. 113. F. I. — ἄτροπον, gravis, qui abrumpi nequit. Opponitur ὕπνος ἐγέρσιμος Id. XXIV, 7., ex quo facile excitamur vel expergiscimur.

50. Cererem narrat ad Iasionem, Minois filium, in prato forte dormientem, venisse, exque eo Plutum [in Scholiis enim pro τὸν Πλούτωνα Meineke ad Euphor. p. 143. corrigit Πλοῦτον] peperisse. Apollod. III, 12, 1. Diodor. Sicul. V, 49, 77. Ovid. Amor.

Ὃς τόσσων ἐκύρησεν, ὅσ' οὐ πευσεῖσθε βέβαλοι.
Ἀλγέω τὰν κεφαλάν· τὶν δ' οὐ μέλει. οὐκ ἔτ' ἀείδω,
Κεισεῦμαι δὲ πεσών, καὶ τοὶ λύκοι ὧδέ μ' ἔδονται.
Ὡς μέλι τοι γλυκὺ τοῦτο κατὰ βρόχθοιο γένοιτο.

51. Duo codd. praebent ὅς τοσσῆν' ἐκύρησεν, quod praefert Kiessl.
53. Boisson. edidit κ' αἰ, vertens atque si.

III, 10, 25. — ὅσ' οὐ π. β. Greverus apposite affert Catull. Epithal. Pel. et Thet. 261. Orgia quae frustra cupiunt audire profani.

53. Miror neminem fuisse adhuc, qui Aristoph. Ecclesiaz. 995. compararet: σύ μοι καταδραμοῦσα τὴν θύραν ἄνοιξον Τήνδ'· εἰ δὲ μή, Καταπεσὼν κείσομαι. Fr. Iacobs. apposuit locum Sophocl. Electr. 511. ἀλλὰ πρὸς πύλῃ παρεῖσ' ἐμαυτήν, ἄφιλος αὐανῶ βίον. Cf. Interpp. ad Horat. Od. III, 10, 3.

54. Nil dulcius melle. Pindar. Pyth. VI, 53. γλυκεῖα δὲ φρὴν Καὶ συμπόταισιν ὁμιλεῖν Μελισσᾶν ἀμείβεται τρητὸν πόνον. Horat. Sermon. II, 6, 32. hoc iuvat et melli est. Cf. Fr. Iacobs. in Animadvv. in Anthol. Tom. II. P. III. p. 240. — Ceterum in hac quoque comparatione breviore loquendi ratione usus est, de qua vid. ad Id. I, 7.

VI.

ARGUMENTUM.

Hoc Idyllium totum est bucolicum et mimicum. Colloquuntur pastores, ut videtur, mercenarii, quorum alter Aegonis cuiusdam, qui ex bubulco pugil factus cum Milone ad certamina Olympica profectus est, armenta pascit. Alter, Battus, dicacis homo ingenii, Corydonem variis pungit dicteriis, Aegonisque bobus, inepto custodi commissis, properatam mortem vaticinatur. Ille, lentus homo minimeque iracundus, ad omnia placide respondet. Dum confabulantur, vituli vagantes oleas rodunt, quos inde depellere conatus Battus spinâ laeditur. Cuius vulnus dum Corydon curat, senex Aegonis pater alicubi conspicitur; quo viso illi vernilia quaedam de eius lasciviâ iactant. Iucundum est carmen propter vividam vitae pastoritiae adumbrationem morumque in eo expressam varietatem. F. I.

Res agitur ad montis oleis consiti radices, haud procul ab urbe Crotone. Ad huius urbis vicinitatem nos ducunt plurima, quae in hoc Idyllio commemorantur. Cf. quae in annot. passim observavimus. Virgilius huius Idyllii et sequentis quinti imitationem conatus est in Eclogâ tertiâ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΤΕΤΑΡΤΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.

Τοῦτο τὸ εἰδύλλιον βουκολικόν ἐστι. Βάττος μὲν οὖν αἰπόλος, Κορύδων δὲ βουκόλος πρὸς ἀλλήλους διαλέγονται ἀμοιβαίως. Ὑποτίθεται δὲ ὁ Θεόκριτος τὸν Κορύδωνα βοῦς νέμοντα βουκόλου τινὸς Αἴγωνος, ὅν φησιν εἰς Ὀλυμπίαν ὑπὸ Μίλωνος παλαιστοῦ ἀχθῆναι, ἰσχυρὸν ὄντα, ὡς ἀγωνίσηται· τὸν δὲ Βάττον ταῦτα πυνθανόμενον, καὶ λέγοντα, ὅτι κακοῦ αἱ βόες ἔτυχον βουκόλου καί εἰσι λεπταί. Τὰ μὲν πράγματα διάκεινται ἐν Κρότωνι τῆς Ιταλίας. Οὐ πάντως δὲ ὁ Θεόκριτος κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους γεγονὼς Μίλωνι μέμνηται αὐτοῦ, ἀλλὰ πολὺ νεώτερος· εἴγε Μίλων τῇ ἑβδόμῃ Ὀλυμπιάδι πάλην νικᾷ. Θεόκριτος δέ, ὥσπερ ἐδείξαμεν, κατὰ τὴν κδ' Ὀλυμπιάδα ἤκμαζεν.

ΚΟΡΥΔΩΝ.

Κᾤχετ' ἔχων σκαπάναν τε καὶ εἴκατι τουτόθε μᾶλα.

ΒΑΤΤΟΣ.

Πείσαι τοι Μίλων καὶ τὼς λύκος αὐτίκα λυσσῆν.

ΚΟΡΥΔΩΝ.

Ταὶ δαμάλαι δ' αὐτὸν μυκώμεναι ὧδε ποθεῦντι.

ΒΑΤΤΟΣ.

Δειλαῖαί γ' αὗται, τὸν βωκόλον ὡς κακὸν εὗρον.

ΚΟΡΥΔΩΝ.

Ἦ μὰν δειλαῖαί γε· καὶ οὐκ ἔτι λῶντι νέμεσθαι.

11. Locus plurimis coniecturis vexatus. Quod si quis eas in unum collectas cupiat cognoscere, is legat Rumpfii program. Giessense anni 1814, inde a p. 4 — 14. Ipse tandem Rumpf hanc coniecturam proponit: παύσαι τοι Μ., hoc sensu: difficillimum quodvis perfecerit Milo.

10. Nullâ re ab animi aequitate se deiici passus pergit Corydon in narratione suâ; ligonem et viginti oves Aegonem secum deduxisse dicit. — σκαπάναν, rutrum, quo utebantur athletae, ut alter alterum in pulvere palaestrico ruendo praeverteret, quo contentionis genere triginta illis diebus, qui legitimum certamen praecedebant, a ludorum magistris exercebantur. Graecis hoc dicitur παρορύττειν. — εἴκατι μᾶλα, viginti oves secum deduxerat Aegon, quarum carnibus aleretur tum in itinere; veteres enim peregrinantes de cibo sibi prospicere solitos esse nemini non notum est; tum Olympiae ad victum largiorem, quo athleta uti deberet.

11. Eodem ingenii acumine atque eâdem argutiâ pergens, at verendum est denique, inquit Battus, ne improbus ille Milo etiam lupos ad damna nostra impellat, inque greges, abs quibus arcere studemus, eos ultro alliciat. Nempe Aegon, quod Milone auctore viginti adeo pecora de suis secum abstulisset, in tantam tamque incredibilem a Milone illectus erat dementiam, ut quidvis ab eo exspectari possit, ut quantum res stet per Milonem, nihil non in damnum gregis sui ob hunc hominem facturus esse putandus sit. Iam vides haec verba, ut diverbiorum fert natura, egregie respondere ad id, unde ad respondendum excitatus erat Battus. Haec explicatio debetur Carolo Reisigio in commentat. de vi et usu partic. ἄν p. 132., quem legas disputantem ibi de simplicis optativi elegantiâ in h. l.; Germanice reddit: am Ende lockt der uns gar noch die Wölf' in die Heerden. His perscriptis monet me Fr. Iacobs., neque hac explicatione omnem loci difficultatem sublatam esse. Nam λυσσῆν sic nude positum nihil aliud est quam rabie agi, aut ob famem aut ob aliam quandam causam. Quod quum sponte faciant lupi, ad eam rem persuasione non opus est. Addi debebat aliquid, quod sensum impleret, ut εἰς ἀγέλην, εἰς ποίμνιον aut simile quid. Magis augetur obscuritas addito αὐτίκα, quod sic nullam vim habet. Haec ille. — Milo designatur nobilis ille athleta Crotoniates, de cuius robore atque

ΒΑΤΤΟΣ.

Τήνας μὲν δὴ τοὶ τᾶς πόρτιος αὐτὰ λέλειπται
Τὠστέα. μὴ πρῶκας σιτίζεται, ὥςπερ ὁ τέττιξ;

ΚΟΡΥΔΩΝ.

Οὐ δᾶν· ἀλλ' ὁκὰ μέν μιν ἐπ' Αἰσάροιο νομεύω,
Καὶ μαλακῶ χόρτοιο καλὰν κώμυθα δίδωμι·
Ἄλλοκα δὲ σκαίρει τὸ βαθύσκιον ἀμφὶ Λάτυμνον.

ΒΑΤΤΟΣ.

Λεπτὸς μὰν χὠ ταῦρος ὁ πύῤῥιχος· αἴθε λάχοιεν
Τοὶ τῶ Λαμπριάδα τοὶ δαμόται, ὅκκα θύωντι

21. Qui in repetitione articuli offenderunt vario modo h. l. tentaverunt. Hermannus mutatâ distinctione scribendum censet τοὶ τῶ Λαμπριάδα, τοὶ δαμόται ὅκκα θύοντι, quod recepit Meineke. Sed vide annot. — Tum edit. princ. θύωντι, quod restitui. Vid. annot. ad Id. I, 87. Buttm. Gr. ampl. I. p. 294. Schol. recte habent ὅταν θύωσι.

voracitate agunt Athen. X. p. 412, Aelian. V. H. II, 24., Gell. Noctt. Att. XV, 16.

12. Quod Battus de Milone dixerat, id in laudem quasi Aegonis dictum accipit Corydon; hinc gregem suum desiderium domini habere dicit. Quo arrepto Battus sortem miserans gregis, quod derelictus sit a custode, magis etiam eius conditionem deplorandam esse contendit, quod peiorem adeo pastorem nactus sit. Tam lentus vero est animus Corydonis, ut aequo animo boves non amplius pasci velle dicat. Wuest. — Solet hoc genus hominum, inprimis ii, qui se ingeniosos existimant, alios dicteriis lacessere vernilibus sine malo animo, temporis fallendi ingeniique exercendi causa. Quare alter iis non irascitur, sed suas res agens ad Batti sales non respondet. F. I.

13. Virgil. Eclog. III, 3. Infelix o semper, oves, pecus. — ὡς κακὸν εὖρ.] partic. ὡς causa redditur: infelices sunt oves, quod tam malus ipsis evenit custos.

15. μὲν δή τοι] postrema vocula est tibi. Nam particulas δὴ τοι non coniungunt epici. Vide annot. ad Id. XXV, 142.

16. μὴ ... σιτίζ.] de partic. μὴ in interrogatione positâ vide Rost. Gr. §. 135, not. 1. — Rore vesci cicadas vetus erat opinio. Hesiod. Scut. Herc. 395. ibique Heinrich. Anacr. Od. XLIII, 1. Plin. H. N. XI, 26. Aelian. V. H. I, 20.

17. Aesarus fluvius Theocriti temporibus mediam urbem Crotonem interfluebat; post bellum cum Pyrrho gestum urbem, cuius pars diruta erat, praeterfluebat. Liv. XXIV, 3. Hodie Necete dicitur. — Ad eandem locorum vicinitatem nos ducit Latymnus, mons haud procul a Crotone.

20. Virgil. Eclog. III, 100. Heu, heu! quam pingui macer est mihi taurus in ervo! πύῤῥιχος aeolicam vocis πύῤῥος formam Grammatici dicunt, recte quidem, si dorica dialectus hac distinctione non excluditur. Sic versu 55. ὄῤῥιχος pro ὄῤῥος, ubi Meineke observat in his vocibus accentum in antepenultimâ poni.

21. τοὶ τῶ Λ. τοὶ δ.] mira nonnullis articuli repetitio visa est, quae Graecis non infrequens est.

Τᾷ Ἥρᾳ, τοιόνδε· κακοχράσμων γὰρ ὁ δᾶμος.

ΚΟΡΥΔΩΝ.

Καὶ μὰν ἐς τὸ Μάλιμνον ἐλαύνεται ἔς τε τὰ Φύσκω,
Καὶ ποτὶ τὸν Νήαιθον, ὅπᾳ καλὰ πάντα φύοντι,
Αἰγίπυρος, καὶ κνύζα, καὶ εὐώδης μελίτεια.

ΒΑΤΤΟΣ.

Φεῦ, φεῦ· βασεῦνται καὶ ταὶ βόες, ὦ τάλαν Αἴγων,
Εἰς Ἀΐδαν, ὅκα καὶ τὺ κακᾶς ἠράσσαο νίκας.

22. Unus Codex κακοφράσμων.

23. τὸ Μάλιμν.] Casaub. coniect. ἐς στομάλιμνον, ad paludis ostium, editt. receperunt.

Similiter v. 33. τὸ ποταῷον τὸ Λακίνιον. Extra omnem dubitationem ponunt rem exempla, quae Matth. Gr. Gr. §. 279. not. 3. attulit, neque Theocriteorum oblitus. Ceterum ad totum locum intelligendum teneas haec. Macrum Corydonis taurum conspicatus Battus, quae erat inter singulas tribus contentio, optat, ut Lamprae demi populares talem nanciscantur, Iunoni sacra facturi. Ita Hermippus apud Athen. XII. p. 561. A. votum facit, ut pauperes Baccho immolent tauros, vel Leotrephide et Thaumantide exiliores. Vid. Casaub. ad Athen. V, 2. Tom. III. p. 7. Schweigh. Sed demus ille Lampra non designatur, quod Wartonus statuit, Atticus; quo posito omnis loci venustas periret; sed est Sybaritarum demus. Rumpf. hoc perspiciens comparat Diodor. Sic. XII, 11. Crotoniatas porro et Sybaritas inprimis constat Iunonem coluisse eique sacra fecisse; Ovid. Met. XV, 19 — 59. Athen. XII, 58. Liv. XXIV, 3. Sex millia aberat a Crotone templum (ipsâ urbe nobilius) Laciniae Iunonis, sanctum omnibus circa populis. Vid. Animadvv. in Anthol. Gr. Tom. I. p. 413.

22. κακοχράσμων] i. q. κακοχρήμων, inops, pauper. Alii vertunt: improbus, qui malitiâ utitur. Paupertatem eorum ridet Battus, non malitiam; nam licet improbi essent, tamen iidem, si modo locupletes essent, egregiam victimam emere possent. Vult igitur hoc: macilentus est ille taurus; utinam emant eum Lampriadae, quibus talis victima pro ipsorum paupertate convenit. Nos: wenn ihn doch die Lampriaden zu kaufen bekämen; für die passt er sich ganz. Gregor. Cor. p. 293. καὶ κακοχράσμων ὁ δύστροπος, nostrum locum respiciens; nam quod praecedit πύῤῥιχος et quod sequitur ὅσσιχος ex quarto Idyllio desumpta sunt. Sed qua auctoritate nisus Grammaticus illud affirmet, nescias.

23. Quid sit τὸ Μάλιμνον, nescio. Casauboni correctio non ab omni parte defensa; nam usitata forma est στομαλίμνη. In nomine ignoto codd. auctoritatem sequendam putavi. — Physcus et Neaethus fluvii in urbis Crotonis vicinitate.

24. ὅπα καλὰ π. φ.] Liv. XXIV, 3. de locis Crotonem ambientibus: Lucus ibi, frequenti silva et proceris abietis arboribus septus, laeta in medio pascua habuit, ubi omnis generis sacrum deae pasceba-

Χὰ σῦριγξ εὐρῶτι παλύνεται, ἅν ποκ' ἐπάξα.

ΚΟΡΥΔΩΝ.

Οὐ τήνα γ', οὐ Νύμφας· ἐπεὶ ποτὶ Πῖσαν ἀφέρπων
Δῶρον ἐμίν νιν ἔλειπεν· ἐγὼ δέ τις εἰμὶ μελικτάς,
Κὴν μὲν τὰ Γλαύκας ἀγκρούομαι, εὖ δὲ τὰ Πύῤῥω.
Αἰνέω τάν τε Κρότωνα· καλὰ πόλις ἅ τε Ζάκυνθος,
Καὶ τὸ ποταῷον τὸ Λακίνιον, ᾇπερ ὁ πύκτας

28. Recentiores ἐπάξω, pars codd. ἐπάξας. **Nostra lectio est in quattuordecim codd. et in edit. pr.**
29. οὐ Νύμφ.] Kiessl. οὔ, Ν.
33. Aliquot codd. ᾇ Ζάκυνθος.

tur pecus sine ullo pastore, separatimque egressi cuiusque generis greges nocte remeabant ad stabula, nunquam insidiis ferarum, non fraude violati hominum. Magni fructus ex eo pecore capti.

25. αἰγίπυρος] Billerbeck Flor. class. p. 29. hedysarum onobrychis putat esse. — κνύζα idem Flor. class. p. 215. erigeron viscosum dicit esse. — μελίτεια fortasse quae nobis est melissa officinalis. idem p. 158.

28. ἐπάξα] dorica aoristi medii forma pro ἐπάξαο, attic. ἐπήξω. Vid. Buttmann. Gr. ampl. §. 74. not. 10. I. p. 355. p. 419. Matth. Gr. §. 206. p. 382. Spitzn. Prosod. §. 22, 4.

29. Pisa, antiquius nomen urbis haud procul ab Olympiâ sitae; hinc pro ipsâ Olympiâ ponitur. Ceterum nota ι in voce Pisa nunc produci, quod apud Pindarum ubique corripitur. Vid. Spitzner. §. 64. e. not. — De intervallo inter Pisam et Olympiam vid. Boeckh. ad Pindar. Schol. Vol. III. p. 247.

30. τις εἰμί] aliquis insignis; ego non ultimus, non spernendus cantor sum.

31. Glauca, ex insulâ Chio oriunda, celeberrima citharistria, cui apud Athen. IV, 24. p. 176. d. μεμεθυσμένα παίγνια Μουσέων tribuuntur. Praeterea Fr. Iacobs. affert Plutarch. Tom. II. p. 397. A. Cf. eundem in not. crit. ad Anthol. Pal. p. 896. — Pyrrhus, utrum Erythraeus an Lesbius fuerit dubitatur, lyricorum carminum auctor. Ceterum utriusque poetae carmina iam tum ore populi decantata fuisse videntur.

32. Haec pro ipsis carminum initiis habent, ut Id. XIV, 31. Aristoph. Nubb. 966. Virgil. Eclog. II, 24. V, 86. Burmann. ad Anthol. Lat. Tom. I. p. 206. Passov. ad Pers. Satir. p. 317. Mihi secus videtur; alterius enim initium vix ita efferri potuerit καλὰ πόλις ἅ τε Ζάκ. Argumentum tantum talium carminum, quae in laudibus urbis regionisve praedicandis versantur, indicare vult. — ἅ τε Ζάκ. syllabam ante ζ correptam nota. Cf. Id. XXIX, 20. Cf. Fr. Iacobs. Not. crit. ad Anth. Pal. p. LIII. p. 624. Hermann. Elem. doctr. metr. p. 46. Spitzn. Prosod. §. 7, 6. de versu heroic. 99, 105.

33. Lacinium, promontorium, in quo nobilissimum Laciniae Iunonis templum exstructum erat, quadraginta et octo stadiis vel sex

Αἴγων ὀγδώκοντα μόνος κατεδαίσατο μάζας.
Τηνεὶ καὶ τὸν ταῦρον ἀπ' ὤρεος ἆγε πιάξας
Τᾶς ὁπλᾶς, κἤδωκ' Ἀμαρυλλίδι· ταὶ δὲ γυναῖκες
Μακρὸν ἀνάϋσαν, χὡ βωκόλος ἐξεγέλαξεν.

ΒΑΤΤΟΣ.

Ὦ χαρίεσσ' Ἀμαρυλλί, μόνας σέθεν οὐδὲ θανοίσας
Λασεύμεσθ'· ὅσον αἶγες ἐμὶν φίλαι, ὅσσον ἀπέσβας.
Αἲ αἲ τῶ σκληρῶ μάλα δαίμονος, ὅς με λελόγχη.

ΚΟΡΥΔΩΝ.

Θαρσεῖν χρή, φίλε Βάττε· τάχ' αὔριον ἔσσετ' ἄμεινον.
Ἐλπίδες ἐν ζωοῖσιν, ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες.
Χὡ Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος, ἄλλοκα δ' ὕει.

ΒΑΤΤΟΣ.

Θαρσέω. — βάλλε κάτωθε τὰ μοσχία· τᾶς γὰρ ἐλαίας

40. Alii ὅς με λελόγχει. Kiessl. ὅς με λελόγχη.

48. Meineke malit ἴδ' αὖ πάλιν ἅδε ποθέρπει.

millibus passuum ab urbe Crotone distare auctor est Liv. XXIV, 3. Strab. VI. p. 262. centum quinquaginta stadia abesse dicit. — De articuli repetitione vid. ad v. 10.

34. Quae hic de Aegone pugile praedicantur, ab aliis scriptoribus de Milone aliisque athletis narrantur; velut quod Aegon octoginta liba devoravisse dicitur, simile quid auctore Scholiastâ Astyanacti, auctore Athen. X. p. 412. Miloni adscribitur. Quod traditur Aegon taurum ungulâ prehensum duxisse, hoc artificium Tithormi cuiusdam fuisse fertur, apud Aelian. V. H. XII, 22. In quibus conciliandis se torserunt interpretes. Scilicet Corydon Aegonis, cuius partes suscepit, commendandi studiosus, omnia in eum cumulat, quae in athletâ admirationem faciant. Cf. Fr. Iacobs. in Anim. in Anth. Tom. II. P. I. p. 190.

36. ὀρθοῖς ὄμμασι] rectis neque perturbatis pudore oculis. Eurip. Hec. 973. ὀρθαῖς κόραις, ad quem locum vide Pflugk.

37. μακρὸν ἀνάϋσ.] sic μακρὸν ἄϋσεν Hom. Il. III, 81. V, 101. etiam μακρὸν κλαίειν. Vid. Fr. Iacobs. in Animadvv. in Anthol. Tom. II. P. II. p. 23.

38. Quum Battus eandem Amaryllidem, quam Aegon amabat, amore suo complexus fuerit, eum non credam mercenarium pastorem fuisse; et tam orationis, qua utitur, libertas, quam omnis se gerendi ratio nobis suadent, ut statuamus eum suum ipsius gregem pastum egisse.

39. Alexandrinorum more hoc dictum, ex quo ὅσος ... ὅσος, vel τόσος ... τόσος, τόφρα ... τόφρα pro ὅσος ... τόσος, ὄφρα ... τόφρα ponitur. Vid. Interpp. ad Callim. Hymn. in Apoll. 94.

40. ὅς με λελόγχη] haec ne ita explica, quasi dicta sint pro ὃν λέλογχα. Nam in pedestri etiam sermone daemon dicitur hominem ζῶντα εἰληχέναι, sorte sibi assignatum accepisse. Loquendi ratio inde ab Homero in usum recepta. Vid. Stallbaum ad Plat. Phaedon. p. 178. Cf. notata ad

Τὸν θαλλὸν τρώγοντι τὰ δύσσοα, σίτθ' ὁ λέπαργος.

ΚΟΡΥΔΩΝ.

Σίτθ' ἁ Κυμαίθα ποτὶ τὸν λόφον· οὐκ ἐσακούεις;
Ἡξῶ, ναὶ τὸν Πᾶνα, κακὸν τέλος αὐτίκα δωσῶν,
Εἰ μὴ ἄπει τρυτῶθεν· ἴδ' αὖ πάλιν ᾧδε ποθέρπει.
Αἴθ' ἧς μοι ῥοικὸν τὸ λαγωβόλον, ὥς τυ πατάξω.

ΒΑΤΤΟΣ.

Θᾶσαί μ', ὦ Κορύδων, ποτ τῶ Διός· ἁ γὰρ ἄκανθα
Ἁρμοῖ μ' ὧδ' ἐπάταξ' ὑπὸ τὸ σφυρόν. ὡς δὲ βαθεῖαι
Τἀτρακτυλλίδες ἐντί. κακῶς ἁ πόρτις ὄλοιτο·
Ἐς ταύταν ἐτύπαν χασμεύμενος. ἦ ῥά γε λεύσσεις;

ΚΟΡΥΔΩΝ.

Ναί, ναί· τοῖς ὀνύχεσσιν ἔχω τέ νιν· ἅδε καὶ αὐτά.

52. Alii ταὶ ἄτρακτ., quod per synizesin defendit Boisson.
54. Mutatâ interpunctione Meineke suadet legendum: ναί, ναί, ταῖς ὀνύχεσσιν· ἔχω τέ νιν.

Id. VII, 123. Wuest. — Loquutionem illustravit etiam Schweigh. ad Athen. XV. p. 698. Tom. VIII. p. 304. F. I.

41. Ex consuetudine hominum haud ultra vulgus sapientium plura Corydon profert proverbia; in hoc etiam sequutus est Sophronem Theocritus. Demetr. de eloquut. §. 157. σχεδὸν πάσας ἐκ τῶν δραμάτων αὐτοῦ τὰς παροιμίας ἐκλέξαι ἐστίν. — τάχ' αὔριον, Horat. Od. II, 10, 15. Non, si male nunc, et olim Sic erit. Tibull. II, 6, 19. Credula vitam Spes fovet et fore cras semper ait melius. Wuest. — Animadverte Battum non malitiosi ingenii, sed vividi hominem, mutabilem, varium, ex iocis facile ad querelas transeuntem, quales sunt vividioris naturae homines (sanguinische Naturen). Corydon autem in responsione se ad misericordiam pronum ostendit; ita ut, quae in praecedentibus obtusi ingenii significationem habere videantur, ad simplicem eius animum tota referenda sint. F. I.

43. Hesiod. Oper. et Dier. 550. ἄλλοτε μὲν θ' ὕει ποτὶ ἕσπερον, ἄλλοτ' ἄησι.

44. βάλλε] reiice, sc. pedo.

45. σίττα] etiam ψίττα et ψύττα. Sequente πρός ad alliciendum, ut v. 46., sequente ἀπό ad arcendum ab aliquo loco, ut Id. V, 3. Absolute etiam ponitur haec vox, quum ad festinandum grex incitatur.

49. αἴθ' ἧς μοι] imperfectum in optandi formulâ notandum. Eurip. Or. 1614. εἰ γὰρ τόδ' ἦν. Cf. Bernhardy Syntax p. 376. — ῥοικὸν τὸ λ. suum quisque bubulcus pedum habebat, sed suum iam oblitus est Corydon secum ferre. Hinc explicandus articulus τὸ λαγωβόλον.

51. ἁρμοῖ] vox Syracusana, modo significans. Vid. Valcken. ad Roever. p. 49. Blomfield. in Glossar. ad Aeschyl. Prometh. 636.

52. ἀτρακτ.] Carthamus Creticus, nobis Kartendistel, ut vult Billerb. Flor. class. p. 211.

54. Locus, si sanus est, notabilis ob particulae τε collocatio-

ΒΑΤΤΟΣ.

Ὀσσίχον ἐστὶ τὸ τύμμα, καὶ ἁλίκον ἄνδρα δαμάσδει.

ΚΟΡΥΔΩΝ.

Εἰς ὄρος ὅκχ' ἕρπῃς, μὴ ἀνάλιπος ἔρχεο, Βάττε·
Ἐν γὰρ ὄρει ῥάμνοι τε καὶ ἀσπάλαθοι κομόωντι.

ΒΑΤΤΟΣ.

Εἴπ' ἄγε μ', ὦ Κορύδων, τὸ γερόντιον ἦ ῥ' ἔτι μύλλει;

55. ὀσσίχον] primus Meinek. Vid. annot. ad v. 20.

56. ἕρπῃς] codd. ἕρπῃς. Recentiores ἕρπεις. Vid. Buttm. Gr. ampl. I. p. 294.

nem post tertiam vocem. Exempla particulae post secundam vocem positae habes apud Hermann. ad Eurip. Hecub. 77.; sed eius generis exempla, qualia ad hunc locum defendendum requiruntur, desidero. Alia certe ratio locorum ab Elmsl. ad Eurip. Iphig. Taur. 199. et a Reisig. comment. crit. ad Soph. Oedip. Col. p. 257. collectorum. Adde Pflugk. in annot. crit. ad Eurip. Hec. 79.

55. Cf. Id. XIX, 5.

56. Monet iam Battum Corydon, ne in posterum discalceatus (ἀνάλιπος) in loco montuoso eat. Vid. Stanlei. ad Aesch. Agam. 953. Tom. III. p. 238. Buttl.

58. Doloris, quem spina fecerat, mox oblitus Battus iocatur in fine carminis de lascivo senis cuiusdam, eius, ni fallor, cuius initio Id. mentio fit, amore. — μύλλει. Eodem significatu Graeci ponunt ἀλεῖν, ut Aristoph. Nubb. 1301., περαίνειν, Latini molere, permolere, depsere. Vid. Scaliger. ad Varr. de L. L. IV. p. 97. edit. Bipont. Fr. Iacobs. in Animadvv. in Anth. Tom. II. P. II. p. 471. Tom. III. P. I. p. 295. de Latinis interpp. ad Petron. Satir. 23. Heindorf. ad Horat. Satir. I. c. 34.

59. ἐκνίαθη] cum genitivo iunctum, quod amoris et desiderii notionem involvit. Simili modo καίεσθαι, ἀλίσκεσθαί τινος dicitur. Exquisito hoc dicendi genere primum usum esse Hermesianactem auctor est Bernhardy Syntax. p. 175., quem vide. Cf. Matth. Gr. §. 350.

60. ἀκμὰν γ'] synonymon τοῦ ἔτι hoc loco usurpatur, quae significatio recentior est. Vid. Lobeck. ad Phrynich. p. 123. Cf. annot. ad Id. XXV, 164. — πρώαν. De correptione huius vocis vid. Spitzn. Prosod. §. 6, 5. c.

61. καὶ .... κἀτελ.] Haec Kiessl. cum aliis ita explicat, ut constructionem ex duabus mixtam esse contendat; particulam καί igitur ita positam esse quasi ἐπῆνθον praecessisset. Quam rationem ut aliis locis, in quibus participium a verbo finito magis remotum est, adhiberi posse non negamus, hic tamen eam interpretationem, quam Doederl. in Specim. sec. Lectt. Homer. p. 10. proposuit, praeferendam esse arbitramur. Is enim cum Scholiasta verba ποτὶ τᾷ μάνδρᾳ emphatica esse intelligens locum ita vertit: tam manifesto et cupide senex etiamnunc puellam amat, ut vel palam propter ipsam μάνδραν id deprehenderim agentes, quod clanculum alias fieri solet.

Τῆναν τὰν κυάνοφρυν ἐρωτίδα, τᾶς ποκ' ἐκνίσθη;

ΚΟΡΥΔΩΝ.

Ἀκμάν γ', ὦ δειλαῖε· πρώαν γε μὲν αὐτὸς ἐπενθὼν
Καὶ ποτὶ τᾷ μάνδρᾳ κατελάμβανον ἆμος ἐνάργει.

ΒΑΤΤΟΣ.

Εὖ γ', ὤνθρωπε φιλοῖφα· τό τοι γένος ἢ Σατυρίσκοις
Ἐγγύθεν, ἢ Πάνεσσι κακοκνάμοισιν ἐρίσδει.

59. Alii κυανόφρυν. Boisson. utique accentum in antepenultima posuit ad praeceptum Arcadii. Vid. Wernick. ad Tryphiod. 322. p. 290. — ἐκνίσθη] Hemsterh. corrigebat ἐκνίσθης.

61. Alii ποτὶ τὰν μάνδραν. Vid. Hermann. de Pleonasm. p. 270.

62. φιλοῖφα] veneris appetens. De formâ vid. Buttm. Gr. ampl. I. p. 141. not. *). Fr. Iacobs. affert Plutarch. Vit. Pyrrh. c. 28., ubi senes Laconici iuveni pulcherrimo Acrotato acclamant: ὄχεε, Ἀκρότατε, καὶ οἶφε τὰν χελιδονίδα, ubi vide Baehr. p. 233. Crediderim equidem οἴφειν cum compositis in vulgari sermone, inprimis apud Dores, in usu fuisse. — Σατυρίσκε, cf. annot. ad Id. XXVII, 48.

V.

ARGUMENTUM.

Mercenarii duo, alter Eumarae caprarii, Sybaritae, alter Thurii pastoris, cum gregibus sibi obviam facti, conviciis sese invicem lacessunt — 21. Post varias criminationes mutuo iactas ad cantus certamen se provocant, multumque et de victoris praemio et de loco, ubi consedendum sit, rixati, Morsonem quendam, lignarium, ex vicino loco iudicem arcessunt — 68. Tum, post nova convicia, ordiuntur carmen amoebaeum — 76 — 137., in quo, nullo certo argumento proposito, per varias res vagantur, quas canentium conditio, loci et regionis ratio, praeteritorum memoria, passim et ira atque lubido ipsis suppeditat. — Tandem Morson finem imponit certamini, praemiumque Comatae adiudicat — 140., qui, eo accepto, multa gloriatus, Nymphis se hostiam immolaturum promittit. Quanquam multa sunt in hoc Idyllio, quae hodiernum decoris sensum offendant, ad poeticam tamen vim vividamque morum rusticorum, quales Italia alit, adumbrationem est eximium. — Locorum, ubi res agitur, ad saltum puta prope urbem Sybarin, significatio est v. 32 — 34. 45 — 49. Oeconomiam huius Idyllii pluresque eius versus imitando expressit Virgilius in Ecl. III. F. I.

Aliud insuper est, quod animadversione quadam haud indignum videtur. Comatas et Lacon statim quum conveniunt mutuis conviciis se petunt. Quanquam bucolicae poesis ea est ratio, ut talis altercatio commode ex ipsâ eius naturâ explicari possit, aptius tamen hic aliqua causa, cur ita se lacessiverint iurgiis, fuisse creditur. Atque haec in utriusque pastoris dominorum conditione quaerenda mihi videtur. Alter est Thurius, alter Sybarites. Sybaris enim urbs quum diruta esset a Crotoniatis, quae supererat pars veterum urbis incolarum Thurios condidit, pars agros vicinos occupavit. Qui Thuriis consederant, generis atque originis nobilitate elati, superbius, Strabone teste, tractabant colonos, qui aliunde in hanc regionem deducti erant, ita ut serioribus adeo temporibus veteres Sybaritae atque recentes advenae in unum populum nondum coaluisse videantur. Similis igitur videtur conditio fuisse Sibyrtae et Eumarae. Alioquin non intelligas qua ratione diversi fue-

rint Thurii a Sybaritis. Valckenarius quidem in Epist. ad Roever. p. XXX. scribit Laconem et Comatam greges heriles in fertilibus campis Thurios inter et Sybarin agitavisse; sed diversas urbes has fuisse mihi non constat.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΠΕΜΠΤΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.

*Ἐπιγράφεται μὲν τοῦτο τὸ εἰδύλλιον αἰπολικὸν καὶ ποιμενικόν· προςδιαλέγονται δὲ ἀλλήλοις ἐπὶ Ἰταλίας δι' ἀμοιβαίων ποιμὴν καὶ αἰπόλος. Δραματικώτερον δέ ἐστι τοῦτο τὸ εἰδύλλιον, τοῦ προςώπου τοῦ ποιητοῦ μὴ ἐμφαινομένου. Ἔστι δὲ τοῦ αἰπόλου τὸ ὄνομα Κομάτας, ὃς καὶ Εὐμάρα τοῦ Συβαρίτου νέμει τὰς αἶγας· τοῦ δὲ ποιμένος Λάκων, ὃς Θουρίου τοῦ Συβάρτου νέμει τὰ θρέμματα. Ἔχει δὲ ὁ μὲν Κομάτας κόρην ἐρωμένην Ἀλκίππην· ὁ δὲ Λάκων ἐρώμενον Εὐμήδην. Ἀλλήλους οὖν προκαλοῦνται *) περὶ εὐμουσίας ἐρίζοντες, καὶ ἔπαθλον τῆς νίκης τίθενται, ὁ μὲν αἰπόλος τράγον, ὁ δὲ ποιμὴν ἀμνόν· Μόρσωνα δὲ τῶν ᾠδῶν κριτὴν αἱροῦνται. Τελεσάντων δὲ τὴν ἅμιλλαν, ὁ κριτὴς Μόρσων τῷ αἰπόλῳ τὴν νίκην ἀπονέμει. Ὁ τοίνυν αἰπόλος, μετὰ τὴν νίκην γαῦρος γενόμενος καὶ γεγηθώς, προςδιαλέγεται ταῖς αἰξί, καὶ τὴν τοῦ τράγου ἐπὶ ταῖς αἰξὶν ὄρεξιν πειρᾶται καταστέλλειν, ἐπινίκων θυσίαν ταῖς Νύμφαις εὐτρεπίζων.*

*) Vulgo προςκαλοῦνται. Correxit Schaefer.

ΟΔΟΙΠΟΡΟΙ
Η
ΒΟΥΚΟΛΙΑΣΤΑΙ
ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ ε'.

ΚΟΜΑΤΑΣ ΚΑΙ ΛΑΚΩΝ.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

Αἶγες ἐμαί, τῆνον τὸν ποιμένα τὸν Συβαρίταν
Φεύγετε, τὸν Λάκωνα· τό μευ νάκος ἐχθὲς ἔκλεψεν.

ΛΑΚΩΝ.

Οὐκ ἀπὸ τᾶς κράνας σίττ' ἀμνίδες; οὐκ ἐσορῆτε

Idyll. V. 1. Hermann. vult τόνδε Συβάρτα; Kiessl. τόν γε Σιβύρτα, forte τόνδε Σιβύρτα.

5. Ante Meineke editum legebatur Συβάρτα.

6. ἐκτάσα] sic duo codd. Vulgo ἐκτάσω. Vid. Buttm. Gr. ampl. I. p. 419. — In sqq. Kiessl. οὐκ ἔτι.

Idyll. V. 1. Primi versus sensum non satis capio, nisi emendatione factâ τόνδε Σιβύρτα legatur. Lacon enim neque ipse Sybarites est, neque Sybaritae domini pastor; sed a Sibyrtâ Thurio mercede conductus.

2. τὸν Λάκωνα] α productum in hoc nomine, quod originem ducit a ληκέω; in gentili vocalis corripitur. — νάκος, pellis caprina, qua pastores tam vestis, quam stragulae loco utebantur. Vid. Casaub. ad Theophr. Char. IV, 4. p. 56. Fisch. Apud Homer. Od. XIV, 530. dicitur νάκη, ubi Schol. Buttmanni p. 453. nostrum locum affert.

4. πρώαν] penultimâ correpta. Vid. annot. ad Id. IV, 60.

5. πόκα] cum maximâ ironiâ hoc dictum, ut Id. IV, 7. — Totum hunc locum expressit Virgil. Eclog. III, 25. Cantando tu illum? aut unquam tibi fistula cera iuncta fuit? Non tu in triviis, indocte, solebas Stridenti miserum stipulâ disperdere carmen?

6. ἐκτάσα] vid. annot. ad Id. IV, 28.

7. ποππύσδεν] pulcre adhibita vox de eo, qui tibiâ scite canere nescit, dum stridor aliquis auditur labii inflantis.

8. ὦ 'λεύθερε] opponitur verbis δῶλε Σιβύρτα cum sarcasmo.

Τόν μευ τὰν σύριγγα πρώαν κλέψαντα Κομάταν;

ΚΟΜΑΤΑΣ.

Τὰν ποίαν σύριγγα; τὺ γάρ πόκα, δῶλε Σιβύρτα,
Ἐκτάσα σύριγγα; τί δ' οὐκέτι σὺν Κορύδωνι
Ἀρκεῖ τοι καλάμας αὐλὸν ποππύσδεν ἔχοντι;

ΛΑΚΩΝ.

Τάν μοι ἔδωκε Λύκων, ὦ 'λεύθερε. τὶν δὲ τὸ ποῖον
Λάκων ἐκκλέψας ποκ' ἔβα νάκος; εἰπέ, Κομάτα·
Οὐδὲ γὰρ Εὐμάρᾳ τῷ δεσπότᾳ ἦς τοι ἐνεύδεν.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

Τὸ Κροκύλος μοι ἔδωκε, τὸ ποικίλον, ἀνίκ' ἔθυσε
Ταῖς Νύμφαις τὰν αἶγα· τὺ δ', ὦ κακέ, καὶ τόκ' ἐτάκευ
Βασκαίνων, καὶ νῦν με τὰ λοίσθια γυμνὸν ἔθηκας.

ΛΑΚΩΝ.

Οὐ μάν, οὐ τὸν Πᾶνα τὸν ἄκτιον, οὔ σέ γε Λάκων
Τὰν βαίταν ἀπέδυσ' ὁ Καλαίθιδος, ἢ κατὰ τήνας
Τᾶς πέτρας, ὤνθρωπε, μανεὶς ἐς Κρᾶθιν ἁλοίμαν.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

Οὐ μάν, οὐ ταύτας τὰς λιμνάδας, ὦ 'γαθέ, Νύμφας,

9. Kiessl. ἔβαν νάκος.

10. Gerhard. lectt. Apollon. p. 154. coniicit ᾗς τι ἐνεύδεν.

14. Ita locum correxit Valcken.; ante eum οὔ μ' αὐτὸν τὸν Π.

Simili ironiâ meretrix apud Athen. XIII. p. 585. servilis conditionis hominem, a quo amabatur, ἐλεύθερον vocat.

10. τῷ δεσπότᾳ τοι] i. e. τῷ δεσπότῃ σου. Cf. Id. IV, 62. — ἐνεύδεν, Homer. Od. III, 350. ᾧ οὔτε χλαῖναι ... οὔτ' αὐτῷ μαλακῶς οὔτε ξείνοισιν ἐνεύδειν.

12. Cf. Virgil. Eclog. III, 14.

13. γυμνὸν ἔθ.] pelle me privavisti.

14. Quum haec in maris vicinitate agantur, recte invocat Panem litoralem. Hic enim deus in litoribus versans ἄκτιος, αἰγιαλίτης, λιμενίτης, ἁλίπλαγκτος dicitur. Vid. Warton. ad h. l. Lobeck. ad Soph. Aiac. 694. p. 323. Etiam Apollo ἄκτιος vocatur apud Apollon. Rhod. 1, 403., ubi vide Schol.

16. Crathis fluvius est apud Sybarim, in cuius vicinitate templum Panis erat. Vide quos affert Seidler. ad Eurip. Troad. 232. — μανείς, in furorem coniectus, a Pane puta, quum per hunc deum peieraverit. Pan enim, quibus iratus est, eos in furorem mittit.

17. ταύτας τὰς λ.] Comatas, haec dicens statuas Nympharum, a pastoribus fortasse factas et prope stantes, digito monstrat. Cf. annot. Id. 1, 21. VII extrem.

Αἴτε μοι ἵλαοί τε καὶ εὐμενέες τελέθοιεν,
Οὔ τευ τὰν σύριγγα λαθὼν ἔκλεψε Κομάτας.

ΛΑΚΩΝ.

Αἴ τοι πιστεύσαιμι, τὰ Δάφνιδος ἄλγε᾽ ἀροίμαν.
Ἀλλ᾽ οὖν αἴκα λῇς ἔριφον θέμεν, ἐντὶ μὲν οὐδὲν
Ἱερόν, ἀλλά γέ τοι διαείσομαι, ἔςτε κ᾽ ἀπείπῃς.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

Ὗς ποτ᾽ Ἀθαναίαν ἔριν ἤρισε· ἠνίδε κεῖται
Ὤριφος· ἀλλ᾽ ἄγε, καὶ τὺ τὸν εὔβοτον ἀμνὸν ἔρειδε.

ΛΑΚΩΝ.

Καὶ πῶς, ὦ κίναδ᾽, εὖ τάδε γ᾽ ἔσσεται ἐξ ἴσου ἄμμιν;

18. *αἴτε μοι*] alii *αἴ τ᾽ ἐμίν*. Vid. Buttm. Gr. ampl. §. 72. not. I. p. 295. Spitzner. Prosod. §. 34. p. 36. Quod hic, metro cogente, forma communis *μοι* toleranda est, id alios deterrere debebat, quominus v. 14., invitis codd., doricum *τύ γα* reponerent.

19. Kiessl. cum duobus codd. *ἔκλεψα*.

23. Valcken. proposuit *ποκ᾽ Ἀθηναίᾳ*. Nostrum locum tuetur Id. VII, 41. Cf. Wunderl. Observatt. ad Aeschyl. p. 165. — Valcken. *ἤρισεν* ob hiatum evitandum; excusatio paratur ex interpunctione.

18. Per Nymphas iurat Comatas, quas ut sibi propitiae et benevolae maneant, optat. Nam quemadmodum Pan, ita etiam Nymphae, quibus infestae redduntur, eos furore corripiunt. Hi dicuntur lymphati, *νυμφόληπτοι*.

20. *τὰ Δάφνιδος ἄλγε᾽*] acerba, quam Daphnis expertus est, sors. Vides infelicem eius vitae exitum in proverbium abiisse, ita tamen, ut hic nullus amoris infelicis respectus habitus sit.

21. *ἐντὶ μὲν οὐδὲν ἱερόν*] proverbium hoc esse dicit Schol., idque adhiberi contendit de re aliqua vili, cui vix temporis aliquid atque operae insumas. Sensus igitur est: age, si vis haedum deponere, res quidem non magna neque me prorsus digna est, sed profecto tamen tecum tam diu cantando certabo, usque dum animum desponderis. — Hunc locum expressit Virgil. Eclog. III, 28 sqq. 50 sq.

22. *τοι διαείσομαι*] nullâ intermissione factâ tam diu tecum certabo. Non prius igitur certamine se destiturum ait Lacon, donec se victum adversarius professus fuerit. Haec vis inest in composito *διαείδειν*.

23. *ὗς ποτ᾽ Ἀθ.*] proverbium eorum animo accommodatum, qui se aliis stolidâ arrogantiâ praeferunt. Cf. Festum in v. Sus Minervam, ubi Dacier. p. 552. multa collegit.

24. *ἔρειδε*] depone, pignoris loco. — Unum versum hic excidisse stropharum concinnitas convincere videtur. Per totum enim carmen, quod centum et quinquaginta versibus constat, hanc legem a poetâ observatam videmus, ut, quot versibus Comatas Laconem ad cantandum provocaverit, totidem hic illi respondeat.

25. *καὶ πῶς ... εὖ τάδε γ᾽*

Τίς τρίχας ἀντ' ἐρίων ἐποκίξατο; τίς δὲ παρεύσας
Αἰγὸς πρωτοτόκοιο κακὰν κύνα δήλετ' ἀμέλγειν;

ΚΟΜΑΤΑΣ.

Ὅστις νικασεῖν τὸν πλατίον, ὡς τύ, πέποιθη,
Σφὰξ βομβέων τέττιγος ἐναντίον· ἀλλὰ γὰρ οὔ τοι
Ὥριφος ἰσοπαλής· τυὶδ' ὁ τράγος οὗτος· ἔρισδε.

ΛΑΚΩΝ.

Μὴ σπεῦδ'· οὐ γάρ τοι πυρὶ θάλπεαι· ἅδιον ᾀσῇ
Τᾷδ' ὑπὸ τὰν κότινον καὶ τἄλσεα ταῦτα καθίξας.
Ψυχρὸν ὕδωρ τηνεὶ καταλείβεται· ὧδε πεφύκη
Ποία, χά στιβὰς ἅδε, καὶ ἀκρίδες ὧδε λαλεῦντι.

25. Versus varie tentatus, quod multis vocula εὖ importuna videbatur. Fr. Iacobs. καὶ πῶς, ὦ κίναδ', εἰπέ, τάδ' ἔσσεται. Kiessl. Eldickii coniecturam ὦ κυνιδεῦ, catelle, recepit.

30. Vulgo legitur τύ, ἴδ' ὁ τράγος, οὗτος ἔρισδε. Fr. Iacobs. edidit τοὶ δ' ὁ τράγος οὗτος· ἔρισδε. Quum in aliis codd. exstet τὺ ἴδ', in aliis τοὶ δ' ὁ, τυὶδ' inde effinxit Volger; quam emendationem, interpunctione tantum leviter mutatâ, cum Meinekio recepi.

32. Magna librorum pars τεῖνδε, quod Kiessl. recepit.

ἴσα.] quae ironicum sensum habent, saepe, ut h. l., per interrogationem exprimuntur. Siccine, ait, aequâ conditione nos putas certaturos esse? — Tum attende ad εὖ et ἐξ ἴσου, quorum alterutrum redundare videtur. Videtur talis abundantia in vulgari praesertim sermone locum habuisse. Multa similia congessit Bornemann. ad Xenoph. Sympos. VIII, 4. p. 186.

27. δήλετ'] δήλεσθαι et δηλέεσθαι dorice pro θέλειν, βούλεσθαι. At pro δηλεῖσθαι, nocere, Dores ubique dicunt δαλέεσθαι. Vid. Valcken. ad Adoniaz. p. 259. A.

28. τὸν πλατίον] proximum, i. e. alium. Sic ὁ πλησίος apud Theognid. 221, 611. Eodem sensu ὁ πέλας ponitur; quod an singulari numero Graeci dixerint, immerito dubitat Elmsl. ad Eurip. Med. 85.

29. σφὰξ β. τέττ. ἐν.] vespa bombitans contra cicadam, sc. frustra agit, strepitum facit, quod utpote in proverbiali loquutione cum vi reticetur. — ἀλλὰ γὰρ οὔ τοι Ὢρ. ἰσοπ. Haec dicta videntur respectu habito v. 27., ubi Lacon se cum capellâ comparaverat, Comatam ad caninam conditionem detrudens. Verum hic, in eodem ioco persistens, te iudice, capellae quidem hircus non par esse videtur? Ecce hircum, qui cum capellâ i. e. tecum pugnet.

30. τυὶδ'] i. e. τυίδε pro ἐνταῦθα. Vid. Valck. epist. ad Roever. p. XXXII.

31. οὐ γάρ τοι π. θ.] proverbium, quod de iis dictum videtur, qui, incendio in vicino loco exorto, suas res subito arripiunt. Sic nos quoque in rebus festinanter peragendis dicere solemus: es brennt mich auf die Haut. — ἅδιον ᾀσῇ. Invitat Comatam in locum propinquum, ubi per nemus et prata gelidi fontes fluunt.

33. τηνεὶ ... ὧδε] unius loci diversae designantur partes, qua-

ΚΟΜΑΤΑΣ.

Ἀλλ' οὔ τι σπεύδω· μέγα δ' ἄχθομαι, εἰ τύ με τολμῇς
Ὄμμασι τοῖς ὀρθοῖσι ποτιβλέπεν, ὅν ποκ' ἐόντα
Παῖδ' ἔτ' ἐγὼν ἐδίδασκον· ἴδ' ἁ χάρις ἐς τί ποθ' ἕρπει.
Θρέψαι καὶ λυκιδεῖς, θρέψαι κύνας, ὥς τυ φάγωντι.

ΛΑΚΩΝ.

Καὶ πόκ' ἐγὼν παρὰ τεῦς τι μαθὼν καλὸν ἢ καὶ ἀκούσας
Μέμναμ', ὦ φθονερὸν τὺ καὶ ἀπρεπὲς ἀνδρίον αὔτως;

ΚΟΜΑΤΑΣ.

Ἀνίκ' ἐπύγιζόν τυ, τὺ δ' ἄλγεες· αἱ δὲ χίμαιραι
Αἵδε κατεβληχῶντο, καὶ ὁ τράγος αὐτὰς ἐτρύπη.

37. Vulgo ποθέρπει. Correxit Meineke.

38. Heinsius καὶ λυκ. legere vult, Koehler. τοὶ λυκ., quod probare videtur Blomf. ad Aesch. Agamemn. 696. glossar.

rum altera propinquior erat loquenti (ὧδε), altera remotior (τηνεί), sed utraque tam propinqua, digito ut posset monstrari. Eichstaedt. — Virgil. Eclog. X, 42. Hic gelidi fontes, hic mollia prata Lycori; Hic nemus.

36. ὄμμασι ... τοῖς ὀρθ.] articulus cum vi additus est. Laconem iam ante puta oculos confidentiae plenissimos in adversarium coniecisse. Quam ob rem hic quaerit: quid est, quod his oculis, qui confidentiam aliquam produnt, me intueri audes? Etiam Id. XXII, 66. pugnandi cupido ὄμματα ὀρθά tribuuntur, h. e. oculi ferociae pleni. Aliis in locis ὄμματα ὀρθά, κόραι ὀρθαί sunt recti oculi, pudore non perturbati. Vid. Pflugk. annotat. ad Eurip. Hecub. 972.

38. λυκιδεῖς sunt luporum catuli. In pullis animantium designandis — δεύς erat forma velut patronymica. Aelian. de N. A. VII, 47. Valcken. ad Adoniaz. p. 401. B. ad Herod. p. 252, 87. Huschke. Analect. crit. p. 101. Spohn. de extrem. part. Odyss. p. 119. sq. — καὶ λυκ. Ex vulgari ratione dicendum erat poetae θρέψαι καὶ λυκ. καὶ κύνας, pro quo, variatâ oratione, dicit θρέψαι κύνας. — Similes sententias vide apud Fr. Iacobs. in Animadv. in Anthol. Tom. XII. p. 114.

40. ὦ φθον. ... καὶ ἀπρ.] qui nec ipse prae invidiâ aliis quidquam impertire velis (φθονερόν) eorum, quae habeas, nec a quo quis discere aliquid velit aut accipere, ut ab ἀπρεπεῖ.

41. Virgil. Eclog. III, 8. Novimus et qui te transversa tuentibus hircis, et quo ... Epigr. ἀδέσπ. XL. (Anthol. Gr. Tom. IV. p. 126.) Τοῦτον ἐγὼ τρὶς ἐπύγισα· τοὶ δὲ τραγίσκοι Εἰς ἐμὲ δερκόμενοι τὰς χιμάρας ἔβατευν, ubi cf. Animadv. Tom. III. P. I. p. 311. ad Anthol. Palat. p. 630. — Maxima h. l. vis est ἐν τῷ παρ' ὑπόνοιαν. Nihil novi equidem fe-

ΛΑΚΩΝ.
Μὴ βάθιον τήνω πυγίσματος ὔββὲ ταφείης.
Ἀλλὰ γὰρ ἕρφ' ὧδ', ἕρπε, καὶ ὕστατα βωκολιαξῇ.

ΚΟΜΑΤΑΣ.
Οὐχ ἑρψῶ τηνεί· τουτεὶ δρύες, ὧδε κύπειρος,
Ὧδε καλὸν βομβεῦντι ποτὶ σμάνεσσι μέλισσαι·
Ἔνθ' ὕδατος ψυχρῶ κρᾶναι δύο· ταὶ δ' ἐπὶ δένδρων
Ὄρνιχες λαλαγεῦντι· καὶ ἁ σκιὰ οὐδὲν ὁμοία
Τᾷ παρὰ τίν· βάλλει δὲ καὶ ἁ πίτυς ὑψόθε κώνους.

ΛΑΚΩΝ.
Ἦ μὰν ἀρνακίδας τε καὶ εἴρια τᾷδε πατησεῖς,
Αἴκ' ἔνθῃς, ὕπνω μαλακώτερα· ταὶ δὲ τραγεῖαι

45. τουτεί] τουτῶ voluit Schaefer, idque habent aliquot codd. Sed τουτεί servandum. Vide Buttm. Gr. ampl. II. p. 286 sq.

47. ταὶ δ' ἐπὶ δένδρων] fluctuant libri inter ἐπὶ δένδρῳ, ἐπὶ δένδροις, pauci exhibent δένδρω et δένδρον. Nostra lectio Reiskio debetur.

stivius, nec in quo mimicus character magis eluceat.

42. ἐτρύπη] τρυπᾶν sensu obscoeno, ut περαίνειν.

43. βάθιον] nota ι correptum. Vid. Spitzner. Pros. §. 46. — Contumeliam se passum esse negat, imprecatione additâ. Pro magno enim habebatur infortunio, si quis aut prorsus non humatus iaceret aut terrâ leviter tectus. Notum epigr. Ammiani: εἴη σοι κατὰ γῆς κούφη κόνις, οἰκτρὲ Νέαρχε, Ὄφρα σε ῥηϊδίως ἐξερύσωσι κύνες.

45. Non satis perspicua descriptio locorum. Comatas dicit: τουτεὶ δρύες, apud Laconem igitur. At versu 61. Lacon ei loco, in quo Comatas est, tribuit δρύας. Porro, si δρύες sunt apud Laconem, verba ταὶ ὄρνιχες λαλαγεῦντι in reprehensionem dicta sint necesse est, quod non verisimile, nisi dicas, aves cantui pastorum obstrepentes molestas videri. Tandem umbram eius loci, ubi ipse est Comatas, laudans, se in loco arboribus composito versari significat. Quam ob causam τουτεί nihil puto discrepare ab ὧδε et utrumque positum esse pro ἐνθάδε. Sic omnia perspicua: Non abibo quo tu sedes. Mea enim sedes tuâ longe convenientior. Superne enim arbores faciunt umbram; infra humus cypero vestita, ubi apes susurrant fontesque frigus fundunt, dum aves de frondibus cantant. F. I. — Sequens versus hic quidem genuinus est, quod praeter alia stropharum concinnitas docet; sed Id. I, 104. male illatus. Ceterum comparant Virgil. Eclog. VII, 13.

47. κρᾶναι δύο] δύω σκόπελοι apud Hom. Od. XII, 73. ἄνεμοι δύο Il. IX, 4. δύο κακῶς πεπραγότας Eurip. Alcest. 253. Vid. Fr. Iacobs. ad Philostrat. Imagg. p. 598.

51. ὕπνω μαλ.] Id. XV, 125. τάπητες μαλακώτεροι ὕπνω, ubi vid. Valck. Virgil. Eclog. VII, 45. somno mollior herba.

Ταὶ παρὰ τὶν ὄσδοντι κακώτερον ἢ τύ περ ὄσδεις.
Στασῶ δὲ κρητῆρα μέγαν λευκοῖο γάλακτος
Ταῖς Νύμφαις· στασῶ δὲ καὶ ἁδέος ἄλλον ἐλαίω.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

Αἰ δέ κε καὶ τὺ μόλῃς, ἁπαλὰν πτέριν ὧδε πατησεῖς,
Καὶ γλάχων' ἀνθεῦσαν· ὑπεσσεῖται δὲ χιμαιρᾶν
Δέρματα, τῶν παρὰ τὶν μαλακώτερα πολλάκις ἀρνῶν.
Στασῶ δ' ὀκτὼ μὲν γαυλὼς τῷ Πανὶ γάλακτος,
Ὀκτὼ δὲ σκάφίδας μέλιτος πλέα κηρί' ἐχοίσας.

ΛΑΚΩΝ.

Αὐτόθε μοι ποτέρισδε, καὶ αὐτόθι βωκολιάσδευ·
Τὰν σαυτῶ πατέων, ἔχε τὰς δρύας. ἀλλὰ τίς ἄμμε
Τίς κρινεῖ; αἴθ' ἔνθοι ποθ' ὁ βωκόλος ὧδε Λυκώπας.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

Οὐδὲν ἐγὼ τήνω ποτιδεύομαι· ἀλλὰ τὸν ἄνδρα,
Αἰ λῇς, τὸν δρυτόμον βωστρήσομες, ὃς τὰς ἐρείκας

57. *πολλάκις*] hanc lectionem, in 28 libris inventam, Kiessl. probavit, Boisson. recepit. Vulgata *τετράκις* idoneâ auctoritate caret.

52. *κακώτερον*] hac comparativi formâ praeter Theocr. etiam Homerus usus est. — Ad versum sq. Vossius contulit Virgil. Eclog. V, 67. Pocula bina novo spumantia lacte quotannis, Craterasque duo statuam tibi pinguis olivi.

53. Attendant tirones ad formam *κρητήρ*, quae Doriensium est, licet Attici *κρατήρ* dicant. Cf. v. 104. Id. VII, 65. VII, 150. Vid. Buttm. Gr. ampl. I. p. 389.

55. Verba ita construe: *καὶ τὺ δ' αἴ κε μόλῃς.* In particulâ *καί* ponendâ veteres mirâ libertate usos esse recte hîc observat Kiessling.

56. *γλήχων*] Latinis vocatur pulegium. Vid. Billerbeck. Flor. Class. p. 151.

57. *πολλάκις*] positum observa pro *πολλῷ*, quod comparativis ad augendam notionis vim saepissime additur.

58. *γαυλώς*] Grammatici distinguunt *γαυλός*, mulctrale, et *γαῦλος*, quod navigii genus. Revera unum est vocabulum. Multa enim apud Graecos nomina navigiorum et poculorum vasorumque communia, auctore Macrobio Saturn. V, 21. ac sane animadverti ego apud Graecos multa poculorum genera a re navali cognominata. Cf. Porson. ad Eurip. Med. p. 408. Idem de proximo, *σκαφίς* valet.

59. *μέλιτος*] Pan praeerat non solum armentis, quae pascerentur, sed etiam apibus; hinc praeter lactis munera etiam mel huic deo offertur. Vid. Voss. ad Virg. Ecl. X, 26. p. 515. Wuest. — Ad Pana apum custodem facit inprimis Anthol. Palat. IX, 226. F. I.

61. *τὰν σ. πατ.*] Verba proverbii speciem habent, quod Schol. quoque observavit, comparans vul-

Τήνας τὰς παρὰ τὶν ξυλοχίσδεται· ἐντὶ δὲ Μόρσων.

ΛΑΚΩΝ.

Βωστρέωμες.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

Τὺ κάλει νιν.

ΛΑΚΩΝ.

Ἴθ', ὦ ξένε, μικκὸν ἄκουσον
Τᾷδ' ἐνθών· ἄμμες γὰρ ἐρίσδομες, ὅςτις ἀρείων
Βωκολιαστάς ἐντι. τὺ δ', ὦ 'γαθέ, μήτ' ἐμέ, Μόρσων,
Ἐν χάριτι κρίνῃς, μήτ' ὦν τύ γα τοῦτον ὀνάσῃς.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

Ναί, ποτὶ τᾶν Νυμφᾶν, Μόρσων φίλε, μήτε Κομάτᾳ
Τὸ πλέον ἰθύνῃς, μήτ' ὦν τύ γα τῷδε χαρίξῃ.
Ἅδε τοι ἁ ποίμνα τῶ Θουρίω· ἐντὶ Σιβύρτα·
Εὐμάρα δὲ τὰς αἶγας ὁρῇς, φίλε, τῶ Συβαρίτα.

ΛΑΚΩΝ.

Μή τύ τις ἠρώτα, ποτ τῶ Διός, αἴτε Σιβύρτα,

70. Vulgo legitur ναὶ Μόρσων pro Μόρσων φίλε.

gatum illud: Σπάρταν ἔλαχες, Σπάρταν κόσμει.

62. Cf. Id. VIII, 25. Virgil. Eclog. III, 50. Audiat haec tantum ... vel qui venit, ecce Palaemon.

64. αἰ λῇς] αἰ observa cum indicativo iunctum; quam structuram Theocritus nonnisi in Idylliis δωρικωτάτοις admisit. Dubitat de hoc loco, utrum λῇς pro indicativo an pro coniunctivo habendum sit, Mehlhorn. ad Anacr. p. 216. At rem extra dubitationem ponit locus Aristoph. Acharn. 738., ubi Megarensis saepius suum αἰ λῇς adhibet, cuius loco Attici substituunt εἰ βούλει. — τὸν δρυτόμον. υ correptum, quod alias producitur. Vid. Spitzn. Prosod. §. 66. c. not. 1. — ἐρείκας. Est frutex, similis myrici, quae hodie a Graecis ῥείκη l. ῥίκη, ῥείτζη dicitur. Germanice vertunt Heide.

69. ἐν χάρ. κρ.] ne meae gratiae quidquam des, vel: ne secundum me per favorem iudices. Sic ἐν χάριτι ποιεῖν, ἐν χάριτι διδόναι. Vid. Stallb. ad Platon. Phaed. p. 201. — τοῦτον ὀν., ne hunc adiuves. ὀνῆσαι verbum proprium de iudice, qui alteri parti favet.

71. τὸ πλέον ἰθ.] ἰθύνειν est rectum facere, hinc componere de arbitro, qui iudicium suum interponit; tum transitivo sensu de iudice, qui ex sententiâ suâ alicui aliquid tribuit. τὸ πλέον ἰθύνειν est igitur id, unde utilitas ad aliquem redundat, ei tribuere. Sic τὸ πλέον legitur Id. VIII, 17. τί τὸ πλέον ἑξεῖ ὁ νικῶν;

72. τῶ Θουρίω] Thurii igitur et Sybaritae diversi statuuntur. Vid. Argument.

Αἴτ' ἐμόν ἐστι, κάκιστε, τὸ ποίμνιον; ὡς λάλος ἐσσί.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

Βέντισθ' οὗτος, ἐγὼ μὲν ἀλαθέα πάντ' ἀγορεύω,
Κοὐδὲν καυχέομαι· τὺ δ' ἄγαν φιλοκέρτομος ἐσσί.

ΛΑΚΩΝ.

Εἶα λέγ', εἴ τι λέγεις· καὶ τὸν ξένον ἐς πόλιν αὖθις
Ζῶντ' ἄφες· ὦ Παιάν, ἦ στωμύλος ἦσθα, Κομάτα.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

Ταὶ Μῶσαί με φιλεῦντι πολὺ πλέον ἢ τὸν ἀοιδὸν
Δάφνιν· ἐγὼ δ' αὐταῖς χιμάρως δύο πρᾶν ποκ' ἔθυσα.

76. βέντισθ' οὗτος] pronomen cum ironiâ additum.

78. λέγ', εἴ τι λέγ.] cane, si quid canendum habes. Similia dabit Valcken. ad Herodot. VIII. p. 644, 28. Eurip. Iph. in Aul. 817. δρᾶ γ', εἴ τι δράσεις. Exempla huius loquutionis, a Kiessl. hîc allata minus apta sunt; vide Reisig. de part. ἄν p. 124. — Ex Latinis huc faciunt Plaut. Stich. V, 4, 33. et 35. Age, si quid agis. Stich. V, 4, 28. bibe, si bibis. Senec. de Benef. II, 5. fac, si quid facis. Alia vide apud Pareum Lex. crit. v. Age p. 62.— λέγειν et εἰπεῖν hîc significat canere, ut dicere apud Horat. Od. I, 6, 5. et apud alios saepissime.

79. ζῶντ' ἄφες] amicum vivum in urbem remitte, i. e. garrulitate tuâ ne eneces. Similiter apud Plaut. IV, 2, 92. mulier loquacitatis taedio affecta dimitti se postulat iam. Iam amabo, sat est; sinite, abeam, si possum, viva a vobis. Cf. Parei Lex. Plaut. s. v. Calidum. Sic Horatius metuit, ne a garrulo illo suo enecetur. Theophr. Char. 3. praecipit garrulum procul reiiciendum esse a quovis, ὅστις ἀπύρετος βούλεται εἶναι. Huc facit etiam loquutio κόπτειν τὰ ὦτα, ut κοπτόμενος ἀτόποις διηγήμασι, apud Plut. de Garrul. cap. 2. — ἦσθα nota pro ἐσσί positum. Cf. annot. ad Id. XIX, 8. Not. crit. ad Anthol. Palat. p. 685. et Bernhardy Syntax. p. 374., qui de verâ huius usus origine ac ratione disputavit.

80. Nunc demum carmen amoebaeum incipit eâ ratione, ut alter alteri pari versuum numero respondeat atque alterum dicteriorum vi superare studeat. Lacon vero, quanquam provocatus erat a Comata, huic tamen ut prior exordiatur concedit, canendi peritiâ suâ confisus; faciliores enim habentur partes eius, qui incipit, quod argumentum proponit. Alias priores sunt partes eius, qui provocatus erat. Theocr. Id. VI, 5. Cf. Voss. ad Virgil. Eclog. III, 52. p. 127. Eundem canendi et certandi morem etiam nunc vigere passim apud Italos et Hispanos narrant qui peregrinationes in has terras susceperunt.

82. Virgil. Eclog. III, 62. Et me Phoebus amat; Phoebo semper sua apud me Munera sunt.

83. τὰ Κάρνεα] Carnea festum erat, quod per novem dies mense Carneo, qui Atticis Metagitnion

ΛΑΚΩΝ.

Καὶ γάρ ἐμ' Ὡπόλλων φιλέει μέγα· καὶ καλὸν αὐτῷ
Κριὸν ἐγὼ βόσκω. τὰ δὲ Κάρνεα καὶ δὴ ἐφέρπει.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

Πλὰν δύο τὰς λοιπὰς διδυματόκος αἶγας ἀμέλγω.
Καί μ' ἁ παῖς ποθορεῦσα, τάλαν, λέγει, αὐτὸς ἀμέλγεις;

ΛΑΚΩΝ.

Φεῦ, φεῦ, Λάκων τοι ταλάρως σχεδὸν εἴκατι πληροῖ
Τυρῶ, καὶ τὸν ἄναβον ἐν ἄνθεσι παῖδα μολύνει.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

Βάλλει καὶ μάλοισι τὸν αἰπόλον ἁ Κλεαρίστα,
Τὰς αἶγας παρελεῦντα, καὶ ἁδύ τι ποππυλιάσδει.

85. Pauci codd. doricam formam ἀμέλγες habent.

erat, a Spartanis aliisque Peloponnesi gentibus multo cum splendore celebrabatur. Docet nos hic locus, quod nescio an aliunde nobis constet, eosdem festos dies etiam apud Graecas in Italiâ inferiori gentes actos esse. Cf. Müller. Dorier. Erste Abtheil. p. 355. — *καὶ δή*, nunc, commode, eodem fere sensu ponuntur hae particulae, quo *καὶ ἤδη* i. e. *εὐθύς*. Wolf. ad Leptin. p. 285.

85. *αὐτὸς ἀμ.*] tune solus eas mulges? Sociam puella se offert. Hunc verum h. l. sensum esse patet ex eo, quod magnificentius de se statuens Laco dicit se puero, plenum amoris fructum concedente, frui.

87. *ἐν ἄνθεσι*] floribus vel rosis incubans. Haec est vis praepos. *ἐν*. Non aliter videtur explicari debere quod Cic. de Fin. II, 20. commemorat potantem in rosâ Thorium, non ut vulgo interpretantur: rosis redimitum, sed: in rosis iacentem. Summa enim luxuria habebatur, si quis in rosarum foliis cubaret. Cf. Aelian. V. H. IX, 24. IX, 8. *Διονύσιος ῥόδοις καὶ ἑρπύλλοις καὶ ἄλλοις ἄνθεσι καταστρωννὺς τὰς τῶν Λοκρῶν θυγατέρας μετεπέμπετο.* Wuest. — De loquutione in rosâ vide inprimis Dorv. ad Charit. p. 97. et Mitscherl. ad Horat. Od. I, 5, 1. De cubili rosis instrato Horatii locum interpretatur Lenzius in Matthiae Miscellan. phil. Vol. I. p. 54 sq., qui nonnulla comparavit ad h. l. aptissima; praetermisso tamen epigr. Anthol. Pal. V, 55. *Δωρίδα τὴν ῥοδόπυγον ... διατείνας Ἄνθεσιν ἐν χλοεροῖς ἀθάνατος γέγονα.* F. I. — *μολύνει*, i. q. *μυλλει*. Vid. annot. ad Id. IV, 58. Wuest. — Quartilla apud Petron. c. 25: Iunonem meam iratam habeam, si unquam me meminerim virginem fuisse. Nam et infans cum paribus *inquinata sum*, et subinde, prodeuntibus annis, maioribus me pueris applicui. F. I.

88. Mala ad amorem declarandum ab amantibus donabantur. Vid. ad Id. II, 120. et Vossium Virgilii verba Malo me Galatea petit lasciva puella Eclog. III, 64. p. 132. commentantem.

89. *ποππυλ.*] vulgo vertunt admurmurare; sed significat sibilis adlectare, praetereunti sibilis signum dare ut subsistat. Wuest. — *ποππύζειν* est mit der Zunge klatschen, quod faciunt qui equos excitant: exsibilare est

ΛΑΚΩΝ.

Κἠμὲ γὰρ ὁ Κρατίδας τὸν ποιμένα λεῖος ὑπαντῶν
Ἐκμαίνει· λιπαρὰ δὲ παρ' αὐχένα σείετ' ἔθειρα.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

Ἀλλ' οὐ σύμβλητ' ἐστὶ κυνόςβατος οὐδ' ἀνεμώνα
Πρὸς ῥόδα, τῶν ἄνδηρα παρ' αἱμασιαῖσι πεφύκη.

ΛΑΚΩΝ.

Οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἀκύλοις ὀρομαλίδες· αἱ μὲν ἔχοντι
Λεπρὸν ἀπὸ πρίνοιο λεπύριον, αἱ δὲ μελιχραί.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

Κἠγὼ μὲν δωσῶ τᾷ παρθένῳ αὐτίκα φάσσαν,
Ἐκ τᾶς ἀρκεύθω καθελών· τηνεὶ γὰρ ἐφίσδει.

ΛΑΚΩΝ.

Ἀλλ' ἐγὼ ἐς χλαῖναν μαλακὸν πόκον, ὁππόκα πέξω

91. Locus saepe tentatus a criticis; sed nihil mutandum. Vid. Fr. Iacobs. in Animadv. ad Anthol. Gr. Tom. II. P. III. p. 181.

94. Alii ὀριμαλίδες, quod prorsus damnandum. Certe ὀρειμαλίδες dicendum.

in Aesch. Axiocho c. 12. εἰ ποππυσθείη καὶ κροτηθείη, δήμου παίγνιον, ἐκβαλλόμενον, συριττόμενον. Hoc loco ποππυλιάζειν esse videtur nostrum psten, pisten. F. I.

90. λεῖος] proprium de pueris, quorum genas nondum barba obumbrat. Vid. Ruhnk. Ep. crit. p. 66.

91. παρ' αὐχένα σείετ' ἔθ.] Archiloch. apud Synes. in Calvit. Encom. p. 75. B. ἡ δέ οἱ κόμη ὤμους κατεσκίαζε καὶ μετάφρενα. Plura, quae cum his comparari debent, vide ap. Fr. Iacobs. in Animadv. ad Anthol. Gr. Vol. II. P. III. p. 187. — λιπαρά, nitida, uncta et odorata.

92. οὐ σύμβλητ'] neutrum genus adiectivi praemittitur duobus substantivis feminini generis, quod inprimis notabile est. Alius generis est illud Herodoti III, 57. ἦν τότε ἡ ἀγορὰ καὶ τὸ πρυτανήιον Παρίῳ λίθῳ ἠσκημένα. Vid. Bernhardy Syntax. p. 431. — κυνόςβατος, nobis Bisamrose, Graecis hodie vocatur ἀγριομοσχιά v. ἀγριοτριανταφυλλιά, rosa moschata Linn. Vid. Billerb. Flor. Class. p. 133.

93. ἄνδηρα] quae Graecis etiam πρασιαί dicuntur, sunt areolae in hortis. Vid. Fr. Iacobs. Anim. in Anthol. Tom. II. P. III. p. 86. — παρ' αἱμασ., ad sepes. Rosarum areolas secundum maceriam institutas puta. Non recte in novissimâ interpretatione Germanicâ vertitur am Dornengehege.

94. ἀκύλοις] ἄκυλοι sunt glandes quercus ilicis. Voss. Eclog. VII, 1. p. 352. — ὀρομαλίδες, quae etiam ὄρεια μᾶλα dicuntur, poma silvestria, Bergäpfel, sed prorsus diversa a malis agrestibus, quae nos Holzäpfel dicimus. Illa carnem mellitam habent. Vid. Schneid. ad Nicandr. Alexiph. 261.

95. λεπρὸν ἀπὸ. πρ. λ.] ἀπό periphrasin facit, ut saepe alias; corticem durum et asperum, qualis est ilicis ipsius cortex.

96. φάσσαν] palumbem, eine

Τὰν οἶν τὰν πελλάν, Κρατίδᾳ δωρήσομαι αὐτός.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

Σίττ' ἀπὸ τᾶς κοτίνω, ταὶ μηκάδες· ὧδε νέμεσθε,
Ὡς τὸ κάταντες τοῦτο γεώλοφον, αἵ τε μυρῖκαι.

ΛΑΚΩΝ.

Οὐκ ἀπὸ τᾶς δρυὸς οὗτος ὁ Κώναρος ἅ τε Κυναίθα,
Τουτεὶ βοσκησεῖσθε ποτ' ἀντολάς, ὡς ὁ Φάλαρος;

ΚΟΜΑΤΑΣ.

Ἐντὶ δέ μοι γαυλὸς κυπαρίσσινος, ἐντὶ δὲ κρητήρ,
Ἔργον Πραξιτέλευς· τᾷ παιδὶ δὲ ταῦτα φυλάσσω.

ΛΑΚΩΝ.

Χᾁμῖν ἐντὶ κύων φιλοποίμνιος, ὃς λύκος ἄγχει·
Ὃν τῷ παιδὶ δίδωμι, τὰ θηρία πάντα διώκεν.

95. Plurimi libri λεπτόν pro λεπρόν.

98. πέξω] ita codd.; editores correxerunt πεξῶ, ut sit forma dorica futuri. Sed est coniunctivus aoristi, probante Thierschio in Act. Philol. Monac. et Boisson. in annot.

Holztaube. Virgil. Eclog. III, 68. Parta meae Veneri sunt munera; namque notavi Ipse locum, aëriae quo congessere palumbes, ubi vide Voss. p. 133.

98. πέξω] πέκειν, quod alias significat pectere vel carminare, nunc est tondere. Vid. Bochart. Hieroz. Tom. I. p. 508. de hac voce agentem.

99. αὐτός] ipse, gregis domino non rogato. Iactat scilicet se mercenarius pastor de libertate, quam dominus sibi dederit. Pascebant enim mercenarii eâ conditione greges, ut aliquot e grege oves ipsis mulgendae et tondendae concederentur, unde quod ad eos redundabat lucrum peculium proprie dicebatur. Wuest. — Servae itaque et ancillae vestes pullas gestabant, non candidas. F. I.

101. Vid. ann. ad Id. I, 13.

102. οὗτος ὁ Κών.] nominativus sic saepe cum articulo apud Graecos pro vocativo ponitur. Matth. Gr. §. 312, 1. notata ad Id. XV, 54.

103. ὁ Φάλαρος] arietis hic nomen; videtur atri coloris aries esse cum albâ maculâ in fronte. Vid. Buttmann. Lexil. Tom. II. p. 248. De quantitate huius vocis v. Spitzn. Prosod. §. 56. i. not.

105. ἔργον Πραξ.] si Praxitelis nomen et fama ad pastores illos pervenerat, poterat ille bonorum suorum iactator craterem, quem habebat, pro illustrissimi illius sculptoris opere habere. Cf. Id. I, 32. Minime igitur cogitandum de iuniore aliquo Praxitele, neque credendum nobilissimi illius artificis, cuius statuae maximi aestimabantur, opus aliquod penes hos pastores fuisse.

107. τὰ θηρία π. δ.] quum eo tempore, quo haec acta sunt putanda, ferae adhuc multae in Siciliâ atque Italiâ agricolis nocerent, pastoribus saepe necessitas imposita erat venationi vacandi, ut greges tuerentur. Cf. Id. I. 110. Voss. ad Virgil. Eclog. II, 28.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

Ἀκρίδες, αἳ τὸν φραγμὸν ὑπερπηδῆτε τὸν ἁμόν,
Μή μευ λωβάσησθε τὰς ἀμπέλος· ἐντὶ γὰρ ἆβαι.

ΛΑΚΩΝ.

Τοὶ τέττιγες, ὁρῆτε, τὸν αἰπόλον ὡς ἐρεθίζω·
Οὕτω κ' ὔμμες θὴν ἐρεθίζετε τὼς καλαμευτάς.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

Μισέω τὰς δασυκέρκος ἀλώπεκας, αἳ τὰ Μίκωνος
Αἰεὶ φοιτῶσαι τὰ ποθέσπερα ῥαγίζοντι.

ΛΑΚΩΝ.

Καὶ γὰρ ἐγὼ μισέω τὼς κανθάρος, οἳ τὰ Φιλώνδα
Σῦκα κατατρώγοντες ὑπηνέμιοι φορέονται.

109. λωβάσησθε] futurum λωβασεῖσθε ex Gregor. Cor. hic reposuit Boisson., ut ironice haec dicta sint; cui sententiae non subscribo. Vid. annot. ad Id. I, 110. — ἆβαι. omnes fere libri in hac lectione conspirant, nisi quod pauci cum Greg. Cor. αὖαι habent. Schol. exponit vocem ἆβαι per ἡβῶσαι καὶ ἀκμάζουσαι, quod aliquot viri docti comparant cum Latin. pubescentes vel pubentes herbae. Cf. Kuehner ad Cic. Disputat. Tuscul. I, 28. Sed recte Passovius in libro de lexic. cond. p. 7. dubitat, an ἄβος Graeca omnino sit vox,

— διώκεν, nota infinitivum nude sic positum. cf. Rost. Gr. §. 125. 7.

108. ἀκρίδες] locustae vitibus nocent. Cf. ann. ad Id. I, 51.

111. τὼς καλ.] quemadmodum ego cantu caprarium instigo atque impello, ut omnibus viribus contendat me superare, sic vos, cicadae, cantu vestro indefesso messores ad opus faciendum incitatis. Etenim sunt haec admodum lepide dicta. Cogites tibi messores mercede conductos atque eâdem fere, qua pastores hi Thurienses, conditione utentes. Tales profecto homines opus haud festinant, sed eo lentius agunt, quo attentius aures cicadis commodant. Sic Comatas quoque, quo magis a Lacone provocatur atque lacessitur, eo minus ei res procedit in canendo. — καλαμευτής nunc messor dicitur, quae vox alias piscatorem denotat. Vid. Fr. Iacobs. ad Anthol. Gr. Tom. I. P. II. p. 145.

112 — 115. Animadverte sales, qui in his versibus insunt. Dubitari enim nequit pastores illos sibi invicem furta in vineis ficuumque plantationibus commissa exprobrare. Acuitur convicium ipsâ comparatione cum vulpe (κινάδα) et cantharo, in fimo degente. Illis conviciis uterque exacerbatus iam alteri turpissima quaeque sine ambagibus obiicit. F. I.

112. δασυκέρκ.] quibus cauda villosa est. Cfr. F. Iacobs. ad Xenoph. περὶ ἱππικῆς p. 136. — ἀλώπεκας. Vulpes uvarum appetentes esse res nota. Cf. Id. I, 49. Nicand. Alex. 185. πιοτέρην ὅτε βότρυν ἐαίνατο κηκὰς ἀλώπηξ. — τὰ Μίκωνος, intellige ἀμπελεῖα vel οἰνόπεδα. De hoc nomine Μίκων cfr. Schol. msc. apud Rast. ad Gregor. Cor. p. 34. et Werfer. in Act. Philol. Monac. Tom. I. P. III. p. 418.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

Ἦ οὐ μέμνασ', ὅτ' ἐγών τυ κατήλασα, καὶ τὺ σεσαρὼς
Εὖ ποτεκιγκλίσδευ, καὶ τᾶς δρυὸς εἴχεο τήνας.

ΛΑΚΩΝ.

Τοῦτο μὲν οὐ μέμναμ'· ὅκα μάν ποκα τεῖνδέ τυ δάσας
Εὐμάρας ἐκάθηρε, καλῶς μάλα τοῦτό γ' ἴσαμι;

ΚΟΜΑΤΑΣ.

Ἤδη τις, Μόρσων, πικραίνεται· οὐχὶ παρῆσθευ;
Σκίλλας ἰὼν γραίας ἀπὸ σάματος αὐτίκα τίλλοις.

ΛΑΚΩΝ.

Κἠγὼ μὲν κνίσδω, Μόρσων, τινά· καὶ τὺ δὲ λεύσσεις.
Ἐνθὼν τὰν κυκλάμινον ὄρυσσέ νυν ἐς τὸν Ἄλεντα.

eamque vocem ne intulit quidem in Lexic. suum. Proponit igitur ἄβραί, in quod incidit etiam Briggs. Boisson. defendit αὖαι et λωβασεῖσθε, quod orationem ironicam et facetam reddat. Nos in tanto sententiarum discrimine vulgatum servare maluimus cum Meinekio.

115. φορίονται] alii ποτέονται.

117. ποτεκιγκλίσδευ] alii duabus vocibus ποτε κιγκλίσδευ. Vide annot.

117. εὖ ποτεκιγκλίσδευ] tu vero crebro te motu agitabas, ob insignem puta lasciviam. Sic cum rei turpitudine convicium augetur. Ductum vocabulum a κίγκλος, quae avis κινεῖ τὰ οὐραῖα πτερά. Hinc Aristoph. in Amphiarao ap. Aelian. H. A. XII, 9. ὀσφὺν δ' ἐξ ἄκρων διακίγκλισον. In σεσαρὼς simul est doloris, simul voluptatis significatio. F. I.

119. ἐκάθηρε] καθαίρειν lepide hic dictum pro μαστίζειν, castigare. Simili ratione et alia quaedam verba corporis ornatui et munditiei curandae propria in castigandi significatus venuste per εὐφημίαν deflectuntur. Talia sunt πλύνειν, νίπτειν, σμήχειν, Latinorum pectere, depectere, exornare. Koen. ad Gregor. Cor. p. 275. — Ceterum hoc tenendum. Licet haec per iocum dicta sint et ad Comatae animum exacerbandum prolata, tamen ex iis patet eam dominorum in mercenarios fuisse potestatem, ut eos verberibus adeo castigarent. — ἴσαμι, haec forma tantum in dorica dialecto usitata.

120. τις] quispiam, Lacon scilicet, cuius nomen supprimitur, quo magis ipsius animus pungatur.

121. σκίλλας] nexus hic fere videtur: iam exacerbatus est Lacon; utendum igitur scillis, quas ex loco propinquo petas. Scillarum enim radix remedium habebatur melancholicis, omnino iis, quibus bilis commota erat. Sic explicat hunc locum Bodaeus a Stapel. ad Theophr. p. 874. Sales Comatae eo magis amari, quod is, qui alteri bilem commovet, ei, cui aegre est, remedium proponit. Sed neque ea, quae addita sunt, vi suâ carent. Ut veneficae herbas magicas in sepulcretis colligunt, sic ille scillam quoque ob maiorem vim et efficaciam ex tumulo petere iubet Morsonem.

123. κυκλάμινον] cyclami-

ΚΟΜΑΤΑΣ.

Ἱμέρα ἀνθ' ὕδατος ῥείτω γάλα, καὶ τὺ δὲ; Κρᾶθι,
Οἴνῳ πορφύροις, τὰ δέ τοι σία καρπὸν ἐνείκαι.

ΛΑΚΩΝ.

Ῥείτω χά Συβαρῖτις ἐμὶν μέλι· καὶ τὸ ποτ' ὄρθρον
Ἁ παῖς ἀνθ' ὕδατος τᾷ κάλπιδι κηρία βάψαι.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

Ταὶ μὲν ἐμαὶ κύτισόν τε καὶ αἴγιλον αἶγες ἔδοντι,
Καὶ σχῖνον πατέοντι, καὶ ἐν κομάροισι κέχυνται.

ΛΑΚΩΝ.

Ταῖσι δ' ἐμαῖς ὀΐεσσι πάρεστι μὲν ἁ μελίτεια
Φέρβεσθαι, πολλὸς δὲ καὶ ὡς ῥοδόκισσος ἐπανθεῖ.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

Οὐκ ἔραμ' Ἀλκίππας, ὅτι με πρὰν οὐκ ἐφίλασε,

129. *σχῖνον*] multi codd. *σχοῖνον*.

131. *καὶ ὡς ῥοδ. ἐπ.*] locus a multis tentatus. Nostra lectio in melioribus codd. exstat, sed vix probanda, tam ob particulas *καὶ ὡς*, quam ob *ῥοδ.*, quam plantam nemo veterum novit. Bod. a Stapel.

nus, nobis Saubrod oder Erdscheibe. Vid. Billerb. Flor. class. p. 42. Huic herbae veteres eandem fere vim, quam scillis, tribuebant. — *ἐς τὸν Ἄλεντα.* Hales, fluvius in Lucania, quem Cic. ad Attic. XVI, 7. nobilem fluvium dicit, nunc Halente vocatur. Wuest. — Optime conviciis missis ad alia se convertunt pueri. F. I.

124. *Ἱμέρα* notissimus fluvius in Siciliâ, hodie fiume de Termini dictus. — *ῥείτω.* Observa hoc verbum transitivo sensu positum, ut v. 126. et XIV, 38. Vid. Fr. Iacobs. Animadv. ad Anthol. Vol. I. P. I. p. 163. Liebel. ad Archil. p. 75. Erfurdt. ad Soph. Antig. 1143. Pflugk. ad Eurip. Hecub. 528. Matth. Gr. §. 417. — *Κρᾶθι.* Crathis, item in Lucaniâ fluvius, qui Sybarin praeterfluens in sinum Tarentinum decurrit. Vid. notat. ad v. 16. — Ceterum cf. Virgil. III, 89. Mella fluant illi, ferat et rubus asper amomum. Ovid. Metam. I, 111. Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant.

125. *πορφύρ.*] ob vinum, quod purpureum saepe dicitur. Haud satis apte comparantur *πέλαγος* vel *κῦμα πορφυρέον*, mare purpureum. — *σία*] Sium est planta quaedam aquatica, fructum speciosum non ferens, sed tantum semina parva. Schreber. Cf. Athen. II. p. 61. C.

126. *ἁ Συβαρῖτις*] parvus in Lucaniâ fluvius, qui etiam Sybaris dictus est, hodie Cochilo audit.

128. *κύτ. τε καὶ αἴγ.*] quibus herbis capellae libenter pascuntur. Schol. Nicandr. Ther. 617. *Ἀντίλοχος* (alii *Ἀρχίλοχος*) *ἐν τῷ περὶ κυτίσου φυτόν φησιν ὠφέλιμον εἶναι*

Τῶν ὤτων καθελοῖσ', ὅκα οἱ τὰν φάσσαν ἔδωκα.

ΛΑΚΩΝ.

Ἀλλ' ἐγὼ Εὐμήδευς ἔραμαι μέγα· καὶ γὰρ ὅκ' αὐτῷ
Τὰν σύριγγ' ὤρεξα, καλόν τί με κάρτ' ἐφίλασεν.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

Οὐ θεμιτόν, Λάκων, ποτ' ἀηδόνα κίσσας ἐρίσδεν,
Οὐδ' ἔποπας κύκνοισι· τὺ δ', ὦ τάλαν, ἐσσὶ φιλεχθής.

ΜΟΡΣΩΝ.

Παύσασθαι κέλομαι τὸν ποιμένα. τὶν δέ, Κομάτα,
Δωρεῖται Μόρσων τὰν ἀμνίδα· καὶ τὺ δὲ θύσας
Ταῖς Νύμφαις Μόρσωνι καλὸν κρέας αὐτίκα πέμψον.

ΚΟΜΑΤΑΣ.

Πεμψῶ, ναὶ τὸν Πᾶνα. φριμάσσεο πᾶσα τραγίσκων
Νῦν ἀγέλα· κἠγὼν γὰρ ἴδ' ὡς μέγα τοῦτο καχαξῶ

in Theophr. p. 552. corrigit πολλὸς δὲ καὶ ὡς ῥόδα κίστος ἐπανθεῖ, quam lectionem unice veram iudicat Kiessl. Fr. Iacobsio quoque lectio καὶ ὡς ῥόδα videtur probanda praecipue ob rhythmum bucolicum, qui eam tantum non flagitet. Meineke scribendum putat πολλὸς δὲ καλῶς ῥόδ. ἐπανθεῖ.

τοῖς θρέμμασιν, ὅτι πλῆθος γάλακτος ποιεῖ.

129. ἐν κομάροισι] κόμαρος est arbutus, der Erdbeerbaum, de qua arbore copiose exposuit Voss. ad Virgil. Eclog. III, 82.

133. τῶν ὤτ. καθ.] repudiare se dicit Comatas Alcippen, quod, munere oblato, suavium sibi non dedisset. Inter blanditias enim hoc est osculandi genus, quo amantes inter se, alterius auribus utraque manu prehensis, oculis oscula imprimunt; id χύτραν appellabant, recentiores osculum Florentinum dicunt. Eunicus, comicus apud Polluc. X, 100. λαβοῦσα τῶν ὤτων φίλησον τὴν χύτραν. Plaut. in Poenul. I, 2. sine te prendam auriculis, sine dem suavium. Vid. Tibull. II, 5, 91. Cic. Epp. ad Famil. XVI, 17. Omnia, quae huc pertinent, allata videbis apud Canter. Nov. Lectt. VI, 25. Westerhov. ad Terent. Heaut. II, 4, 27. Wyttenbach. ad Plut. de rect. aud. rat. p. 38. C. in Anim. ad Opp. Mor. Tom. I. P. I. p. 316.

136. ἐρίσδεν] duplici modo hoc verbum constructum videmus, cum solo dativo et cum praepos. πρός. Vide Wunderl. observatt. ad Aeschyl. p. 165. — Cf. Virgil. Eclog. VIII, 35. Certent et cygnis ululae. Cf. Passov. ad Persii Prolog. v. 13. p. 230.

137. φιλεχθής] i. q. φιλόνεικος, contentiosus, litigiosus.

141. φριμάσσεο] φριμάσσεσθαι in universum adhibetur de iis bestiis, quae superbientes vel lascivientes vocem edunt; nunc de hircorum balatu. Vid. Fr. Iacobs. in Animadv. in Anthol. Gr. Tom. II. P. II. p. 358. Alias de canibus, de equis ferocientibus usurpatur.

Κατ τῶ Λάκωνος τῶ ποιμένος, ὅττι ποκ' ἤδη
Ἀνυσάμαν τὰν ἀμνόν· ἐς οὐρανὸν ὔμμιν ἀλεῦμαι.
Αἶγες ἐμαὶ θαρσεῖτε κερουχίδες· αὔριον ὔμμε
Πάσας ἐγὼ λουσῶ Συβαρίτιδος ἔνδοθι κράνας.
Οὗτος ὁ λευκίτας ὁ κορυττίλος, εἴ τιν' ὀχευσεῖς
Τᾶν αἰγᾶν, φλασῶ τυ, πρὶν ἤ γέ με καλλιερῆσαι
Ταῖς Νύμφαις τὰν ἀμνόν. ὁ δ' αὖ πάλιν· ἀλλὰ γενοίμαν,
Αἰ μή τυ φλάσαιμι, Μελάνθιος ἀντὶ Κομάτα.

147. *κορυττίλος*] Kiessl. cum codd. aliquot *κορυπτίλος*, nostrum ex Ald. et 2 codd. edid. Valcken.; Boisson. et Meineke *κορύττιλος*.

148. *τᾶν αἰγᾶν*] ita omnes fere codd. Recentiores ediderunt *τᾶν αἰγῶν*, praeeunte Schaef. ad Eurip. Hec. p. 82. Meineke hic quidem *τᾶν αἰγῶν*, sed Id. VIII, 49. *τᾶν αἰγᾶν*. Vulgatam defendit Buttmann. Gr. ampl. I. §. 43. p. 176. collat. Emendand. p. 400. Matth. Gr. §. 74, 5.

144. *ἀνυσάμαν*] mihi confeci, lucratus sum. *ἀνύεσθαι* enim obtinendi, accipiendi vel lucrandi habet significationem. Vid. Brunck. ad Eurip. Bacch. 131. Interpp. ad Aristoph. Plut. 196. Cf. Id. XVIII, 17.

145. *θαρσεῖτε*] *χαίρετε*.

146. *λουσῶ*] Virgil. Eclog. III, 97. Ipse, ubi tempus erit, omnes in fonte lavabo. Ex Vossii ad h. l. sententia pastor se eas loturum esse dicit, ne forte ipsae exultantes vel incautae in torrentem vel gurgitem insiliant. Rectissime vero Fr. Iacobs. ita intelligit: Lavabo vos, ut nitidae fiatis, sicut decet gregem pastoris, festum diem ob victoriam partam agentis.

147. *ὀχευσεῖς*] ante sacrum instituendum a concubitu abstinent homines. Vid. Tibull. Eclog. II, 1, 11. Idem ut faciant hirci, vult Comatas. F. I.

148. *πρίν ἤ γέ με κ.*] statim te percutiam, priusquam agnam immolavero Nymphis. Hoc nempe iam facturus erat, ut ad gratum animum deabus probandum reportatam victoriam immolatio statim exciperet.

150. *Μελάνθιος*] ego fiam Melanthius, i. e. pessimum quodque patiar (ich will ein Schurke sein und dulden, was Mel. beim Homer) Respicit narrationem de Melanthio, quam legimus apud Hom. Od. XXIV, 474. Fuit enim Melanthius ille servus, qui Ulyssem reducem factum pessime tractabat, procisque arma apportabat. Sed Ulysses, postquam procos superaverat, maxima in servum crudelitate usus, naso, auribus et pudendis abscissis, pedes et brachia frangi iussit.

VI.

Argumentum.

Damoetas et Daphnis, gregibus ad fontem compulsis, carmine amoebaeo tempus fallunt. Habet carmen speciem dramatis. Pueri enim Polyphemum sibi fingunt in rupe, ubi prospectus in mare patet, sedentem, et ab alterâ parte Galateam, a Cyclope amatam, haud procul ab litore in undis ludentem. Daphnis spectatoris agit partes, et Polyphemo quid illa moliatur, ut oculos eius in se convertat, enarrat — 19. Tum Damoetas, qui Polyphemum agit, artes suas praedicat, quibus lascivam puellam pungat, idque se agere fatetur, ut illam simulato frigore ad molliora verba cogat descendere. Carmine finito pueri sese invicem muneribus excipiunt. Elegans idyllium, quod praesertim a Cyclopis indole et ingenio feliciter adumbrato commendatur. De Polyphemi amoribus vide ad Id. XI. F. I.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΕΚΤΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.

Ἐπιγράφεται μὲν τὸ εἰδύλλιον Βουκολιασταί· Δαμοίτας δὲ καὶ Δάφνις ὁ βουκόλος θέρους ὄντος μεσημβρίας εἰς ἓν τὰ θρέμματα συνελαύνουσι καὶ ἀμοιβαίως τὸν Πολυφήμου τοῦ Κύκλωπος πρὸς Γαλάτειαν ἔρωτα ἀμφότεροι ᾄδουσι. Καὶ ὁ μὲν Δάφνις προςδιαλέγεται τῷ Κύκλωπι περὶ τῆς Γαλατείας· ὁ δὲ Δαμοίτας ὑποκρίνων*) τὸν Κύκλωπα, ἀποκρινόμενος δῆθεν ὡς ἐκ προςώπου τοῦ Πολυ-

*) Schaefer. suspicatur ὑποκρίνεται.

φήμου. Τὰ πράγματά εἰσιν*) ἐν Σικελίᾳ. Ὁ δὲ λόγος ἐκ τοῦ ποιητικοῦ προςώπου πρὸς τὸν Ἄρατον, οὗ μέμνηται καὶ ἐν Θαλυσίοις, καὶ ἀλλαχοῦ· δύναται δὲ οὗτος εἶναι ὁ τῶν Φαινομένων ποιητής. Δοῦρίς**) φησιν διὰ τὴν τῶν θρεμμάτων πολυπληθίαν καὶ τοῦ γάλακτος ἱδρῦσασθαι ἱερὸν ἐν Αἴτνῃ τῇ Γαλατείᾳ· Φιλόξενον δὲ τὸν Κυθήριον ἐπιδημήσαντα καὶ μὴ δυνάμενον ἐπινοῆσαι τὴν αἰτίαν ἀναπλάσαι, ὅτι Πολύφημος ἤρα Γαλατείας.

*) serioris Graecitatis hoc est pro ἐστίν.

**) Vulgo Οὖρις. Certam emendationem receperunt Boissonade et Meineke.

ΒΟΥΚΟΛΙΑΣΤΑΙ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ ϛ'.

ΔΑΜΟΙΤΑΣ ΚΑΙ ΔΑΦΝΙΣ.

Δαμοίτας καὶ Δάφνις ὁ βωκόλος εἰς ἕνα χῶρον
Τὰν ἀγέλαν ποκ', Ἄρατε, συνάγαγον· ἦς δ' ὁ μὲν αὐτῶν
Πυῤῥός, ὁ δ' ἡμιγένειος· ἐπὶ κράναν δέ τιν' ἄμφω
Ἑσδόμενοι θέρεος μέσῳ ἄματι τοιάδ' ἄειδον.
Πρᾶτος δ' ἄρξατο Δάφνις, ἐπεὶ καὶ πρᾶτος ἔρισδεν.

ΔΑΦΝΙΣ.

Βάλλει τοι, Πολύφαμε, τὸ ποίμνιον ἁ Γαλάτεια

Idyll. VI. 1. *εἰς ἕνα χῶρον*] Virgil. Eclog. VII, 2. Compulerantque greges Corydon et Thyrsis in unum, ubi vid. Voss.

2. *Ἄρατε*] clarissimus ille *τῶν φαινομένων* scriptor intelligendus est, qui aequalis et amicus Theocriti fuit. Eundem commemorat Id. VII, 98, 102, 122. Cf. Brunck. in Iacobs. Animadv. in Anthol. Vol. II. P. I. p. 297. et quae nos in Argum. ad Id. VII. disputavimus.

3. *πυῤῥός*] primae lanuginis adolescens, iunior quam ὁ ἡμιγένειος. — *ἡμιγένειος*, iuvenis barbatulus (nam voce semiberbis veteres non utuntur), cuius genae nondum totae barbâ inumbrantur. Usitatius est *ἀρτιγένειος*, quod idem est, aut non multum ab *ἡμιγένειος* differt.

4. *θέρεος μέσῳ ἄματι*] *θέρεος* non pendet ab *ἄματι*, sed est per se solum capiendum, ut genitivus temporis item legitur Id. VIII, 78. *τῶ θέρεος*. XI, 58. Sensus: aestivo tempore et quidem medio die. Kiessl. — Dativos *μέσῳ ἄματι*, qui paullo rarius ad temporis notionem designandam adhibentur, ob id ipsum posuisse putandus est poeta, ut ne plures genitivi concurrerent praecedente *θέρεος*. Id. XXV, 56. *ἤμασι πολλοῖς*. Alia dat Bernhardy Syntax p. 81.

Μάλοισιν, δυςέρωτα τὸν αἰπόλον ἄνδρα καλεῦσα·
Καὶ τύ νιν οὐ ποθόρησθα, τάλαν, τάλαν, ἀλλὰ κάθησαι
Ἁδέα συρίσδων. πάλιν ἅδ', ἴδε, τὰν κύνα βάλλει,
Ἅ τοι τᾶν ὀΐων ἕπεται σκοπός· ἁ δὲ βαΰσδει
Εἰς ἅλα δερκομένα· τὰ δέ νιν καλὰ κύματα φαίνει
Ἅσυχα καχλάζοντος ἐπ' αἰγιαλοῖο θέοισαν.

Idyll. VI. 7. *δυς. τὸν αἰπ.*] primus Fr. Iacobs. in novissimâ Theocr. edit. ad articulum *τόν* offendit, *δυςέρ. καὶ αἰπόλον* proponens. Quae emendatio facile cuiquam arrideat. Cf. Id. I, 86., ubi qui *ποιμήν* erat iam ob miserum amorem *αἰπόλος* vocatur, quasi ad humiliorem conditionem depressus. Sed vid. annotat.

11. *φαίνει*] Hemsterh. *σαίνει*, reliqua ad Galateam referens.

7. *δυςέρωτα*] amare nescientem, torpidum ad amorem. Puella summum quo correpta sit in Polyphemum amorem simulans eum torpidum dicit; hoc quoque ad rudem Cyclopis animum videtur referendum, qui prae stupore illecebras puellae non advertit. Valcken., alio loco Id. I, 86. inductus, *δυςέρωτα* interpretatur virum qui spretus tamen misere amaret; quae significatio ab hoc loco prorsus aliena. Wuest. — Verba *τὸν αἰπόλον ἄνδρα* nihil aliud volunt quam *σέ*. Verisimile est enim Philoxenum, quem Theocritus in Eclogis de Polyphemo sequitur, Cyclopem capris non minus circumdedisse quam ovibus. F. I.

8. *κάθησαι … συρίσδων*] nihil curans tibiam inflas. Videtur enim hic in *καθῆσθαι* ea vis esse, qua de rebus hominibusque a negotiis vacantibus usurpatur. Graev. in Lectt. Hes. c. 11. Sic Latinis sedere dicitur.

9. *ἁδέα συρ.*] ne forte quis sibi persuadeat epitheta transponenda esse, ut hic ex v. 9. legatur *ἅσυχα συρ.*, et infra *ἁδέα καχλ.*, *ἁδέα συρ.* exquisite dictum est. Suaviter canit Polyphemus non ob cantus praestantiam, qui utrum dulcis fuerit nec ne ignoratur, sed ob iucundam oblectationem, quam inde animo concipit. — *ἅδ', ἴδε. ἅδε* ad locum refert Voss. Magazin für Schull. I, 1. p. 159. wieder dort, sieh, wirft sie den Hund.

11. Canis in litore currens canisque imago ex aequore resplendens egregie facit ad scenam exornandam. Latrat autem ille, tum quod e mari petitus est a Galateâ, tum quod suam imaginem conspicatur in fluctibus.

12. *ἅσυχα καχλ.*] fluctus leni murmure ad litus alluunt ideoque mare tranquillum ostendunt; quae causa adiicitur, qui factum sit, ut canis in fluctibus marinis suam imaginem viderit. Cf. v. 35. *ἐς πόντον ἐςέβλεπον* (*ἦς δὲ γαλάνα*). Paul. Silent. Epigr. XXVI. *πόντος ἐπήρατον εἰκόνα φαίνει*. Ceterum *καχλάζων αἰγιαλός* exquisitius quam *κύματα καχλάζοντα*, quod longe est usitatius.

15. *αὐτόθε*] fortasse hoc uno in loco dictum pro *αὐτόθεν*. Significat ex hoc loco, e mari, non: suâ sponte, ut aliis visum est. — *τοι διαθρύπτ.* Spohn. Progr. III. in Theocr. p. 10. exponit ita: tibi illudit. Sed sequor Fr. Iacobs., qui sic de hoc loco scribit: Recte Galatea Polyphemum amare et illecebris tentare fingitur. Nec aliter accipit Polyphemus, qui varios eius motus ad

Φράζεο, μὴ τᾶς παιδὸς ἐπὶ κνάμαισιν ὀρούσῃ
Ἐξ ἁλὸς ἐρχομένας, κατὰ δὲ χρόα καλὸν ἀμύξῃ.
Ἁ δὲ καὶ αὐτόθε τοι διαθρύπτεται, ὡς ἀπ' ἀκάνθας
Ταὶ καπυραὶ χαῖται, τὸ καλὸν θέρος ἁνίκα φρύγει·
Καὶ φεύγει φιλέοντα, καὶ οὐ φιλέοντα διώκει.
Καὶ τὸν ἀπὸ γραμμᾶς κινεῖ λίθον· ἦ γὰρ ἔρωτι

Probat hanc coniecturam Blomfield. in Glossar. ad Aesch. Sept. v. 379.

12. καχλ.] edit. Flor. et cod. a m. s. καχλάζοντος, quod praeeuntibus Valck. et Brunck. cum Meinekio recepimus. Vulgo καχλάζοντα.

16. φρύγει] sic e plurimis codd. cum Boisson. scripsi pro φρύττει.

amorem et zelotypiam refert. Mihi διαθρύπτεται non magis videtur esse illudere h. l. quam Id. XV, 99. de cantatrice, quae se vultu totoque corpore, non sine arte quadam et affectatione, composito, ad cantum parat. Inest in hoc verbo significatio studii placendi, quo qui tenentur, corporis etiam motu aliorum in se oculos convertere student, sic tamen, ut illud studium simul celare et dissimulare conentur. Laudat Plutarch. T. II. p. 990. C. animalium simplicitatem, ὅτι συμφέρεται πρὸς τοὺς γάμους ὑπὸ κοινῆς φιλοφροσύνης, οὐχὶ θρυπτόμεναι μὲν αἱ θήλειαι, καὶ προϊσχόμεναι τῆς ἐπιθυμίας ἀπάτας καὶ γοητείας καὶ ἀρνήσεις. Ad hanc explicationem optime facit comparatio, quae sequitur. Cf. Praefat. ad Bion. et Moschum p. XV. — ἀπ' ἀκ. Iunge ταὶ καπ. χαῖται ἀπ' ἀκάνθας, ut praepos. ἀπό periphrasi inserviat. Comparationem cum pappis carduorum factam refer cum Kiessl. ad totum locum, tam ad praecedentia, quam ad sequentia. Saepius vero apud veteres carduorum pappi, qui ardore solis torridi per aerem facile feruntur, ad levitatem hominum atque inconstantiam significandam adhibentur. Hom. Od. V, 327. ὡς δ' ὅτ' ὀπωρινὸς Βορέης φορέῃσιν ἀκάνθας Ἀμ πεδίον, πυκιναὶ δὲ πρὸς ἀλλήλῃσιν ἔχονται· Ὣς τὴν ἂμ πέλαγος ἄνεμοι φέρον ἔνθα καὶ ἔνθα. Sophocl. apud Plutarch. Tom. II. p. 1100. γραίας ἀκάνθης πάππος ὣς φυσώμενος. Cf. praeterea Nicand. Alexiph. 126. Tum transfertur ad significationem sensus reluctantis et diversa ab alio sequentis. Sic enim volantes pappi eum, qui accedere vult, fugitant, abeuntem sectantur. Atque haec est comparationis ratio h. l.

17. καὶ φεύγει] sententia saepe a veteribus expressa. Vid. Fr. Iacobs. in Animadv. in Anthol. Gr. Tom. II. P. III. p. 90. Ovid. Amor. II, 19, 36. quod sequitur fugio, quod fugit usque sequor.

18. τὸν ἀπὸ γραμμᾶς] a lineâ movet lapidem, i. e. nihil intentatum relinquit. Intelligit ludum duodecim scriptorum, cuius haec erat ratio, ut quinque in tabulâ lineae (γραμμαί) essent. Trans mediam lineam, quae ἱερὰ dicebatur, lapidem moveri non licebat; quare ultimum erat, ad quod confugeret qui ad incitas redactus vel reductus erat. Hinc ortum est proverbium τὸν ἀφ' ἱερᾶς vel τὸν ἀπὸ γραμμᾶς κινεῖν sc. λίθον, omnia quaeque tentare. Cf. Eustath. ad Il. VII. p. 633, 57. Schol. ad Pindar. Pyth. IX, 208. ad Platon. p. 230. Uberiorem huius ludi ex-

Πολλάκις, ὦ Πολύφαμε, τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται.
Τῷ δ' ἔπι Δαμοίτας ἀνεβάλλετο καλὸν ἀείδεν.

ΔΑΜΟΙΤΑΣ.

Εἶδον, ναὶ τὸν Πᾶνα, τὸ ποίμνιον ἀνίκ' ἔβαλλε,
Κοὔ μ' ἔλαθ', οὐ τὸν ἐμὸν τὸν ἕνα γλυκύν, ᾧ ποθόρημι
Ἐς τέλος· αὐτὰρ ὁ μάντις ὁ Τήλεμος, ἔχθρ' ἀγορεύων,
Ἐχθρὰ φέροιτο ποτ' οἶκον, ὅπως τεκέεσσι φυλάξῃ.
Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐγὼ κνίσδων πάλιν οὐ ποθόρημι,
Ἀλλ' ἄλλαν τινά φαμι γυναῖκ' ἔχεν· ἁ δ' ἀΐοισα

22. ποθόρημι] **Heinsii coniecturam** *ποθορῷμι* **non admittendam esse docuit Schaefer. ad Lamb. Bos. p. 368. p. 759., qui indicativum accommodatiorem esse monet philosophiae Cyclopis. Kiesslingio compositum verbum** *ποθόρημι* **fuit offensioni, ut hunc versum ex v. 25. corruptum esse censeret. At** *ποθόρημι* **est doricum et ge-**

positionem dedimus in Pallast des Scaurus p. 197. Schol. ad Theocr. l. non recte scriptoris verba cepit, quippe qui ad ludum transtulit, qui serioribus *ζατρίκιον* **dicitur et maximam cum eo ludo, qui nobis Scachias vocatur, similitudinem habet. Obiter monere liceat eodem sensu etiam poni loquutionem** *πάντα κάλων κινεῖν*, **qua Schol. ad h. l. usus est. Eurip. Med. 281. Schol. ad Plat. p. 249.** *πάντα κάλων ἐφέντες* **explicat** *ἐντείναντες ἢ κινήσαντες. παροιμία ἐπὶ τῶν πάσῃ προθυμίᾳ χρωμένων.* **Alia dabit Valcken. Diatr. in Eurip. p. 233.**

19. τὰ μὴ καλά] **observa vocalem** *α* **in** *καλός* **primum, ubi in thesi est, correptam, tum eandem in arsi productam. Vid. Spitzn. Pros. §. 62, 2. not. et p. 106. Saepius veteres in vocibus, quae duplicem mensuram admittunt, quum iuxta ponuntur, utrâque utuntur. Ita** *Ἆρες, Ἄρες βροτολοιγέ* **apud Homer. Il. V, 31.** *ἄνερ, ἄνερ* **in initio versus apud Oppian. Cyneg. III, 220. Videtur hoc eo consilio factum esse, ut quae vis in verbi iteratione posita est, ea augeatur etiam soni diversitate. — De sententiâ in Theocriti loco cf. Fr. Iacobs. Animadv. in Anthol. Gr. Tom. III. P. I. p. 63.**

20. ἀνεβάλλετο] *ἀναβάλλεσθαι* **et** *καταβάλλεσθαι* **de praeludiis in cantando adhibentur. Vid. Valcken. ad h. l., Tib. Hemsterh. ad Thom. Mag. p. 65., Interprett. ad Hesych. v.** *ἀνεβάλετο.* **Nitzsch. ad Hom. Od. I, 150.**

22. οὐ τὸν ἐμὸν τὸν ἕνα γλ.] **per oculum hunc meum unicum, omisso** *μά*; **pro iureiurando itaque haec accipienda. Vid. Brunck. ad Soph. Oed. R. 660. Schaefer ad Long. Pastor. p. 417. —** ᾧ ποθόρημι, **quo cerno usque ad finem, i. e. donec omnium dierum sol occiderit. Inest in indicativo significatio confidentiae coniunctae cum contemptu vaticinii, quod a Telemo acceperat.**

23. ὁ Τήλεμος] **Telemus, Eurymi filius (in Schol. pro** *Εὐρυμέδης* **ex Homero legendum** *Εὐρυμίδης*)**, vates, Polyphemo praedixerat fore, ut Ulysses unicum ei ablaturus esset oculum. Hom. Od. IX, 509. Ovid. Metam. XIII, 771.**

Ζαλοῖ μ', ὦ Παιάν, καὶ τάκεται· ἐκ δὲ θαλάσσας
Οἰστρεῖ παπταίνοισα ποτ' ἄντρα τε καὶ ποτὶ ποίμνας.
Σίγα δ' ὑλακτεῖν νιν καὶ τᾷ κυνί· καὶ γὰρ ὅκ' ἤρων
Αὐτᾶς, ἐκνυζῆτο ποτ' ἰσχία ῥύγχος ἔχοισα.
Ταῦτα δ' ἴσως ἐσορεῦσα ποιεῦντά με πολλάκι πεμψεῖ
Ἄγγελον. αὐτὰρ ἐγὼ κλαξῶ θύρας, ἔστε κ' ὀμόσσῃ
Αὐτά μοι στορέσειν καλὰ δέμνια τᾶσδ' ἐπὶ νάσω.
Καὶ γάρ θην οὐδ' εἶδος ἔχω κακόν, ὥς με λέγοντι.
Ἦ γὰρ πρὰν ἐς πόντον ἐσέβλεπον, ἦς δὲ γαλάνα,

nuinum. Vide Fr. Iacobs. in Animadv. in Anthol. Tom. I. P. I. p. 413.

29. σῖγα] Ruhnk. σίξα, i. e. sibilo incitavi. Sed neque aoristus aptus est huic loco, neque sibilo utitur Polyphemus. Vid. annot. In vulgatâ tamen lectione duri aliquid remanet, utcunque eam interpreteris. Fortasse versus aliquis intercidit.

— ἐχθρ' ἀγορεύων. Hom. Il. I, 106. Agamemnon Calchanti inter alia exprobrat μάντι κακῶν .... αἰεί τοι τὰ κάκ' ἐστὶ φίλα φρεσὶ μαντεύεσθαι.

24. ἐχθρὰ φερ. ποτ' οἶκον] imprecatur Telemo, ut quae sibi mala praedixisset, ea in ipsius caput recciderent. Hom. Od. II, 178. ὦ γέρον, εἰ δ' ἄγε νῦν μαντεύεο σοῖσι τέκεσσιν, Οἴκαδ' ἰών, μή πού τι κακὸν πάσχωσιν ὀπίσσω. Hecub. apud Eurip. in fabulâ cognomine 1262. ἀπέπτυσ'· αὐτῷ ταῦτα σοὶ δίδωμ' ἔχειν. Virgil. Aen. XI, 399. capiti cane talia demens Dardanio rebusque tuis.

28. οἰστρεῖ] furiosa prosilit, quasi oestro percita.

29. σῖγα] tacite, nutu sc., cani significo (ἐπιτάσσω, quod supplendum) ut eam allatret. Nutu tantum hoc facit Polyphemus, non voce, neque sibilo, quia non vult, ut fraudem sentiat puella. Quamvis enim eius amorem parvi facere videatur, sperat tamen etiamnum et cupit quam maxime, ut aliquando sua sponsa fiat. — νιν est αὐτήν, ut Id. IV, 30, 54. Cf. Matth. Gr. Gr. §. 146. not. Wuest. — Dura verbi ellipsis fortasse gestu nutuque explicanda est. — Lepida autem Polyphemi artificia, quibus puellam pellicere studet; praecipue vero hoc, quo nihil Cyclopis moribus magis est consentaneum, quod canem in puellam incitavit. In his et in sqq. multum est virtutis comicae. F. I.

30. ἐκνυζῆτο] ganniebat, vocis gannitu adulabat. Apollon. Rhod. III, 883. ἀμφὶ δὲ θῆρες Κνυζηθμῷ σαίνουσιν ὑποτρομέοντες ἰοῦσαν. De canibus est apud Aelian. Histor. An. I, 8. VII, 40. De crocodilis lb. X, 21. κνυζωμένους καὶ δακρύοντας.

33. στορέσειν δέμνια] ex euphemismo quodam satis antiquo pro concumbere cum aliquo. Homericae sunt loquutiones eiusdem sensus λέχος ἀντιᾶν, πορσύνειν. Vid. Buttmann. Lexil. Tom. I. p. 11. Sic quoque tragici. Eurip. Suppl. 56. φίλα ποιησαμένα λέκτρα πόσει σῷ. Helen. 59. λέκτρ' ὑποστρώσω τινί.

34. καὶ γάρ θην] Virgil. Eclog. II, 25. Nec sum adeo deformis, nuper me in litore vidi, Quum placidum ventis staret mare.

Καὶ καλὰ μὲν τὰ γένεια, καλὰ δ' ἐμὶν ἁ μία κώρα,
Ὡς παρ' ἐμὶν κέκριται, κατεφαίνετο· τῶν δέ τ' ὀδόντων
Λευκοτέραν αὐγὰν Παρίας ὑπέφαινε λίθοιο.
Ὡς μὴ βασκανθῶ δέ, τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον.
Ταῦτα γὰρ ἁ γραία με Κοτυτταρὶς ἐξεδίδαξεν,
[Ἃ πρὶν ἀμάντεσσι παρ' Ἱπποκόωντι ποταύλει.]

41. *ἃ πρίν*] recte Fr. Iacobs. censet hunc versum ex Id. X, 16. male huc translatum esse. Meineke eum, nullo dubiae originis signo distinctum, exhibuit. Ex eodem servavi, codd. plurimis adstipulantibus,

38. *Παρίας*] dentes ob nitorem cum Pario marmore comparantur. Horat. Od. I, 19, 5. Urit me Glycerae nitor Splendentis Pario marmore purius. Vid. Interpp. ad h. l. et ad Anacreont. XXVIII, 27. — *αὐγή* proprie lapidibus quoque tribuitur. Vid. Fr. Iacobs. ad Philostr. Imagg. II, 8. p. 447. — De comparatione compendiariâ vide quae annotavimus ad Id. II, 15.

39. *δέ*] nota particulam *δέ* post tria vocabula positam. Vid. Hermann. ad Orph. p. 820. Fr. Iacobs. in Not. Crit. ad Anthol. Palat. p. 127. Welcker. ad Theognid. praefat. p. XCVIII. — *ἔπτυσα.* Qui sibi ipsi placeret formaeque pulcritudinem laudaret, ei ex vulgari superstitione verendum erat, ne lividus aliquis aut malevolus homo voce, oculis vel artibus suis ei noceret vel deformem eum redderet. Eutelidas quidam (apud Plutarch. Tom. II. p. 682. B.) se ipsum in aquâ conspicatus *λέγεται καλὸς ἑαυτῷ φανεὶς καὶ παθών τι πρὸς τὴν ὄψιν, ἐκ τούτου νοσῆσαι καὶ τὴν εὐεξίαν μετὰ τῆς ὥρας ἀποβαλεῖν.* Quamobrem Cyclops, quum pulcritudinem suam iactavisset, ad invidiam avertendam, ne poenâ afficiatur, ter in sinum desputat. Plin. hist. nat. XXVIII, 7. Veniam quoque a deis spei alicuius audacioris petimus in sinum spuendo. Vid. Animadv. in Anthol. Tom. II. P. II. p. 346. et qui ad Theocr. afferuntur, Herald. ad Martial. VI. p. 124. Bergler. ad Alciphr. p. 62. Alii solebant alio modo invidiam a se avertere; vid. Voss. ad Virg. Eclog. VII, 28. p. 362. Eadem superstitio hodie quoque valet, inter nutrices praesertim, quae laudes, alumnis suis a malevolis hominibus tributas, aversantur et bonis verbis innoxias reddere student. Apud Dalmatiae populos fascinationis vim sputando frangi narratur in Morgenblatt ann. 1828. nro. 52. p. 205.

40. *Κοτυτταρίς*] nomen a Cotytto derivatum est. Vid. Animadv. in Anthol. Tom. II. P. II. p. 19. Fuit haec dea, cuius sacra ex incantationibus constabant. De Cotytto et sacris huius numinis vide inprimis Buttmann, über die Kotyttia und die Baptae, coll. Meineke. Quaest. scenic. spec. prim. p. 42 sqq. *Κοτυτταρίς* igitur proprie sacrificulam huius deae significat. Iam vero nomen proprium sagae alicuius videtur, quae eadem sacerdotio fungeretur.

45. *ὤρχευντ' ... αὐτίκα*] exultabant ilico vitulae, participes laetitae puerorum, quanquam simplicius est, ut statuas, sono fistulae et syringis pecora ad laetitiam et tripudia invitata esse.

46. *νίκη*] dorica forma a verbo *νίκημι.* — *οὐδ' ἄλλος,* quum de

Τόσσ' εἰπὼν τὸν Δάφνιν ὁ Δαμοίτας ἐφίλασε·
Χὡ μὲν τῷ σύριγγ', ὁ δὲ τῷ καλὸν αὐλὸν ἔδωκεν.
Αὔλει Δαμοίτας, σύρισδε δὲ Δάφνις ὁ βώτας,
Ὠρχεῦντ' ἐν μαλακᾷ ταὶ πόρτιες αὐτίκα ποίᾳ·
Νίκη μὰν οὐδ' ἄλλος, ἀνάσσατοι δ' ἐγένοντο.

πρὶν, pro quo recentiores dant πράν. Tum libri fluctuant hic et X, 16. in scripturâ vocis ἀμάντεσσι, cuius loco alii ἀμώντεσσι dant, quod verum videtur.

duobus tantum agatur, pro οὐδέτερος dictum est. Sic ἕτερος saepe pro ἄλλος ponitur. Vid. annot. ad Id. XII, 36.

VII.

ARGUMENTUM.

In hoc Idyllio, ab rerum, hominum et locorum, quae in eo describuntur, varietate commendabili, Simichidas quidam festum diem, apud Phrasidamum et Antigenem in Halente, pago insulae Cos, unâ cum aliis quibusdam amicis celebratum describit. Duas partes habet hoc Idyllium, quarum prior itineris continet enarrationem — 131., altera in ipsius festi descriptione versatur. Itineris suscepti causa commemoratur 1 — 5., in quo in Lycidam forte incidunt caprarium, poeticae facultatis laude insignem virum, quem Simichidas, ut viae fallant taedium, ad cantum invitat. Ille, conditione acceptâ, amores suos in puerum Ageanactem carmine celebrat. 52 — 89. Tum Simichidas Arati, in Philino laborantis puero, cruciatus et flammas decantat 96 — 126. Cantu finito Lycidas Simichidae pedum dat dono aliamque insistit viam; ceteri pergunt rusque veniunt, ubi ad fontis murmur, in loco amoenissimo, vino se invitant. Virgilius Eclogam IX. ad huius Idyllii rationem descripsit. F. I.

Scena huius Idyllii est in insulâ Cô, quod tam Scholiastes confirmat, quam res in hoc carmine descriptae evincunt. Primo versu memoratur Haleus, qui quidem fluvius illius insulae esse videtur. Quae Scholiastae de Halente tradunt, in alia omnia abeunt; alter enim eorum pagum insulae intelligit, alter vicum. Cf. Schol. ad Idyll. V, 123. Alibi non memini mentionem Halentis factam esse. — Nulla dubitatio est de fonte Burinna, quem v. 6. Chalcon, rex insulae Coi atque Herculi aequalis, pede percusso, elicuisse dicitur. Philetas, Nicanor Cous, Antimachus, quorum locos annotatione ad v. 6. excitavimus, hunc fontem in insulâ Cô ponunt, quanquam, quod poeticae libertati tribuendum, varia nominis reperitur apud eos scriptura. Burinnam vulgari sermone appellatam esse ex eo potest colligi,

quod hac nominis formâ Nicanor usus est. — Porro Brasilas, cuius sepulcro viae distantia designatur v. 11., Cous fuit atque Coi sepultus, ut Scholiastes certe testatur, cuius annotatio ex antiquiore aliquo interprete desumpta videtur. — Etiam Pteleaticum vinum, quo largiter se invitaturum dicit Lycidas v. 65., Coum fuit. Scholiastes dubitanter adiicit: Πτελέα τόπος ἐν Κῷ ἢ ἐν Ἀρκαδίᾳ. Posterius hoc procul dubio falsum. Coa vina apud veteres celebratissima fuisse res est adeo nota, ut locis afferendis facile supersedere possimus. — De Pyxâ diversa tradit Scholiastes ad v. 130., ex quibus quid verum sit, elicere non potui; id tantum pro certo ponendum, locum fuisse in insulâ Cô ita cognominatum. — Ex hac locorum hominumque commemoratione patet scenam huius Idyllii in insulâ Cô quaerendam esse, quicquid contradicit Manso in praefat. ad Bion. et Mosch. Ceterum locorum situs illius insulae Theocrito notissimus esse debebat, siquidem hunc poetam iuvenem Philetae audiendi causâ ibi commoratum esse constat.

Carmen hoc inter Theocritea maxime memorabile ob personarum, quae in eo inducuntur, varietatem atque copiam. Sunt vero ea non ficta pastorum nomina, sed viventium eo tempore hominum, eorumque partim satis clarorum. Quae quidem res quo maiorem in ipsam explicationem habet vim, eo accuratius a nobis in examen vocabitur.

Auctor huius carminis, qui narrantem se inducit primâ personâ v. 1., nomen suum ipse profitetur v. 21. Simichidam. Sub quo nomine, ut aliis iam placuit, Theocritus ipse latet. Cuius rei testis nobis est is, qui γένος Θεοκρίτου scripsit, cuius verba Suidas in Lex. suum retulit. Quicunque vero scriptionis huius auctor fuit, videtur is satis antiquus esse, ut non sit causa, cur iis, quae tradit, fidem derogandam putes. Quid autem impulerit Theocritum, ut Simichidae nomen induerit, nescimus. Nam quod additum legimus: δοκεῖ γὰρ σιμός τις τὴν πρόσοψιν εἶναι, id videtur ad eas narrationes pertinere, in quibus fingendis scholiastae mirum in modum sibi placuerunt.

Simichidas duo secum habet amicos, Eucritum et Amyntam. Haec nomina, quod apud alios quoque poetas pastoritia sunt, facile intelligas non vera ipsorum hominum fuisse, sed ficta. Amicos tamen Theocriti per haec nomina significari, noli dubitare. Postulant hoc tam totius carminis ratio, quam ea, quae in viciniâ leguntur. In proximis enim subiicit se viam unâ cum iis suscepisse ad Phrasidamum et Antigenam. Horum quidem nomina nullo modo ficta esse possunt, siquidem poeta eos patre Lycopide usos esse tradit, atque originem suam eos repetere ait ab antiquissimâ et nobilissimâ in insulâ Cô familiâ, ab Chalcone et Clytiâ. Quid, quod generis eorum nobilitas cum aliquo verborum delectu ita laudatur: εἴ τί περ ἐσθλὸν χαῶν τῶν ἐπάνωθεν. In his igitur viris laudandis, qui ex inclutâ familiâ oriundi essent, vera ipsorum nomina poetam afferre debuisse iure contendas. Scholiastae vero auctoritatem, qui disertis verbis hoc

tradit (ᾗ νήσῳ ἐπιδημήσας ὁ Θεόκριτος ἐφιλιώθη Φρασιδάμῳ), non premam, quod non immerito a quoquam obiici posset eum hoc ex poetae verbis collegisse. — In viâ Lycidas aliquis, quem caprarium nominat *), iis obviam fit; ad cantum invitatus amores suos in Ageanactem puerum celebrat. Fuit vir doctus, qui contenderet illos versus minime habendos esse Theocriti, sed ipsius Lycidae, poetae alicuius, cuius carmen aliquod huic Idyllio integrum inseruerit Theocritus. Vid. Seebode Krit. Bibl. Vol. II. P. I. p. 181. Hanc vero opinionem, quam virum doctissimum hodie ipsum spreturum esse confido, argumentis idoneis refutavit Huschke in Analect. Litterar. p. 309. Tum fuerunt qui Lycidam illum ita nobis effinxerunt, ut verum aliquem hominem ante oculos tibi versari putaveris. Noverunt enim eius faciem atque vultum; iidem Bionis amicum eum fuisse sciunt. Unde vero haec omnia? Desumpta sunt ex Moschi loco, Idyll. III, 97. Sed haec mera somnia esse ostendit Naecke in iis, quae indici praelect. Bonnae 1828 habendarum praemisit; vid. Allgem. Schulzeit. 1828. 2. Abth. n. 100. Illi enim versus non Moschi sunt, sed Musuri; quamobrem omnia, quae eorum auctoritate nituntur, prorsus concidunt. Maiore fortasse iure ponas Lycidam unum ex Theocriti amicis fuisse, sed verum eius nomen a poetâ, nescio qua de causâ, taceri. Idem dixerim de Ageanacte puero et de pastoribus v. 71. altero Acharnense, altero Lycopitâ, et de Tityro v. 72. Permirum enim videtur epulis hominis Coi ornandis pastores ex diversis regionibus adhiberi, unde iure suspiceris his quoque nominibus veros homines significari, nec veros pastores, sed personatos (sit venia verbo). — Theocritus ipse, dum Lycidam ad canendum invitat, se poetam profitetur; sed cum laudabili modestiâ Sicelidâ Samio atque Philetâ se longe inferiorem esse addit. De utroque iam nobis dicendum. Primum de Philetâ. Fuit is insignis poeta, cuius disciplinâ cum multis aliis usus est Theocritus. Plurimum enim temporis Philetas scholae auctor fuit in insulâ Cô, quo studiorum causâ Theocritus se contulerat. Illum autem multo maiorem fuisse natu quam Theocritum probabile fit inde, quod veteres tradunt Philetam Philippi et Alexandri temporibus floruisse. Qui plura de Philetâ cognoscere cupit legat quae de eo in medium protulerunt Schneider Analect. crit. p. 5. Schweighaeus. Ind. in Athenae. p. 166. Fr. Iacobs. in Catalog. poet. Epigram. in Animadvv. Anthol. Gr. Vol. III. P. III. p. 934. **) — Alter, cuius tanquam insignis poetae mentio fit v. 40., est Asclepiades, qui a patre suo Sicelidas appellatur. Vide Mei-

*) de qua appellatione vide quae diximus in annot. ad v. 13.

**) Obiter corrigere liceat locum Choerobosci fol. 176. v. (Catal. bibl. Coislin.) τὸ αἰδὼς Φιλητᾶς (vulgo Φιλίππας), ὁ διδάσκαλος Θεοκρίτου, χωρὶς τοῦ ς προηνέγκατο, εἰπών· ἀγαθὴ δ' ἐπὶ ἤθεσιν αἰδώ.

nekii annotationem, quam ad v. 40. repeti curavimus. Fuit Asclepiades ille epigrammatum hymnorumque et fortasse etiam bucolicorum carminum auctor. Vid. Meleagr. Coron. 46., coll. Fr. Iacobs. Animadv. in Anthol. Gr. Tom. I. P. I. p. 12. Scholam aperuerat Sami, quae insulae Cô proxime adiacet. Quamobrem verisimile est Theocritum Asclepiadae quoque auditorem fuisse. Scholiastae de eâ re testimonium ob adiectum δοκεῖ haud multum valet. Locum tamen, quum Kiessl. quoque depravatum exhibuerit, ex Mansonis emendatione (praefat. ad Bion. p. XLIV.) correctum hîc adscribam: Ἀσκληπιάδην φησὶ τὸν Σάμιον, τὸν γράψαντα ἐπιγράμματα, οὗ δοκεῖ ἀκουστὴς γεγονέναι ὁ Θεόκριτος. Σικελίδας δὲ ἐκαλεῖτο πατρωνυμικῶς. Ceterum Asclepiadem iuniorem multo fuisse quam Philetam, et aequalem fere Theocrito, discimus ex epigrammate, quod in Berenices laudes scripsit et ex altero epigrammate, quo Cleopatram ἄνασσαν celebravit. Vid. Anthol. Gr. Tom. I. p. 144. et Fr. Iacobs. in Catal. poet. Vol. III. P. III. p. 864. Werfer in Actis Philol. Monac. Tom. II. Fascic. IV. p. 554. — Post Lycidae cantum suum incipit Simichidas s. Theocritus. Primum hic suum amorem memorans puellae nomen Myrto affert: quod utrum verum an fictum sit, haud scio, nec multum refert. Diutius enim immoratur in amore Arati canendo, qui in Philino puero laborabat, Molonemque quendam aemulum habebat, qui Philinum feliciore successu ambibat. Veram hîc nobis tradi rem veraque personarum nomina nobis exhiberi, ex his, opinor, patebit. Scholium ad v. 125. legitur paucissimorum quidem verborum, sed maximi pretii: Μόλων καὶ Σίμων, Ἀράτου ἀντέρασται. Additum enim Simonis nomen certissimum indicium est rei, non excogitatae, ut fit, a Scholiastâ, sed acceptae et desumptae ex antiquiore auctore, quem Munatum, antiquum Theocriti interpretem, fuisse suspiceris, cuius in Schol. quoque ad v. 106. mentio fit. Quis Molon ille fuerit, vix eruas. Memoratur Molon aliquis apud Strabon. XIV. p. 451. et p. 454., qui cum Apollonio, cui cognomen Mollis fuit, Rhodi vixerit. Hunc Molonem ne intelligas, vetat temporum ratio: eo enim Molone, quem Theocritus novit, longe iunior est. Cf. Weichert. über den Apollon. Rhod. p. 45. De Simone ut dicam, videtur is idem esse, quem Strabo XIV. p. 452. Simum dixit. Fuit is clarus Coi medicus et unâ cum Philetâ a Strabone nominatur: οὗτος δὲ δή ἐστι τῶν ἐνδόξων Κῷος ἀνὴρ καὶ Σῖμος ὁ ἰατρός, Φιλητᾶς τε ἅμα ποιητὴς καὶ κριτικός. Cur Simonem et Simum eundem habeam, causa est, quod haec nomina et apud Strabonem (cf. Libr. XII. p. 573. Libr. VII. p. 316) et apud alios scriptores saepe confunduntur. Vid. Interpp. ad Athenae. XIV. p. 620. d. Tom. VII. p. 363. Schweigh. Coray ad Nicol. Damasc. p. 378. Ceterum alius Simon, item medicus, qui Seleuci aequalis fuerit, memoratur apud Diogen. Laert. Libr. II. §. 123. — Aratus vero est nobilissimus τῶν φαινομένων poeta, quem Theocriti amicum fuisse ex

Idyllio sexto, quod ei inscriptum est, satis constat. Quod si ea, quae de Phileta, Simone, Arato, Theocriti amico, adhuc diximus, coniuncta consideraveris, haud improbabile tibi videbitur, quod contendimus, Aratum etiam in insulâ Cô fuisse, Philetae fortasse famam sequutum. Quod ut statuamus, accurata aliquot locorum huius Idyllii interpretatio nos impellit. Versu 97. Aratum intimum amicum Theocritus appellat, et v. 119. eundem hospitem suum dicit, cuius Philinum non misereat. Tum v. 122. amici fortunae consortem se nominat, ita ut unâ cum eo ante pueri fores vigilaverit. Tandem amico suadet v. 126., ut puerum mittat. Haec quidem omnia ita expressa sunt, ut de dictorum veritate minime liceat dubitare. Quae si recte a nobis disputata sunt, Aratum habes Philetae discipulum, Theocriti commilitonem. — Communis utriusque amicus, qui tam a morum integritate commendatur, quam ob poeticam facultatem laudatur, est Aristis, qui v. 99. ad partes vocatur. Quis hic fuerit, nescimus. Verum autem nomen nos tenere docet alius Aristis, qui inter Aristarchi discipulos nominatur. Vid. Meineke in annot. ad h. v.

Ut iam nomina eorum, qui in hoc carmine laudantur vel commemorantur certe, sub unum conspectum ponamus, sunt haec: Asclepiades et Philetas, praeceptores Theocriti, Antigenes et Phrasidamus, Coi, Theocriti hospites, Aratus et Aristis, Theocriti sodales et amici, Molon, atque Simon, qui certo Scholiastae testimonio affertur, Arati in amore aemuli. Haec quidem nomina, ut apparet, sunt vera hominum, de quibus aliunde nobis constat. Praeterea nominantur Simichidas, Theocritus ipse, Eucritus et Amyntas, viae socii, Lycidas, qui Theocrito in itinere obviam factus fingitur, Ageanax, eius amasius, Myrto, amata a Theocrito puella, Philinus, Arati puer. Quorum nomina partim ficta videntur, licet res, quae de iis traduntur, minime sint in dubium vocandae. Carmen igitur hoc inprimis est memorabile, ut in quo veros homines inducat Theocritus et res vere factas nobis describat.

Sed quaeras, quo consilio id fecerit. Non licet enim opinari hoc carmen ad plurimorum aliorum Theocriteorum referendum esse genus, quae nihil aliud spectant, quam ut suavi vitae pastoralis descriptione lectorum animos oblectent; aliud potius consilium altius atque tectius prudenti poetae putabimus fuisse. Quale id fuerit, sponte sua apparere arbitror. Poetae finis erat, ut laudes caneret praeceptorum, condiscipulorum, familiarium, quibus in insulâ Cô utebatur. Illo tempore memorabilis illustrium virorum coniunctio erat Coi, per quos, praeeunte Philetâ, literae haud parum promovebantur. Hos quidem, quos omnes bene atque familiariter noverat Theocritus, par fuit ut celebraret, aeque atque eos, quorum hospitalitatem atque officiosam urbanitatem expertus est, dum ibi commemorabatur. Hic tamen occurrendum videtur dubitationi alicui, quam forte quis movere possit. Erunt

enim qui dicant se mirari, quod Theocritus, si monumentum aliquod pietatis atque amoris, quo familiares suos prosequutus fuerit, hoc carmen exstare voluerit, non disertius praedicaverit has laudes. At reputemus necesse est, quod de plurimis Pindari quoque aliorumque simili consilio compositis carminibus valet, ea scripta esse non nobis, qui hominum temporumque rationem non tenemus, sed aequalibus, qui quae obscurius etiam vel tectius paullo significata erant probe intelligebant et digitis quasi callebant.

Praeter primarium illud consilium, quod in laudandis et praeceptoribus et amicis positum est, aliud etiam, haud dixerim datâ operâ, assequutus est poeta. Versibus 42 — 50., postquam Lycidam excitavit Theocritus, ut cantum aliquem, quem meditatus sit, in medium proferret, Lycidas, dum amici modestiam laudat, perversam multorum ridet rationem, qui ab Homeri, vatis illius, qui nil molitur inepte, vestigiis longe recedentes in iustam incurrerent reprehensionem. Hoc in unum aliquem poetarum tum viventium dictum ne putes; Apollonium Rhodium certe, quod Weichert. volebat de vitâ Apollon. p. 45., non intelligendum esse, temporum ratio, ut mox ostendemus, docet; sed latius patere voluit auctor vim huius dicti, omnesque eos intellexit, qui, quod Alexandriae quidem saepissime fiebat, doctrinam putidam affectantes naturam atque veritatem desererent.

Una superest haud minoris momenti quaestio de tempore, quo scripserit Theocritus hoc Idyllium. Eum admodum iuvenem hoc carmen composuisse tota eius indoles atque adumbratio prodit. Quod quum statuo, assentientem habeo Eichstadium, virum acutissimum et subtilissimo harum rerum sensu praeditum. Vid. eius Adumbrat. quaest. de carmin. Theocr. indole p. 8. Neque immerito suspiceris iam scriptum esse, quum Theocritus adhuc in insulâ Cô versaretur. Hoc enim si ponimus, eum, quem exposuimus, finem optime poetam assequi potuisse elucet. Praesens igitur, si recte auguramur, praesentibus scripsit; pro omni, quâ utebatur, amicorum benivolentiâ, eis gratias refert iustasque laudes tribuit, illâ etiamnum fruens, quo magis se commendaret et recenti adhuc memoriâ beneficia illa repeteret. Praeterea tam rerum expositarum quam locorum descriptorum ratio idem evincunt. Nam quae amoeni in amici praedio loci exhibetur descriptio sub finem v. 132 — 147., adeo est vivida ipsamque regionis naturam tam veris depingit coloribus, ut poetam non poeticam facultatem periclitari, sed imaginem ad vivum expressam exhibere voluisse certum sit. Eo pertinet etiam mentio sepulcri Brasidae, v. 11., quod versus certe ratio non protulit. Ut vero tempus accuratius definiamus, septimum hoc Idyllium a Theocrito, qui non ita multo post annum 284 (Olymp. 124, 1.) Alexandriam se contulisse videtur (vide Spohn Lectt. Theocr. Spec. I. p. 6.), ante illud certe tempus conscriptum esse, cum summâ veritatis specie nobis contendere posse videmur.

Inscriptum est carmen *Θαλύσια*. Qui praeter hunc praefigi solebat titulus *ἡ ἐαρινὴ ὁδοιπορία*, ne tempori quidem, quo Thalysia celebrabantur, respondet. Auctor Etymol. Magn. p. 273, 38. testatur Amarantum, veterem Theocriti commentatorem, huius Idyllii inscriptionem attulisse hanc: *εἰδύλλιον Θεοκρίτου, οὗ ἡ ἐπιγραφὴ Λυκίδας ἢ Θαλύσια.*

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΕΒΔΟΜΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.

Ἐπιγράφεται τὸ μὲν εἰδύλλιον τοῦτο Θαλύσια· τὰ δὲ πράγματα ἐν Κῷ. Ἐπιδημήσας γὰρ τῇ νήσῳ ὁ Θεόκριτος, ὅτε πρὸς Πτολεμαῖον εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἀπῄει, φίλος κατέστη Φρασιδάμῳ καὶ Ἀντιγένει, Λυκωπέως υἱοῖς· καὶ κληθεὶς ὑπ' αὐτῶν εἰς ἀγρὸν ἐπὶ Θαλύσια Δήμητρος, ἄπεισι μετὰ Εὐκρίτου καὶ Ἀμύντου· ὅθεν καὶ διηγεῖται, ὡς καθ' ὁδὸν ἐντυγχάνει Λυκίδᾳ τῷ Κυδωνιάτῃ ἐκ Κρήτης, καὶ ὅπως ἀλλήλοις ὁμιλοῦντες διεξήρχοντο τοὺς ἑαυτῶν ἔρωτας. Ἤρα δὲ ὁ μὲν Λυκίδας παιδὸς Ἀγεάνακτος Μιτυληναίου· ὁ δὲ Θεόκριτος Μυρτοῦς. Λαμβάνει δὲ ὁ Θεόκριτος λαγωβόλον παρὰ Λυκίδου, καὶ οὕτω χωρίζονται.

ΑΛΛΩΣ.

Ἐπιδημήσας ὁ Θεόκριτος ἐν Κῷ, ἐφιλιώθη Φρασιδάμῳ καὶ Ἀντιγένει, τοῖς Λυκωπέως υἱοῖς· κληθεὶς δὲ ὑπ' αὐτῶν ἐπὶ Θαλύσια Δήμητρος, ἄπεισι μετὰ Εὐκρίτου καὶ Ἀμύντου, οὐχ, ὡς Μούνατός φησι, μετὰ Φρασιδάμου καὶ Ἀντιγένους, τῶν καλεσάντων αὐτόν.

ΘΑΛΥΣΙΑ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ ζ'.

Ἧς χρόνος ἁνίκ' ἐγών τε καὶ Εὔκριτος ἐς τὸν Ἅλεντα
Εἵρπομες ἐκ πόλιος, σὺν δὲ τρίτος ἅμμιν Ἀμύντας·
Τᾷ Δηοῖ γὰρ ἔτευχε θαλύσια καὶ Φρασίδαμος,
Κ' Ἀντιγένης, δύο τέκνα Λυκώπεος, εἴ τί περ ἐσθλὸν

Idyll. VII. 2. σὺν δὲ τρ.] Apollon. de pron. p. 312. C. σὺν καί, quod defendit Gerhard. in Lectt. Apoll. et recepit Boisson. Ex eiusdem libro de synt. p. 81: Hermann. reponi iubet ἄμιν, quod Boiss. exhibere voluit ἀμίν scribens.

3. καί] alii ὁ, in his Draco Straton. p. 48, 11.

4. ἐσθλόν] Boisson. ex duobus codd. ἐσλόν hic et XVI, 14. Haec tamen forma rectius Pindaro relinquenda.

Idyll. VII. 1. De Halente fluvio vid. Argument.

3. τᾷ Δηοῖ] Thalysia festum in honorem Cereris et Bacchi post comportatas fruges celebratum. Menand. rhet. περὶ λαλιᾶς (debeo hunc locum Meursio in Graeciâ feriatâ. In editis eum reperire non potui), τῶν λόγων ἀπαρχὰς ἀνατιθεὶς τῇ πατρίδι καὶ τοῖς πολίταις, ὥςπερ τῇ Δήμητρι καὶ τῷ Διονύσῳ οἱ γεωργοὶ τὰ θαλύσια. Dionysus enim arationis auctor celebratur. Diodor. III, 5. καὶ ἀρότου καὶ σπόρου πολλοὶ τὸν θεὸν (Bacchum) ἀρχηγὸν γεγονέναι νομίζουσι. Fortasse tamen Thalysia diversa pro diversis locis celebrabantur, ut nunc Theocritus in descriptione festi, in insulâ Cô peracti, Cereris tantum mentionem recte fecerit. — De Thalysiis vid. Spanhem. ad Callim. hymn. in Cerer. 20. et 137. Voelcker. in der Krit. Bibliothek. Neue Folge, 1828. nro. 2. p. 11.

4. εἴ τί περ ἐσθλ.] τοὺς ἐσθλοτάτους ἀπὸ Κλ., viros praestantissimos, oriundos ex Clytiâ et Chalcone. Sed fortius superlativus per εἴ τι exprimitur: viros optimos si qui boni descendunt ex Cl. Vid. Theocrit. Epigr. XVI, 4. ibique annot. Pflugk. ad Eurip. Androm. 8. Matth. Gr. Gr. §. 617. e. p. 1250. — Tum observa neutrum adiectivi εἴ τι ἐσθλόν de personâ usurpatum. Vid. eiusdem Matth. Gr. Gr. §. 442. not. 4. p. 828. Bernhardy Syntax p. 430. — Tandem ἐσθλός de iis, qui nobili loco nati iidemque virtutis laude insignes sunt, accipiendum. Vid. Pflugk. ad Eurip. Hecub. 380.

Χαῶν τῶν ἐπάνωθεν, ἀπὸ Κλυτίας τε καὶ αὐτῶ
Χάλκωνος, Βούριννας ὃς ἐκ ποδὸς ἄνυε κράναν,
Εὖ γ' ἐνερεισάμενος πέτρᾳ γόνυ· ταὶ δὲ παρ' αὐτὰν
Αἴγειροι πτελέαι τε ἐΰσκιον ἄλσος ἔφαινον,
Χλωροῖσιν πετάλοισι κατηρεφέες κομόωσαι.
Κοὔπω τὰν μεσάταν ὁδὸν ἄνυμες, οὐδὲ τὸ σᾶμα
Ἀμῖν τῶ Βρασίλα κατεφαίνετο, καί τιν' ὁδίταν

8. ἔφαινον] elegans Heinsii inventum ὕφαινον multis placuit et nuper probatum est a Burges. in Ephem. Classic. Tom. XXVI. p. 123. Etiam Boisson. se hanc coniecturam recepturum fuisse testatur, modo unus saltem codex eam confirmaret. Praeterea Burgesius ad hiatum duriorem evitandum coniecit τ' εὐ σύσκιον.

5. χαῶν] χαός non recte, monente Passovio in Lex. s. v., intelligitur de maioribus; sunt enim nobiles, probi; antiqui temporis notio demum inest in adiectis vocibus οἱ ἐπάνωθεν. Pro χαός etiam χάϊος idque frequentius dicitur. Vid. Lobeck. ad Phryn. p. 404. — αὐτῶ, illo, nobili sc. viro. Sic αὐτός et ἐκεῖνος haud raro ponuntur.

6. Χάλκωνος] Chalcon Theocriteus idem esse videtur, qui ab Apollod. II, 7. 1. Chalcedon appellatus, Herculi, insulam Co invadenti, vulnus inflixisse dicitur. — Βούριννας. Vario modo hic fons appellatur. Βούριvναν cum Theocrito dicit Antimachus apud Galen. Antidot. Lib. I. p. 429., qui locus a Schellenbergio omissus tractatur a Wesseling. ad Diodor. XVIII. c. 56. Vol. II. p. 299. Ex illo Antimachi versu simul discimus Aesculapio sacrum fuisse hunc fontem. Βούρειαν lectionem, corruptam haud dubie, affert Scholiast. Idem, Νικάνωρ δὲ ὁ Κῶος, ait, ὑπομνηματίζων Βύῤῥιν τὴν κρήνην λέγει. Philetas tandem appellat Βορίναν. Vid. Kaiser. Fragment. Philet. p. 65. — ἐκ ποδός, i. e. ποδί, pede. Cf. Matth. Gr. Gr. §. 396. not. 2. p. 726. Pari modo Hercules apud Apollon. Argon. IV, 1445. fontem elicit, rupem pede feriens. Ἦν δ' ἄρα τις πέτρη ..., Τὴν ὅγ' ἐπιφρασθείς, ἢ καὶ θεοῦ ἐννεσίῃσι, Λὰξ ποδὶ τύψεν ἔνερθε· τὸ δ' ἀθρόον ἔβλυσεν ὕδωρ, ubi ἐπιφρασθείς secus vertunt cognoscens, quum significet suâ prudentiâ, suo consilio. Etiam Aesopus solo pede percusso fontem Pirenen ex monte elicuit. Vid. Animadv. in Anthol. Gr. Tom. II. P. II. p. 335. et annotat. ad Delect. Epigramm. p. 361. Neque absimilis est narratio de origine fontis Amymones apud Apollod. II, 1, 4.

8. αἴγειροι πτελέαι τε] eaedem arbores infra v. 136. in fontis vicinitate commemorantur. Populi enim aquosas regiones amant. Ovid. Rem. Amor. 141. quam platanus vino gaudet, quam populus undâ. Similis loci amoeni et umbrosi ad fontes descriptio est apud Satyr. Thuill. Epigr. III. Vid. Anim. ad Anth. Tom. II. P. II. p. 305.

9. κατηρεφέες] recte monet Koeppen ad Hom. Il. I, 45. omnia adiectiva ex ἐρέφω composita, significare tegmen in modum arcus curvatum. Versum igitur hunc sic intelliges: deren dichte Blätter ein grünes Laubdach wölben. Adde de adiectivo κατηρεφής Gesnerum ad Orphei Argon. 917. Kiessling. — Hinc eiusmodi tectum, nexu frondium efformatum, ὄροφος δένδρων vocatur. Apud Coluth. v. 122. est ὑψόροφος φυτῶν καλύπτρη. Vid.

Ἐσθλὸν σὺν Μοίσαισι Κυδωνικὸν εὕρομες ἄνδρα,
Ὤνομα μὲν Λυκίδαν, ἦς δ' αἰπόλος· οὐδέ κέ τίς μιν
Ἠγνοίησεν ἰδών, ἐπεὶ αἰπόλῳ ἔξοχ' ἐῴκει.
Ἐκ μὲν γὰρ λασίοιο δασύτριχος εἶχε τράγοιο
Κνακὸν δέρμ' ὤμοισι, νέας ταμίσοιο ποτόσδον·
Ἀμφὶ δέ οἱ στήθεσσι γέρων ἐσφίγγετο πέπλος
Ζωστῆρι πλακερῷ· ῥοικὰν δ' ἔχεν ἀγριελαίω

11. **Βρασίλα**] **Valcken.** **Βρασίδα, quod unus codex firmare videtur.**

12. **Κυδωνικὸν**] **Kiessl. Κυδωνιόν.**

annot. ad Achill. Tat. I, 1. p. 395.

10. *τὰν μεσάταν ὁδόν*] Cf. Id. II, 76. — *τὸ σᾶμα.* Quum mortuorum monumenta saepe iuxta viam erigerentur, veteres iis ad itineris spatia designanda utebantur. Virgil. Eclog. IX, 59. Hinc adeo media est nobis via; namque sepulcrum Incipit apparere Bianoris, ubi vide Vossii annotationem. — *καί.* Nota particularum *οὔπω* ... *καί* se excipientium significationem: nondum ... quum. Xenoph. Cyrop. I, 4, 28. *Καὶ ὁδόν τε οὔπω πολλὴν διηνύσθαι αὐτοῖς καὶ τὸν Μῆδον ἥκειν πάλιν ἱδροῦντι τῷ ἵππῳ.* Cf. Viger. p. 523.

12. *σὺν Μοίσαισι*] beneficio Musarum. Cf. Id. II, 28. Pindar. Olymp. XIV, 7. *σὺν γὰρ ὑμῖν τὰ τερπνὰ καὶ τὰ γλυκέα γίγνεται πάντα βροτοῖς.* Ad sensum comparari potest ex Meleagri Epigr. XXXVII, 1. *τὸν σοφὸν ἐν Μούσαις,* ex eiusdem Epigr. CXXIII, 16. *κὴν Μούσαις ποικίλος ὑμνοθέτας.* Vid. Anim. in Anthol. Tom. III. P. I. p. 314. — *Κυδωνικόν,* Cretensem. Cydon urbs fuit in insulâ Cretâ, quae hodie Canea putatur.

13. *Λυκίδαν*] vid. Argument. — Eum caprarium dici noli mirari. Multo honestior haec appellatio quam vulgo credunt. *αἰπόλος* enim et *βωκόλος* non tantum caprarum et boum pastores designant, sed etiam poetam bucolicum significare coeperunt. Sic Bion apud Mosch. Id. III, 13. audit *βωκόλος.* Vid. van Lennep. de Daphn. Amor. in Comment. Tert. Class. Instit. Belg. Vol. II. p. 161.

15. *εἶχε — ὤμοισι*] i. e. *ἀμφὶ ὤμοισι.* Homer. Il. I, 45, *τόξ' ὤμοισιν ἔχων.* Cf. Bernhardy Synt. p. 80. — *δασύτριχος.* Agath. in Anthol. Pal. p. 146. nro. 32. *δασυχαίταν τράγον.*

16. *ταμίσοιο ποτ.*] *τάμισος* i. q. *πυτία,* coagulum. Pellis redolebat recens coagulum, quo subactum et apparatum fuerat. Kiessl. — Sed coagulo pelles fuisse subactas mihi aliunde non innotuit. Num fortasse *ποτόσδων,* quod aliquot codd. exhibent, legendum?

17. *γέρων*] pro *γεραιός,* ut apud Homerum *γέρον σάκος.* Conferri potest Latinorum anus, ut charta anus apud Catull. LXVIII, 46., terra anus apud Plin. hist. nat. XVII, 5, 5. — *πέπλος,* non pallium vertendum est, sed paenula. Notandum vero *πέπλος* hic de virili veste dictum. — *ἀμφὶ στῆθος ἐσφ.* Iuno ἑανῷ se amiciens *χρυσείῃς δ' ἐνετῇσι κατὰ στῆθος περονᾶτο.* Hom. Il. XIV, 180.

18. *ῥοικάν*] de adiectivo *ῥοικός* vid. Liebel. ad Archiloch. p. 114 sq. — *ἀγριελαίω* ... *κο-*

Δεξιτερᾷ κορύναν, καί μ' ἀτρέμας εἶπε σεσαρώς
Ὄμματι μειδιόωντι — γέλως δέ οἱ εἴχετο χείλευς —
Σιμιχίδα, πᾷ δὴ τὺ μεσαμέριον πόδας ἕλκεις,
Ἁνίκα δὴ καὶ σαῦρος ἐφ' αἱμασιαῖσι καθεύδει,
Οὐδ' ἐπιτυμβίδιοι κορυδαλλίδες ἠλαίνονται;
Ἦ μετὰ δαῖτα κλητὸς ἐπείγεαι; ἤ τινος ἀστῶν

22. ἐφ' αἱμασ.] haec est vulgata lectio; quattuor codd. ἐν, quod recepit Boisson.; Valcken. ὑφ' αἱμ.

ρύναν, scipionem ex oleastro. Pindar. Olymp. VII, 50. σκάπτω ... σκληρᾶς ἐλαίας. Sophocl. Trach. 1186. πολλὸν δ' ἄρσεν' ἐκτεμόνθ' ὁμοῦ ἄγριον ἔλαιον, ubi vid. Hermann. Apollon. Rhod. IV, 1439. στιβαρὸν δ' ἔχεν ὄζον ἐλαίης. Cf. Anim. ad Anthol. Gr. Tom. III. P. II. p. 426.

19. ἀτρέμας] coniunge cum σεσαρώς. — σεσαρώς, leniter ridens. Errant in voce σεσαρώς explicandâ et Wakefield. in Silv. Crit. I. p. 47., qui notionem malevolentiae dolive in ea inesse statuit, et Kiessl., qui hoc participio oris habitum Lycidae, utpote incultioris hominis, exprimi censet. Propria verbi σεσηρέναι significatio ea est, ut de omnibus dicatur, qui labiis diductis dentes ostendunt, sive homines sint, sive canes. Hinc de calvis apud Philostr. p. 842, 25. et translate ad res, apud Nonn. Dionys. II, 242. ἀνοιγομένοιο δὲ κόλπου Χάσματι κοιλαίνοντο σεσηρότι φωλάδες εὐναί. Est igitur in hoc verbo expressa quaedam risus significatio, quae ut locum habere potest in irridendo (vid. Synes. p. 239. B.), ita non necessario ironia ei inest. Certe nullum irrisionis vestigium in risu adulatorum regi suo sponte et ex longinquo arridentium Max. Tyr. Diss. VI, 7. κολάκων ἐσμοὶ καὶ θίασοι, σεσηρότων καὶ σαινόντων καὶ ἐπ' ἄκρᾳ τῇ γλώττῃ τὸ φιλεῖν ἐχόντων, neque in signo Veneris apud Lucian. Amor. cap. 13. σεσηρότι γέλωτι μικρὸν ὑπομειδῶσα, ubi Venerem agnoscis φιλομμειδῆ. Quid? quod coniungitur cum γελᾶν. Plutarch. Apophth. p. 223. C. Cleomenem narrat ἐκλιπεῖν τὸν βίον γελῶντα καὶ σεσηρότα, ubi hoc alterum serenum atque placidum vultum significat. Vid. Wyttenbach. ad Plut. de rectâ aud. rat. p. 46. D. in Animadv. in Opp. Mor. Tom. VI. P. I. p. 399. Fr. Iacobs. ad Achill. Tat. p. 399. Ut ad Theocriteum locum revertar, Lycidas amicos obviam sibi factos alloquitur ἀτρέμ. σεσαρὼς ὄμ. μειδ., placido vultu et ad ridendum composito. Quem oris habitum eum non nunc sumsisse, sed semper fere ostendisse significant sequentia γέλως δὲ εἶχ. χείλευς, risus ille tenebat labia, i. e. conspici solebat in eius labiis. Nempe non oculis et fronte ridebat, sed solebat παντὶ προσώπῳ. Diversum illud Homer. Il. XV, 103. de Iunone, ἡ δ' ἐγέλασσεν Χείλεσιν· οὐδὲ μέτωπον ἐπ' ὀφρύσι κυανέῃσιν Ἰάνθη, ubi Iuno prae irâ labiis tantum diductis risisse dicitur.

21. μεσαμέριον] tempore meridiano. In hac loquendi ratione articulus omitti solet. Vid. Animadv. in Anthol. Gr. Tom. I. P. I. p. 46. — πόδας ἕλκεις, lento gressu incedis, tam ob solis ardorem, quam quod festinationis causam non habet. Eurip.

Λανὸν ἐπιθρώσκεις; ὡς τεῦ ποσὶ νεισσομένοιο
Πᾶσα λίθος πταίοισα ποτ' ἀρβυλίδεσσιν ἀείδει.
Τὸν δ' ἐγὼ ἀμείφθην· Λυκίδα φίλε, φαντὶ τὺ πάντες
Ἔμμεν συρικτὰν μέγ' ὑπείροχον ἔν τε νομεῦσιν,
Ἔν τ' ἀμητήρεσσι· τὸ δὴ μάλα θυμὸν ἰαίνει
Ἁμέτερον· καί τοι, κατ' ἐμὸν νόον, ἰσοφαρίσδεν

23. *ἠλαίνονται*] sunt qui ex Schol. et ed. Flor. *ἠλαίνοντι* corrigant.

28. *συρικτάν*] alii *συριγκτάν*. Vid. Anim. in Anthol. Tom. III. P. I. p. 226.

Phoeniss. 811. *γῆρα τρομερὰν ἕλκω ποδὸς βάσιν*. Cf. Voss. ad Virgil. Eclog. IX, I.

22. *σαῦρος*] Virgil. Eclog. II, 9. nunc virides etiam occultant spineta lacertos. — *ἐφ' αἱμ.*, ad maceriam, in vacuis intervallis.

23. *ἐπιτυμβ.*] alaudae galeritae sive cassitae (Haubenlerchen), quod cristam in capite habent. — *ἠλαίνονται*. Offendunt nonnulli viri docti in medii formâ. Sed eam recte se habere puto; videtur enim eodem iure dici potuisse quo *ἀλάομαι* et alia.

25. *ὡς — ἀείδει*] quantopere quivis lapis offendens ad soleas, te festinante, sonitum edit. Vulgo non recte capiunt *ὡς*, nam vertentes. — *τεῦ νεισσομ.* sunt genitivi absoluti. Cf. Il. I, 46. *ἔκλαγξαν δ' ἄρ' ὀϊστοὶ ἐπ' ὤμων χωομένοιο, Αὐτοῦ κινηθέντος*. — *ποσὶ* vero ex abundantiâ quâdam hic adiectum, ut alibi *ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν*. Vid. Schaef. ad h. l. Wuest. — Observandum derivata haec videri ex Hesiod. Theog. 70. *ἐρατὸς δὲ ποδῶν ὕπο δοῦπος ὀρώρει, Νισσομένων*; quum contra Nicetas III, 198. Theocritum expresserit. F. I.

26. *ἀρβυλ.*] *ἀρβυλίδες* s. *ἀρβυλαί* calceamenti genus est, quo utebantur iter facientes. Vid. Stanl. ad Aeschyl. Agam. 953. Tom. III. p. 237. ed. Buttler. Blomfield. in Glossar. ad v. 917. Casaubonus quidem putat calceamentum clavis ferreis suppactum fuisse. Vocantur etiam *βλαύτια*. Anim. in Anthol. Tom. I. P. II. p. 96. — *ἀείδει*. Mirâ suavitate Graeci condiunt sermonem eo, quod multa verba, quae de humanâ aliquâ arte aut virtute proprie adhibentur, ad res inanimatas naturae transferunt. Quemadmodum *ἀείδειν* h. l. de lapide dictum est, ita de pinu apud Mosch. Id. V, 8. *ἢν πνεύσῃ πολὺς ὥνεμος, ἁ πίτυς ᾄδει*. Statim in primi Idyllii initio dixit Theocritus *ἁ πίτυς μελίσδεται*, ad quem locum cf. annot. Nec minus id placet in veterum linguis, quod saepe non diversas habent voces de hominum et animalium naturâ. Sic, ut uno defungar exemplo, Herod. III, 55. *φθέγγεσθαι* de equorum hinnitu adhibet. Cf. notata ad Id. XXV, 104. ad Epigr. VI, 3.

29. Gaudet fistulatorem, uti fama erat, optimum adesse, quocum certare possit, ipse, ut putabatur, optimus. Modestius vero loquens dicit, spem sibi esse, fore, ut alteri haud cedat. — *ἔλπομαι*. Per modestiam quandam sermonis *ἔλπομαι* infertur post *κατ' ἐμὸν νόον*. Similia ex Platone exempla attulit Stallbaum. ad Phaedon. p. 31. ad Protagor. p. 113. Ita post *οἶμαι* positum est *δοκῶ*. Eurip. Alcest. 581. Vid. Heind. ad Platon. T. IV. p. 306.

Ἕλπομαι· ἁ δ' ὁδὸς ἅδε Θαλυσιάς· ἦ γὰρ ἑταῖροι
Ἀνέρες εὐπέπλῳ Δαμάτερι δαῖτα τελεῦντι,
Ὄλβω ἀπαρχόμενοι· μάλα γάρ σφισι πίονι μέτρῳ
Ἁ δαίμων εὔκριθον ἀνεπλήρωσεν ἀλωάν.
Ἀλλ' ἄγε δή, ξυνὰ γὰρ ὁδός, ξυνὰ δὲ καὶ ἀώς,
Βωκολιασδώμεσθα· τάχ' ὥτερος ἄλλον ὀνασεῖ.
Καὶ γὰρ ἐγὼ Μοισᾶν καπυρὸν στόμα, κἠμὲ λέγοντι
Πάντες ἀοιδὸν ἄριστον· ἐγὼ δέ τις οὐ ταχυπειθής,

31. *ὁδὸς Θαλυσιάς*] nota adiectivum *Θαλ.* pro *ὁδὸς εἰς* vel *πρὸς τὰ Θαλύσια*. Loquendi ratio est similis ei, de qua dicemus ad Id. VIII, 53. Cf. Id. V, 110.

34. *εὔκριθον*] multo hordeo replevit. In *εὔκριθος* est prolepsis, quum *ἀλωά* tum demum sic appellari possit, quando *ἀναπεπλήρωται*. Cf. annot. ad Id. II, 112. Hordeum vero pro quovis frumento dictum, nisi forte Cos abundabat hordeo. — Addaeus Anthol. Palat. VI, 258. ad Cererem *πολύσωρον· σὺ δὲ Κρήδωνος ἄρουραν Πᾶν ἔτος εὔκριθον καὶ πολύπυρον ἄγοις.*

35. *ξυνὰ γὰρ ὁδός*] via nobis communis, ut ipse dies, i. e. hodie unâ versantes viae taedium canendo fallamus. Apollon. Rhod. III, 173. *Ξυνὴ γὰρ χρειώ. ξυνοὶ δέ τε μῦθοι ἔασι Πᾶσιν ὁμῶς.* Alter Apollon. locus, a Fr. Iacobsio allatus, est I, 336. *ἀλλά, φίλοι, ξυνὸς γὰρ ἐς Ἑλλάδα νόστος ὀπίσσω, Ξυναὶ δ' ἄμμι πέλονται ἐς Αἰήταο κέλευθοι.* — *ἀώς* pro toto die dictum. Vid. Musgrave ad Eur. Alcest. 316. ad Troad. 855. Heyne ad Il. VIII, 1. Merrick. ad Tryphiod. 210. (p. 220. Wernicke), Northmore ad eund. loc.

36. *ὥτερος ἄλλον*] pro *τὸν ἕτερον*. Vid. Schaefer. ad Id. VI, 46. Id. XXIV, 61. *τὸν ἄλλον* pro *τὸν ἕτερον* dictum est. — *ὀνασεῖ* vulgo exponunt: fortasse alterum alter oblectaverit; quae interpretatio ob ea, quae sequuntur, minus apta videtur. Equidem hunc locum ita capio: fortasse alter ab altero aliquid discat. Pastores enim quum convenissent plures, quae meditati fuerant carmina inter se communicabant. Saepius vero *ὀνίνημι* et *ὄνασθαι* usurpatur de fructu, quem ex alicuius institutione vel disciplinâ percipimus, ita tamen, ut oblectationis notio non excludatur. Aelian. Var. Hist. XII, 25. *ὤναντο Ὀδυσσεὺς Ἀλκίνου κ. τ. λ. ... καὶ οἱ Πυθαγόρειοι Πυθαγόρου ὤναντο ... Λεύκολλος Ἀντιόχου τι ὤνατο ..*, in quo quidem loco promiscue usurpantur *ὄνασθαι* et *ἀπολαύειν*.

37. *καπυρὸν στόμα*] argutum, facetum os. Schneider. in Lex. s. v. apte comparat *κραμβότατον στόμα* apud Aristoph. Equit. 536. Moschi locum, Id. III, 94. huc trahere noli, siquidem spurius est. Vid. Argument. — Quod Lycidas dicit se Musarum *στόμα* esse, neque id inusitatum. Mosch. Id. III, 73. Homerum nominat *τῆνο τὸ Καλλιόπας γλυκερὸν στόμα*. Inprimis comparandum Anthol. Pal. VII, 4. *Πιερίδων τὸ σοφὸν στόμα, θεῖον Ὅμηρον.* Ibid. VII, 75. *ζαπληθὲς ἀμετρήτου στόμα Μούσης.* Expressit Theocriti locum Virgil. Eclog. IX, 32 — 36. et me fecere poetam Pierides: sunt et mihi carmina; me quoque

Οὐ Δᾶν· οὐ γάρ πω, κατ' ἐμὸν νόον, οὔτε τὸν ἐσθλὸν
Σικελίδαν νίκημι τὸν ἐκ Σάμω, οὔτε Φιλητᾶν
Ἀείδων· βάτραχος δὲ ποτ' ἀκρίδας ὥς τις ἐρίσδω.
Ὣς ἐφάμαν ἐπίταδες· ὁ δ' αἰπόλος, ἀδὺ γελάξας,
Τάν τοι, ἔφα, κορύναν δωρύττομαι, οὕνεκεν ἐσσὶ
Πᾶν ἐπ' ἀλαθείᾳ πεπλασμένον ἐκ Διὸς ἔρνος.
Ὥς μοι καὶ τέκτων μέγ' ἀπέχθεται, ὅςτις ἐρευνῇ
Ἶσον ὄρευς κορυφᾷ τελέσαι δόμον Εὐρυμέδοντος,

46. Εὐρυμ.] vulgo Ὠρομέδοντος. Vide annotat.

dicunt Vatem pastores, ubi vide Voss. p. 463.

38. ἐγὼ δέ τις οὐ ταχ.] imitatus est haec Agath. Epigr. XXI, 7. ἐγὼ δέ τις ὡς βραδυπειθής. Animadv. in Anthol. Tom. III. P. I. p. 65. Virgil. l. c. sed non ego credulus illis.

40. Σικελίδαν] recte Scholiastes Asclepiadem Sicelidam appellari observat, quod patre usus fuerit Sicelidâ. Quem patronymicorum usum attigit etiam Schol. Pindar. Pyth. VI, 4. εἴ τις οὖν τὸν τοῦ Ἡρακλείδου υἱὸν πατρωνυμικῶς βούλοιτο σημῆναι, ὁμωνύμως ἂν πάλιν πατρὸς Ἡρακλείδην καλοίη. Ceterum Sicelidae nomine Asclepiades Samius commemoratur etiam a Meleagro Cor. 46. ab Hedylo apud Athen. XI. p. 473. A. Meineke.

41. Virgil. Eclog. IX, 37. argutos inter strepere anser olores.

42. ἐπίταδες] consulto, datâ operâ. Vid. Buttmann. Lexilog. Tom. I. p. 45. — ἠδὺ γελάξας, suavi risu approbans dicta aemuli, minime arrogantis nec invidi. Aut simpliciter: amicum et faventem animum significans, ut v. 128. F. I.

44. πᾶν ἐπ' ἀλ.] totus quantus, germen Iovis, ita ut veritatem maxime colas, h. e. quoniam es poeta, tam vera praedicans, tam modeste loquens. Verba ita sunt iungenda: οὕνεκεν εἶ ἔρνος ἐκ Διὸς πᾶν πεπλασμένον ἐπ' ἀλαθείᾳ. Ad singula restant haec monenda. Poetae dicuntur ἔρνη ἐκ Διός, quod ex Iove proficiscuntur secundum Pindar. Olymp. II, 159. Cum loquutione ἔρνος ἐκ Διός comparari potest Νικίαν, Χαρίτων ἱερὸν φυτόν Id. XXVIII, 7. χαρίεν φυτὸν Μουσῶν Anacreont. LIII, 40. Χαρίτων θάλλος apud Ibycum. Vid. Animadv. in Anthol. Tom. I. P. I. p. 102. Pflugk. ad Eurip. Med. 231. Quid? quod Eurip. Troad. init. hoc ipsum habet Διὸς ἔρνος. Possit etiam iungi, quod suadet Weissgerber de Pharmac. p. 25., ἔρνος πεπλασμένον ἐκ Διός, quod praesidium suum haberet Straton. Epigr. XXXVII, 4. Χαρίτων πλάσμα. Sed prior ratio praestat. Cf. Nitzsch. ad Hom. Od. III, 215. — Iovis autem germen dicitur et ab eo ad veritatem colendam factum, quoniam ἀψευδὴς ὁ Ζεύς, ut Schol. loquitur.

45. ὥς] ita, uti, sequente καί, quod pro usitatiore οὕτω καί positum est. — ἐρευνῇ. ἐρευνᾶν, ut Latinorum quaerere. Horat. Od. IV, 1, 12. si torrere iecur quaeris idoneum.

46. Εὐρυμέδοντος] vulgo legitur Ὠρομέδοντος, unde Scholiastae fingunt Oromedontem altissimum in insulâ Co eminentem fuisse. Sed si tanta montis alicuius in illâ insulâ altitudo fuisset, ut talis inde comparatio duci potuerit, unus saltem ex veteribus eum comme-

Καὶ Μοισᾶν ὄρνιχες, ὅσοι ποτὶ Χῖον ἀοιδὸν
Ἀντία κοκκύζοντες ἐτώσια μοχθίζοντι.
Ἀλλ' ἄγε βωκολικᾶς ταχέως ἀρχώμεθ' ἀοιδᾶς,
Σιμιχίδα· κἠγὼ μέν, ὅρη φίλος, εἴ τοι ἀρέσκει
Τοῦθ', ὅ τι πρὰν ἐν ὄρει τὸ μελύδριον ἐξεπόνασα.
Ἔσσεται Ἀγεάνακτι καλὸς πλόος ἐς Μιτυλάναν,

50. κἠγὼ μέν] Boisson. colon. posuit post haec verba, ut pateat facilius supplendum esse ἄρχομαι. Vid. annot. — εἴ τοι ἀρέσκει, cod. Flor. εἴ τιν ἀρέσκοι, quod verius videtur Fr. Iacobsio.

51. ἐξεπόνασα] restituendum videtur ἐξεπόνησα ex Pindar. Isthm. I, 56. Nem. VII, 67. Nam verba in εω haud commutant η.

52. Μιτυλάναν] omnes hic codd. hanc scripturam offerunt. Sed nummi veteres magno consensu Μυτιλάνα exhibent, observante Gaisfordio. Creuserus (in Heidelberg. Iahrb. 1823. nro. 25. p.

moraret. Atqui omnes eum ignorant, ipse Plinius hist. nat. V, 86., qui tantum Prionem montem nominat. Gravius est, quod unus Scholiast. animadvertit: ἄλλοι μοιχὸν Ἥρας εἶναι τοιοῦτόν φασιν. Is scilicet legit Εὐρυμέδοντος, quae ipsa lectio in tribus codd. servata est. Eamque unice sequendam esse docet Huschke in Analect. litter. p. 334 — 339., ubi doctâ commentatione de Eurymedonte gigante vel gigantum rege egit. Sententia loci est haec: odi fabrum, qui domum Eurymedontis vel domum Giganteam exstrueret, monti aequalem. Quam immensam Giganteae domus speciem sibi finxerint veteres, colligas ex Homer. Od. X, 111. Utcunque vero de lectione huius loci statuis, id certum est, Theocritum his verbis pravam suae aetatis consuetudinem perstringere voluisse, immensa et omnem modum excedentia excitandi aedificia. Ex quo tempore enim Asia bello succubuerat Macedonum armis, Graeci, Alexandri potissimum sequuti exemplum, multa immensae molis aedificia exstruebant. Theocriti sensum iam assequutus fuerat Boettiger. in Andeutungen zu 24 Vorles. über die Archaeol. p. 295.

47. Μοισᾶν ὄρνιχες] Musarum aves sunt poetae. Maeonii carminis ales vocatur Homerus apud Horat. Od. I, 6, 2., ubi evolve interpp. Similes comparationes vide apud Passov. ad Persii Prolog. p. 230. — ποτὶ Χῖον ἀοιδόν. Intelligitur Homerus, qui saepe apud veteres hoc nomine designatur. Χῖος ἀνήρ audit apud Simonid. Epigr. XCVIII, 5. Vid. Animadv. in Anthol. Tom. I. P. I. p. 265. (Delect. Epigr. p. 222). Ceterum Theocritus his verbis eos castigat, qui dum ipsum Homerum se superare posse existimabant, et stultitiae et arrogantiae crimen subibant. Sic haec accepta continuant laudem modestiae in Simichidâ conspicuae. Neque aliter accepit Schol. ἀπεναντίας ᾄδοντες ἀντὶ τοῦ ἐρίζοντες. Denique monendum fuisse qui Apollonium Rhodium hic respici auspicarentur, velut Weichert. de vitâ Apollonii p. 59., quod neutiquam credibile. Cf. Argument. — Fortasse Theocritus non immemor erat loci Pindar. Olymp. II, 156., qui queritur, quod μαθόντες λάβροι παγγλωσσίᾳ, κόρακες ὥς, ἄκραντα γαρύετον Διὸς πρὸς ὄρνιχα θεῖον. Theocriti autem locus Mosch. Id. III, 113. obversatus est.

50. κἠγὼ μέν] Structura est

Χῶταν ἐφ' ἑσπερίοις ἐρίφοις νότος ὑγρὰ διώκῃ
Κύματα, χ' Ὠρίων ὅτ' ἐπ' Ὠκεανῷ πόδας ἴσχει,
Αἴκεν τὸν Λυκίδαν ὀπτεύμενον ἐξ Ἀφροδίτας
Ῥύσηται· θερμὸς γὰρ ἔρως αὐτῷ με καταίθει·
Χαλκυόνες στορεσεῦντι τὰ κύματα, τάν τε θάλασσαν

388.) quoque tam nummorum auctoritate quam veterum grammaticorum testimoniis nisus contendit ubique *Μυτιλάνα* scribendum esse. Uberrime de scripturâ huius urbis egit **Plehn.** in Lesbiacis p. 70., ex cuius doctâ expositione apparet contra codd. nihil mutandum esse.

54. *Ὠρίων*] multi libri *Ὡρίων*. De scripturâ et quantitate huius nominis vid. **Buttmann.** in Fascic. 3. **des Museums für Alterth. von Wolf.** — *ἴσχει*. Ita Codd. fere omnes. **Kiessl.** *ἴσχῃ*, quod vindicavit **Thiersch.** in Act. Philol. Monacens.

paullo impeditior. Existimaverim equidem poetae tale quid in animo fuisse: *καὶ ἐγὼ μὲν ἄρξομαι τοῦ μελυδρίου, ὃ ἐξεπόνησα.* Sed insertâ formulâ verecundae urbanitatis structuram coeptam abrumpit. — *ἐκπονεῖν, μελετᾶν* est Latinorum **meditari.** Vid. **Voss.** ad Virgil. Eclog. I. in init.

53. *ἑσπερίοις ἐρίφοις*] **haedi** sunt duae stellae in laevo brachio Erichthonii, cuius ortus in prid. Non. Octobr. incidit. **Mitscherl.** ad Horat. Od. III, 1, 17. Tom. II. p. 13. Appellantur unâ cum Arcturo et Orione in horridis sideribus, quae saeviores tempestates portendebant. Cf. **Voss.** ad Virgil. Georg. p. 108.

54. *Ὠρίων*] Orionis occasus extremo auctumno accidebat procellasque in mari vehementiores ciere putabatur. — *ἐπ' Ὠκεανῷ πόδας ἴσχει*, **in eo est ut occidat. Virgil.** Aen. X, 763. **quam magnus Orion, Quum pedes incedit medii per maxima Nerei Stagna viam scindens, humero supereminet undas.** Apud **Horat.** Od. I, 28, 23. **Notus rapidus comes devexi Orionis dicitur.**

55. *ὀπτεύμενον*] Id. XXIII, 34. *τὰν καρδίαν ὀπτεύμενος.* Vid. Animadv. in Anthol. Tom. I. P. II. p. 265. Verbo *ὀπτῆσαι* respondet Latinorum **torrere,** quod de amore usurpavit **Propert.** III, 23, 13. Vid. **Fr. Iacobs.** Lectt. Stobens. p. 148. Adde **Horat.** Od. IV, 1, 12. **si torrere quaeris iecur idoneum.** — *ἐξ Ἀφροδ.* Vid. annot. ad Id. II, 30.

57. *χαλκυόνες*] Alcyones nidum, ova pullosque in mari quattuordecim diebus facere putabantur hiberno tempore. Mare his diebus tranquillum esse traditur, quos dies nautae **Alcyonides** sive **Alcyonia** appellant. Vid. **Aristot.** Anim. hist. VIII, 3. IX, 14. **Aelian.** h. an. IX, 17. **Schol.** ad Apollon. Rhod. I, 1086. **Lucian. Alcyon.** Tom. I. p. 177. ibique interpp. **Voss.** ad Virgil. Georg. p. 174. — *στορεσεῦντι*. **Hom.** Od. III, 158. *ἐστόρεσεν δὲ θεὸς μεγακήτεα πόντον.* **Apollon. Rhod.** I, 1154. *ἀμφὶ γὰρ αἰθὴρ Νήνεμος ἐστόρεσεν δίνας, κατὰ δ' εὔνασε πόντον.* **Virg.** Eclog. IX, 57. **et nunc omne tibi stratum silet aequor.** Apud **Sophocl.** Aiac. 660. *ἄημα πνευμάτων* dicitur *κοιμίζειν στένοντα πόντον*, quocum comparandus **Horat.** Od. I, 3, 16., ubi notus **freta ponere** perhibetur. — Ceterum observa zeugma insigne, ex quo

Τόν τε νότον, τόν τ' εὖρον, ὃς ἔσχατα φυκία κινεῖ·
Ἀλκυόνες, γλαυκαῖς Νηρηΐσι ταίτε μάλιστα
Ὀρνίχων ἐφίλαθεν, ὅσαις τέ περ ἐξ ἁλὸς ἄγρα.
Ἀγεάνακτι πλόον διζημένῳ ἐς Μιτυλάναν
Ὥρια πάντα γένοιτο, καὶ εὔπλοον ὅρμον ἵκοιτο.
Κἠγὼ τῆνο κατ' ἆμαρ ἀνήθινον ἢ ῥοδόεντα
Ἢ καὶ λευκοΐων στέφανον περὶ κρατὶ φυλάσσων
Τὸν Πτελεατικὸν οἶνον ἀπὸ κρητῆρος ἀφυξῶ,

60. ὅσαις] ὅσοις (i. e. piscatoribus) legit Wakefield. ad Virg. Georg. I, 399. Idem v. 66. πὰρ δρυΐ.

62. εὔπλοον] Schaefer correxit εὔπλοος.

70. αὐταῖσιν] alii αὔταις ἐν. Fuerunt qui corrigerent αὔαισιν vel αὔαις ἐν, ita ut exsiccentur.

73. τᾶς ξενέας] corrupta videtur haec vox. Qui pro ξενᾶς habent, certe exemplum huius formae afferre debebant. Neque probari potest eorum ratio, qui Ξενέα pro nomine proprio puellae accipiunt.

στορεννύναι tam ad τὰ κύματα, quam ad τὸν νότον referendum est.

58. τόν τε νότον, τόν τ' εὖρον] semper hi duo venti coniunguntur in descriptione tempestatis. Hom. Il. II, 146. κύματα ..., τὰ μὲν Εὖρός τε Νότος τε ὤρορε. Virgil. Aen. I, 84, totumque (mare) e sedibus imis Unà Eurusque Notusque ruunt. — Verbo moneo ventorum nomina, quae apud Homerum maiusculâ literâ exarantur, rectius minore scribi apud Theocritum. — ὃς ἔσχατα φ. κινεῖ, qui in fundo maris algam movet, h. e. qui maximam in mari tempestatem ciet. Hom. Il. IX, 4. Sophocl. Antig. 590. ποντίας ἁλὸς οἶδμα ..., κυλίνδει βυσσόθεν κελαινὰν θῖνα. Phalaec. Epigr. V, 4. βίη Νότου πρήσαντος ἐσχάτην ἅλα. Vid. Animadv. in Anthol. Tom. I. P. II. p. 250. Tom. II. P. II. p. 153.

61. πλόον διζ.] navigationem quaerente, i. e. instituente, dum cogitat Mytilenen proficisci. — εὔπλοον ὅρμον. εὔπλοος referendum videtur ad universam navigationem, qua quis feliciter ad tutum portum perducitur. — τῆνο κατ' ἆμαρ, quando ille advenerit feliciter, maximae laetitiae indulgebo. — ἀνήθινον. Anethum, utpote bene olentem florem, coronis nectendis adhibitum fuisse etiam ex Virgil. Eclog. II, 48. discimus. Vid. Neue fragm. Sapph. p. 95. Veteres vero coronas inter convivia sumsisse satis constat.

64. λευκοΐων] erat hic flos e praestantioribus floribus coronariis, teste Theophrasto, apud Athen. XV. p. 680. E. πρῶτον δὲ τῶν ἀνθέων (τῶν στεφανωματικῶν) ἐκφαίνεσθαι τὸ λευκόϊον. Vid. Anim. in Anthol. Tom. II. P. I. p. 233. — περὶ κρατὶ φυλάσσων, v. notata ad Id. II. 120.

65. τὸν Πτελεατ. οἶνον] si vinum Pteleaticum praestantissimum erat illius regionis, quod res ipsa probabile reddit, articulus vim commendandi habere potest: vinum illud, quod omnes norunt, laudant. F. I.

66. κύαμον] fabas torrebit non frugalitatis causa, sed quod ad bibendum invitant. Fr. Iacobs. affert Xenoph. Coloph. apud Athen. II. p. 54. F., loco simillimo: παρ' πυρὶ χρὴ τοιαῦτα

Πὰρ πυρὶ κεκλιμένος· κύαμον δέ τις ἐν πυρὶ φρυξεῖ,
Χὰ στιβὰς ἐσσεῖται πεπυκασμένα ἔςτ' ἐπὶ πᾶχυν
Κνύζᾳ τ' ἀσφοδέλῳ τε, πολυγνάμπτῳ τε σελίνῳ.
Καὶ πίομαι μαλακῶς, μεμναμένος Ἀγεάνακτος,
Αὐταῖσιν κυλίκεσσι καὶ ἐς τρύγα χεῖλος ἐρείδων.
Αὐλησεῦντι δέ μοι δύο ποιμένες· εἷς μὲν Ἀχαρνεύς,
Εἷς δὲ Λυκωπίτας· ὁ δὲ Τίτυρος ἐγγύθεν ᾀσεῖ,
Ὥς ποκα τᾶς ξενέας ἠράσσατο Δάφνις ὁ βώτας.

Buttmannus in Friedemanni Misc. crit. II, I. p. 41. corrigit *Ἐχέ-νας*. Vulgatam defendit **Welcker.** in Iahns Iahrb. der Phil. 1829, Tom. I. Fascic. 3. p. 289. Etiam **Lennep.** in dissert. de Daphnide, quam in Argumento ad Id. I. conmemoravimus, *ξενέας* pro *ξένης* verum habet, sed quum epitheton nymphae dignitati non conveniat, de aliâ puellâ, quam spretâ priori coniuge Daphnis amaverit, cogitandum esse contendit. Hanc autem nullam aliam esse quam Chimaeram, cuius mentio fiat apud **Serv.** ad Virgil. Eclog. VIII, 68.

λέγειν, χειμῶνος ἐν ὥρῃ, Ἐν κλίνῃ μαλακῇ κατακείμενον, ἔμπλεον ὄντα Πίνοντα γλυκὺν οἶνον, ὑποτρώγοντ' ἐρεβίνθους.

67. *χὰ στιβάς*] cubile ex mollibus herbis sternitur, et quidem cubito tenus, h. e. alte et molliter. Cf. v. 132. *στιβάς* apud **Sophocl.** Philoct. 33. *στειπτὴ φυλλάς* dicitur.

70. *αὐταῖσι κυλ.*] **ipsos calices exsiccat.** Poeta suaviter bibens cum iucundâ pueri recordatione, quum absenti oscula infigere non possit, desiderium bibendo fallit, totos calices exhauriens. In *αὐταῖσιν* igitur tecta est antithesis. Eadem est ratio loci apud **Oppian.** Hal. II, 576. de *ἀμίαις* (quod est thynnorum quoddam genus) delphinum morsu petentibus: *ἐμπεφύασι, Πολλαὶ μὲν κεφαλῆς δεδραγμέναι, αἱ δὲ γενείων Γλαυκῶν, αἱ δ' αὐτῇσιν ἐνὶ πτε-[illegible]εσσιν ἔχονται*, **ipsis pinnis**, ita ut enatare nequeat. **Nicander.** apud Athen. III. p. 126. B. *ἀλλ' ὁπότ' ἢ ἐρίφοιο νεοσφάγος, ἠὲ κεν ἀρνός Ἢ αὐτοῦ ὄρνιθος ἐφοπλίζῃαι ἐδωδήν*, ubi otiosum esset *αὐτοῦ*, nisi antithesis lateret, nomenque, cui additur, quodammodo eminere faceret. Anthol. Pal. VII, 731. senex descriptus loquitur: *ἄμπελος ὥς ἤδη κάμακι στηρίζομαι αὐτῷ σκηπανίῳ.* Ib. VI, 255. venator tauri cornu dedicans: *ἐκ δέ μιν αὐτᾶς Ἀχράδος εὐμύκῳ πᾶξε παρὰ κλισίᾳ* non in aliâ arbore, sed in hac ipsâ, qua vides. Ib. IX, 362. Alpheus desiderio actus, *αὐτὴν ἐς φιλότητα χυτῆς ἀλόχοιο περήσας.* Il. IX, 343. *αὐταῖς σὺν κίχλαισιν ὑπὲρ φραγμοῖο διωχθεὶς Κόσσυφος, ἠερίης κόλπον ἔδυ νεφέλης.* In his omnibus *αὐτός* hanc vim habet, ut oculos animumque convertat in rem, cui additum pronomen, et ut tectam quandam innuat antithesin. F. I.

71. *αὐλησ. δύο ποιμένες*] duo pastores arcessere vult. Notandum Lycidam ditiorum morem sequi, in quorum deliciis hoc fuit, ut inter epulas tibicines et cantores artem suam convivis probarent. — **Virgil.** Eclog. V, 72. **cantabunt mihi Damoetas et Lyctius Aegon.** — *Ἀχαρνεύς*, Atticus igitur. Acharna enim demus Oeneidis tribus.

72. *Λυκωπ.*] Aetolus; Lycope urbs Aetoliae. — *ᾀσεῖ*, futurum activi rarius apud Atticos inveni-

Χὡς ὄρος ἀμφεπολεῖτο, καὶ ὡς δρύες αὐτὸν ἐθρήνευν,
Ἱμέρα αἵτε φύοντι παρ' ὄχθαισιν ποταμοῖο·
Εὖτε χιὼν ὥς τις κατετάκετο μακρὸν ὑφ' Αἷμον,
Ἢ Ἄθω, ἢ Ῥοδόπαν, ἢ Καύκασον ἐσχατόεντα.
Ἀσεῖ δ', ὥς ποκ' ἔδεκτο τὸν αἰπόλον εὐρέα λάρναξ
Ζωὸν ἐόντα, κακῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ἄνακτος·
Ὥς τέ νιν αἱ σιμαὶ λειμωνόθε φέρβον ἰοῖσαι
Κέδρον ἐς ἁδεῖαν μαλακοῖς ἄνθεσσι μέλισσαι·
Οὕνεκά οἱ γλυκὺ Μοῖσα κατὰ στόματος χέε νέκταρ.

85. ἐξεπόνασας] minor pars codd. ἐξετέλεσσας. Cf. annot. ad v. 51.

tur. Vid. Matth. Gr. Gr. p. 827. not. 1. p. 523.

76. χιὼν ὥς τις] Callim. Hymn. in Cer. 92. ὡς δὲ Μίμαντι χιών, ὡς ἀελίῳ ἔνι πλαγγών, Καὶ τούτων ἔτι μεῖζον ἐτάκετο. — Haemus atque Rhodope sunt montes Thraciae, Athos vero Macedoniae. Observa Theocritum, si locorum situm respicis, in iis nominandis non certum quendam ordinem servavisse. Sed veteres in talibus putidam aliquam diligentiam affectare noluerunt, et saepe pedestris adeo orationis auctores in afferendis pluribus nominibus propriis neque temporis neque locorum rationem habent. Notent hunc morem praecipue tirones, ne temere dubitent de aliorum locorum sinceritate. Cf. locum Alexid. apud Athenae. IV. p. 164. C., quem tractavit Naeke ad Choeril. p. 6. — ὑφ' Αἷμον non recte vertunt in Haemo excelso, hoc esset ἐφ' Αἵμῳ, sed debebant sub Haemum, ad pedem Haemi. Nam in cacuminibus horum montium nullo tempore nix diffluit.

78. ὥς ποκ' ἔδεκτο] historiam aliquam, inter pastores vulgatam, hic respexit poeta, quam quum aliunde non teneamus, Scholiastae in ea narrandâ fidem sequemur. Hic quidem rem ita tradit: Comatas, Siciliae pastor, ex domini capris sacrificia interdum Musis parare solebat. Qui male illud ferens Comatam in cistam ligneam inclusit, ut videret, num deae re verâ ipsi opem ferrent. Duobus mensibus interiectis cistam aperuit, pastorem invenit viventem, et apum favis nutritum. Quae historia ficta videtur ad sacram istam legem testandam, qua, qui deorum religiones cum pietate colit, etiam ab ipsis servatur, ita quidem, ut in maximis angustiis numen divinum subito appareat ad hominem dilectum servandum et ad splendidum iustitiae divinae exemplum ceteris hominibus relinquendum. Istud vero factum ad antiquiora tempora referri ab ipso eo, qui id narrat, pastore, videtur mihi colligi posse ex voce ἄνακτος de hero vel domino positâ; etiam Homericum istud κακῇσιν ἀτασθαλίῃσι antiquitatem redolet. Omnino in his versibus 78 — 85. epicum quendam colorem agnoscere mihi videor. — εὐρέα λάρναξ, cf. annot. ad Id. III, 20.

80. Apes Comatam melle suo nutrivisse dicuntur, quo ipsius dulcedo carminum significatur. Rem multis exemplis illustravit Welcker. ad Philostr. Imagg. II, 12. p. 466.

81. κέδρον ἐς ἁδεῖαν] κέδρος est cista cedrina, ut saepe materia, unde quid factum, pro re ipsâ. Sic ἀλάβαστρα apud Callim. H. in Pall. v. 15. parvus onyx apud Hor. Od. IV, 12, 17. De

Ὦ μακαριστὲ Κομᾶτα, τὺ θὴν τάδε τερπνὰ πεπόνθης,
Καὶ τὺ κατεκλάσθης ἐς λάρνακα, καὶ τὺ μελισσᾶν
Κηρία φερβόμενος ἔτος ὥριον ἐξεπόνασας.
Αἴθ' ἐπ' ἐμεῦ ζωοῖς ἐναρίθμιος ὤφελες ἦμεν,
Ὡς τοι ἐγὼν ἐνόμευον ἀν' ὤρεα τὰς καλὰς αἶγας,
Φωνᾶς εἰσαΐων· τὺ δ' ὑπὸ δρυσὶν ἢ ὑπὸ πεύκαις
Ἁδὺ μελισδόμενος κατακέκλισο, θεῖε Κομᾶτα.
Χὼ μὲν τόσσ' εἰπὼν ἀπεπαύσατο· τὸν δὲ μετ' αὖθις
Κἠγὼν τοῖ' ἐφάμαν· Λυκίδα φίλε, πολλὰ μὲν ἄλλα

89. *κατακέκλισο*] Kiessl. cum Brunck. ex aliquot libris *κατεκέκλισο*.

κέδρος ita Hesych.: *κέδρος, ῥάβδος, κιβωτός, λάρναξ.* Apud Eurip. Alcest. 375. *κέδρος* dicitur loculus v. capula. — *ἁδεῖαν*, ob suavem cedri odorem. Cf. annot. ad Id. I, 27.

82. *οὕνεκα*] male hunc versum vulgo vertunt ita, ut haec sententia inde prodeat: apes advolasse ad Comatam ob nectar, quod Musae in eius os defudissent. Enimvero apes advolant, non ut nectare fruerentur a Musis ori Comatae affuso, sed eaedem nutriunt illum propterea quod poeta est. Poetica autem facultas nectare Musarum significatur. Pindarus certe Olymp. VII, 12. carmina sua nuncupat nectar, quod a Musis habeat. Vid. Boeckh. Tom. II. P. II. p. 168. De similibus comparationibus v. Barth. Advers. XXIV, 12. p. 1204. Interpp., inprimis Passov. ad Pers. prolog. v. 7. p. 233 sqq. — *κατὰ στόμ. χέε.* Hom. Il. XIX, 39. *στάξε κατὰ ῥινῶν.* Od. XI, 330. *ἤ ῥα κατὰ σπείους κέχυτο.* Vid. Bernhardy Synt. p. 237.

85. *ἔτος ὥριον*] aestatem. *ἔτος* enim non annum, sed anni tempus significat; id *ὥριον* dicitur, quod fruges in eo maturescunt. — *ἐξεπόνασας.* Mirum Kiesslingio hanc vocem minus exquisitam visam esse, quod notionem laborum toleratorum contineat, quae ab hoc loco abesse debeat; cogitandum utique de vitae ratione, in qua Comatas versabatur, qui, licet de victu non laboraret, libertate tamen privatus et in caveâ quasi inclusus erat. Wuest. — *ἐξεπόνασας* verte transegisti, perfecisti, adhaerente certe laboris notione, neque tamen ingrati: Anthol. Palat. VII, 212. *ὄρνις ὅπως, δολιχὰν ἐκπονέουσα τρίβον.* Epigr. *ἀδεσπ.* 168. *γράμματα ἐξεπόνησε μαθεῖν.* F. I.

86. *ἐπ' ἐμεῦ*] meâ aetate, me vivente. — *ζωοῖς ἐναρίθμιος.* Rhian. Epigr. I, 16. *μετ' ἀθανάτοις ἐναρίθμιος.* Cf. Animadv. in Anth. Tom. I. P. II. p. 321. Ovid. Heroid. IV, 101. turbâ numeremur in istâ.

87. *ὥς τοι ἐνόμευον*] suppressa est particula *ἄν*, quae omitti solet post *ὤφελον*. Vid. Nitzsch. ad Platon. Ion. p. 27. De usu particulae *ὡς* in eiusmodi enuntiatione vide eundem virum in commentar. ad Hom. Odyss. II, 135.

89. *κατακέκλισο*] reclinatus eras. Cf. Soph. Philoct. 30. — *θεῖε Κομ.*, divine, ob insignem, puta, favorem illum, a diis ipsi habitum.

90. Iunge *αὖθις μετὰ τὸν καὶ ἐγὼν ἐφ. τοῖα.* Alii minus recte *μετὰ* ad *ἐφάμαν* trahunt.

91. *τοῖα*] ad sequentia spectat. Cf. Iacob. ad Lucian. Toxar. p. 110. Sic *οὗτος* Id. XXVI, 31. — *πολλὰ μὲν ἄλλα.* Respondet in sequentibus *ἀλλὰ τόγ'*, igitur haud

Νύμφαι κἠμὲ δίδαξαν ἀν' ὤρεα βωκολέοντα
Ἐσθλά, τά που καὶ Ζανὸς ἐπὶ θρόνον ἄγαγε φάμα,
Ἀλλὰ τόγ' ἐκ πάντων μέγ' ὑπείροχον, ᾧ τυ γεραίρεν
Ἀρξεῦμ'· ἀλλ' ὑπάκοισον, ἐπεὶ φίλος ἔπλεο Μοίσαις.
Σιμιχίδᾳ μὲν Ἔρωτες ἐπέπταρον· ἦ γὰρ ὁ δειλὸς
Τόσσον ἐρῇ Μυρτοῦς, ὅσον εἴαρος αἶγες ἔρανται.
Ὤρατος δ', ὁ τὰ πάντα φιλαίτατος ἀνέρι τήνῳ,
Παιδὸς ὑπὸ σπλάγχνοισιν ἔχει πόθον. οἶδεν Ἄριστις,

93. *φάμα*] **punctum vulgo post hanc vocem positum mutavi in comma. Vid. annot. ad. v. 91.**

97. *ἐρῇ*] Boisson. **hic quidem edidit** *ἐρᾷ*, **licet, quod ipse fatetur, v. 45. intactum reliquerit** *ἐρευνῇ*.

100. *μέγ' ἄριστος*] plures editt. *μέγ' Ἄριστις*, quod hic quidem non habet locum. Contra in Simonid. Epigr. CII. nomen proprium plene interpungendum post *φάμα*: ex multis aliis carminibus bucolicis hoc maximum est et optimum.

92. *Νύμφαι*] Nymphae poeticam facultatem praebent haud secus ac Musae. Vid. Serv. ad Virgil. Eclog. VII, 21. „Musae a Lydis etiam Nympharum nomine appellabantur; et Nymphae fontium, ut quae mentes divino afflatu impleant, non unquam Musarum loco invocantur. Consulendus inprimis Hermann. Opusc. Tom. II. p. 292 sq.

93. *Ζανὸς ἐπὶ θρόνον*] quae fama usque ad Iovis solium, usque ad coelum tulit, h. e. quae celebratissima sunt. Poemata enim nobilissima, quae prae ceteris maxime celebrantur, digna habentur, quae ad Iovis solium ascendant Iovisque auribus accipiantur. Horat. Epist. I, 19, 43. Cf. Animadv. in Anthol. Tom. III. P. II. p. 144. Voss. ad Virgil. Eclog. V, 43. p. 254. Etiam aliae res, quae in suo genere sunt praestantissimae, egregia hominum facta pertingere sidera, vel super aethera nota dicuntur. Pindar. fragm. 147. p. 677. Boeckh. (p. 129. Heyne), *λάμπει δὲ Κρόνῳ ἔργα μετ' αἰθέρα λαμπευθέντα* vel *ἀερθέντα*, quod Boeckh. coniicit. — Per *Ζανὸς θρόνον* regem Ptolemaeum significari suspicatur Fr. Iacobs. in Comment. Crit. ad Anthol. Pal. p. 320. Cf. Horat. I. Epist. XIX, 43.

95. *ἐπεὶ φίλ. ἔπλ. Μ.*] quod a Musis amaris et ideo, ut poeta, dignus es, qui carmina audias.

96. *Ἐρ. ἐπέπτ.*] sternuere dicuntur dii alicui, dum eius coeptis propitii adsunt; praecipue hoc ad Amorem transfertur, amantium votis obsecundantem. Vid. Id. XVIII, 16. Simichidae igitur omnia ex voto cesserunt; sed tamen vocatur *δειλός*. Quod ne putes male convenire fortunae illi, tenendum *δειλούς*, miseros, esse amantes ob ipsum amorem. Nemo enim tam in amore felix, quin multa mala gravesque cruciatus perferat. Iam hic locus ita accipiendus mihi videtur: felix ob amorem habendus Simichidas; nam dum ipse amat, amori eius puella respondet; sed infelix habendus est Aratus.

99. *ὑπὸ σπλάγχν.*] in imis visceribus. Mosch. Id. I, 17. de Amore, *ἐπὶ σπλάγχνοις δὲ κάθηται*. Wuest. — Compara *ὑποκάρ-*

Ἐσθλὸς ἀνήρ, μέγ' ἄριστος, ὃν οὐδέ κεν αὐτὸς ἀείδεν
Φοῖβος σὺν φόρμιγγι παρὰ τριπόδεσσι μεγαίροι,
Ὡς ἐκ παιδὸς Ἄρατος ὑπ' ὀστέον αἴθετ' ἔρωτι.
Τόν μοι, Πάν, Ὁμόλας ἐρατὸν πέδον ὅςτε λέλογχας,
Ἄκλητον τήνοιο φίλας ἐς χεῖρας ἐρείσαις,
Εἴτ' ἔςτ' ἄρα Φιλῖνος ὁ μαλθακός, εἴτε τις ἄλλος.
Κὴν μὲν ταῦθ' ἔρδῃς, ὦ Πὰν φίλε, μή τί τυ παῖδες
Ἀρκαδικοὶ σκίλλαισιν ὑπὸ πλευράς τε καὶ ὤμους

Μεγάριστος in μέγ' ἄριστος mutatum fuerat. Vid. Brunck. ad Apoll. Rhod. II, 102.

103. ὅςτε] Valcken. vult ὅς γε. At ὅςτε ita explicationis ergo additur, quem loquendi usum ab Homero acceptum Pindarus aliique poetae sequuti sunt.

106. κῆν ... ἔρδῃς] ita correxit Schaef., quem Kiessl. et Meineke sequuntur. Vulgo ἔρδοις. Boisson. καὶ μὲν ταῦθ' ἔρδοις.

διον ἕλκος ἔρωτος. Id. XI, 15. ὑποκάρδιον ὀργάν. Id. XX, 17. Anthol. Pal. VI, 260. de Praxitele, θεὸν ἐν σπλάγχνοις εἶχε τελειότερον. F. I. — Ἄριστις. Commemoratur Aristis quidam, animadvertente Meinekio, inter Aristarchi discipulos apud Suidam s. v. Ἀρίσταρχος. Cf. Argument. Ceterum equidem non crediderim, quae aliorum est opinio, Theocritum in simili vocabulorum Ἄριστις et ἄριστος sono artis aliquid vel pulcritudinis quaesivisse.

101. Φοῖβος] Aristin optimum atque longe praestantissimum esse poetam, ita declarat Theocritus, ut dicat, neque Apollinem eum canentem aegre laturum esse. Sic ipsi dii, in qua arte eminent, in eâ exercendâ neque hominibus, eius peritis, iustam detrahant laudem. Aeschyl. Sept. 465. βοᾷ δὲ χ' οὗτος ... ὡς οὐδ' ἂν Ἄρης σφ' ἐκβάλοι πυργωμάτων. Fr. Iacobs. ita intelligit: quem nec Apollo, quamvis peritissimus cantus iudex, indignum existimaverit, qui ad delphicos tripodas canat. Cogitari posse de cantu Pythico in laudem Apollinis decantato. Vid. Pollux. IV, 84.

102. ὑπ' ὀστέον] Dioscorid. Epigr. XXIV, 1. τακεὶς καὶ ἐπ' ἔσχατον ὀστεῦν. Vid. Anim. ad Anth. T. II. P. I. p. 390. Cf. annot. ad Id. III.

103. Πάν] invocatur Pan, quippe deus pastoribus et amantibus favens. — Ὁμόλας. Homole vel Homolus mons erat Thessaliae, ubi Pan praecipue colebatur.

104. ἐρείσαις] sistas. Vid. Anim. ad Anthol. Tom. II. P. I. p. 139. cf. annot. ad Idyll. V, 24.

105. ὁ μαλθακός] non tener, sed mollis, delicatus, qualem Horat. Epod. XI, 24. Lycisci pueri describit amorem gloriantis quamlibet muliérculam Vincere mollitiâ. Wuest. — εἴτ' ἔστ', observanda haec precum formula, qua error cavetur. Nam Philinum fuisse ipsum Arati delicias non est quod dubites. F. I.

106. κῆν ... ἔρδῃς] attende ad hypotheticarum enuntiationum formam, quarum altera per ἐάν, altera per εἰ expressâ est. ἢν ταῦθ' ἔρδῃς, quod si facias; rem ponit quam ad effectum dari admodum probabile est; εἰ ἄλλως νεύσαις, si alterum tibi placuerit, agit de re, quam solâ cogitatione sibi fingit nec factum iri sperat.

107. σκίλλαισιν] diversa tradunt Scholiastae de hoc festo, ex

Ταῦτα μαστίσδοιεν, ὅτε κρέα τυτθὰ παρείη·
Εἰ δ' ἄλλως νεύσαις, κατὰ μὲν χρόα πάντ' ὀνύχεσσι
Δακνόμενος κνάσαιο, καὶ ἐν κνίδαισι καθεύδοις.
Εἴης δ' Ἠδωνῶν μὲν ἐν ὤρεσι χείματι μέσσῳ
Ἕβρον πὰρ ποταμὸν τετραμμένος ἐγγύθεν ἄρκτου,
Ἐν δὲ θέρει πυμάτοισι παρ' Αἰθιόπεσσι νομεύοις,
Πέτρᾳ ὕπο Βλεμύων, ὅθεν οὐκέτι Νεῖλος ὁρατός.
Ὕμμες δ' Ὑετίδος καὶ Βυβλίδος ἁδὺ λιπόντες

114. οὐκέτι Νεῖλος] num legendum: οὐκέθ' ὁ Νεῖλος.

quibus quod maxime probabile visum est apponam. Festum erat in Arcadiâ, ubi quum ii, qui festum instituerent, non satis ciborum apposuissent ad dei statuam, pueri, qui sacrificio vesci soliti essent, ludibrio in deum verso, eius statuam flagellabant. Faciunt id scillarum foliis, quippe quibus succus mordax inest, quo castigatio illa gravior redditur. Ex scillis veteres acetum paravisse constat. — Sententia igitur est: bene sit tibi, o Pan, quum me in amore adiuveris; sed eidem tibi pessima quaeque imprecor, ubi me destitueris. — κρέα τυτθά, praeda, ut videtur, a venatoribus facta, neque ad epulas in festo faciendas sufficiens. In substantivo κρέα notanda ultimae syllabae correptio. Vid. Spitzner. Prosod. §. 20, 1. d. Wuest. — Observandus praeterea usus verberibus in deorum statuas grassandi, cuius alia exempla ex antiquitate nunc quidem non succurrunt. F. I.

108. ὅτε ... παρείη] optativus positus, non quo repetita actio significetur, sed unice inde explicandus, quod opt. μαστίσδοιεν praecessit. Vid. Matth. Gr. Gr. §. 521. not. 2. p. 1008.

109. εἰ δ' ἄλλως νεύσαις] sin abnueris, i. e. si illud haud feceris. Epigr. IV, 15. ἢν δ' ἀνανεύσῃ. In pedestri sermone ἄλλως ποιεῖν opponitur verbo πείθεσθαι. Vid. Heindorf. ad Platon. Tom. III. p. 219.

110. κνάσαιο] aoristus medii passivâ significatione; cf. annot. ad Id. III, 29. Tum de usu vocis κναίειν vide Pflugk. ad Eurip. Med. 164.

111. Ἠδωνῶν] Edoni, si locorum situm respicis, non accolunt Hebrum, sed regionem inhabitabant, quae propius spectat septentriones. Atqui, recte animadvertente Graefio in epist. crit. p. 28., Edoni sunt hic Thraces in universum, et sic Hebrus optime convenit. — Hebrus fluvius Thraciae maximus, qui nunc Maritza dicitur. — τετραμμένος iunge cum vocibus παρ' Ἕβρον, ad Hebrum versus. Sunt qui coniungunt cum ἐγγύθεν ἄρκτου, sed tum scribendum esset πὰρ ποταμῷ.

113. παρ' Αἰθιόπεσσι] apud Aethiopes quoque Panem cultum fuisse testis quidem est Strab. Lib. XVII. p. 1177. D. Sed an Theocritus ad cultum Panis in Aethiopiâ respexerit, dubitari potest. Opponitur callidissima regio frigidissimae. Pan autem degere solet in iucundissimis regionibus, ad fontes. gelidos et in montibus silvarum umbrâ gaudentibus.

114. Βλεμύων] docta de Blemyis disputatio est Niebuhrii Inscript. Nubiens. p. 14. et sqq., ubi ostendit V. D. Blemyos fuisse populum prope Nili cataractas, eum-

Νᾶμα, καὶ οἰκεῦντες ξανθᾶς ἕδος αἰπὺ Διώνας,
Ὦ μάλοισιν Ἔρωτες ἐρευθομένοισιν ὁμοῖοι,
Βάλλετέ μοι τόξοισι τὸν ἱμερόεντα Φιλῖνον,
Βάλλετ'· ἐπεὶ τὸν ξεῖνον ὁ δύςμορος οὐκ ἐλεεῖ μευ.
Καὶ δὴ μὰν ἀπίοιο πεπαίτερος· αἱ δὲ γυναῖκες,
Αἶ, αἶ, φαντί, Φιλῖνε· τό τοι καλὸν ἄνθος ὑποῤῥεῖ.
Μηκέτι τοι φρουρέωμες ἐπὶ προθύροισιν, Ἄρατε,
Μηδὲ πόδας τρίβωμες· ὁ δ' ὄρθριος ἄλλον ἀλέκτωρ

115. *λιπόντες*] offendit me hoc participium ob sequens *καὶ οἰκεῦντες*. Reiskius cogitavit de *κιόντες*, quod haud absurdum.

que originem suam ducere a gente Libycâ; Traiano imperante Romanis primum innotuisse et ab Aureliano, mox a Probo domitos ac tandem rebellantes a Maximiano devictos esse; subactâ veró ab Arabibus Aegypto eorum nomen penitus interiisse. Multae de Blemyis fabulae apud veteres circumferebantur; sic Plin. H. N. V. 8, 8. narrat eos capite carere, ore et oculis pectore affixis. Apud Theocr. memorantur in universum ut populus in remotissimâ terrarum regione habitans.

115. *Ὑετ. καὶ Βυβλ.*] Hyetis et Byblis duo sunt fontes haud procul á Mileto, ubi templum etiam Dianae, matris Amorum, erat. Vid. notata ad Id. XXVIII, 4. Noli igitur Dionae sedem in Cypro quaerere, sed cogita deam eundem cùm Amoribus locum occupavisse. — De Byblidis fabulâ vid. Animadv. in Anth. Tom. I. P. II. p. 233.

117. *μάλοισιν*] Platon. Epigr. XXIX. Tom. I. p. 108. *πορφυρέοις μήλοισιν ἐοικότα παῖδα Κυθήρης.* Long. Pastor. Lib. I. p. 22. Schaef. *ὁ δὲ (εἴκασε) μήλῳ τὸ πρόσωπον αὐτῆς, ὅτι λευκὸν καὶ ἐνερευθὲς ἦν.* Cf. annot. ad Id. XXIII, 8.

119. *Τὸν ξεῖνόν μευ*] Aratum. Vid. in Argumento.

120. *ἀπίοιο πεπ.*] attamen mollior es piro, h. e. iam exolescis (du bist schon überreif) Fr. Iacobs. commode in edit. recent. affert Aeschyl. apud Athenae. II. p. 51. C. de Hectore *ἀνὴρ δ' ἐκεῖνος ἦν πεπαίτερος μόρων.* Idem nunc addit Xenarch. apud Athen. XIII. p. 569. B. *γυνὴ — νέα, παλαιά, μεσοκόπῳ, πεπαιτέρα.* — *αἱ δὲ γυναῖκες*, mulieribus hoc tribuit, quippe quae facillime hoc observant.

121. *καλὸν ἄνθος*] pulcritudo cum flore comparatur, qui marcescit; gratia puerilis vero *ἀποῤῥεῖ*, sensim et paullatim defluit. De hoc vocis *ἄνθος* usu vide Stallbaum. ad. Plat. Sympos. p. 126.

122. *μηκέτι τοι*] non amplius pedes sistamus ad fores pueri, sc. et severi, nec florentis pulcritudine. Desinamus igitur (tu, Arate, et nos, amici, qui te ad ianuam pueri comissantem comitari solemus) ad eius limina vigilare.

123. *πόδας τρίβ.*] neque pedes teramus, eundo ad puerum. — *ὄρθριος .. ἀλέκτωρ*, haud stemus ad eius fores usque ad mane, s. ad frigora matutina. Sed quia haec adventant sub galli cantum, poeta gallé ipsi tribuit hoc frigus. Hic usus loquendi admodum frequens poetis, praecipue in verbo *διδόναι*. Vid. Seidler. ad Eurip. Troad. 1180. Praeivit iam Homerus, ut Il. V, 398. *ὀδύνῃσιν ἔδωκεν (αὐτόν)*. Od. XVII, 567. XVIII, 167. Imitantur Latini, ut Plaut. Am-

Κοκκύσδων νάρκαισιν ἀνιηραῖσι διδοίη·
Εἷς δ' ἐπὶ τᾶςδε, φέριστε, Μόλων ἄγχοιτο παλαίστρας·
Ἄμμιν δ' ἀσυχία τε μέλοι, γραία τε παρείη,
Ἅτις ἐπιφθύζοισα τὰ μὴ καλὰ νόσφιν ἐρύκοι.
Τόσσ' ἐφάμαν· ὁ δέ μοι τὸ λαγωβόλον ἁδὺ γελάξας,
Ὡς πάρος, ἐκ Μοισᾶν ξεινήϊον ὤπασεν ἦμες.
Χὼ μὲν ἀποκλίνας ἐπ' ἀριστερά, τὰν ἐπὶ Πύξας
Εἷρφ' ὁδόν· αὐτὰρ ἐγών τε καὶ Εὔκριτος ἐς Φρασιδάμω

134. **οἰναρέοισιν**] quattuor codd. οἰναρέῃσιν et νεοτμάτῃσι. Utraque forma proba. Similem confusionem in **Babriae** fragmento notat **Schneider.** in Lex. s. v.

phitr. I, 1, 150. Cf. notata ad Id. IV, 40.

124. νάρκαισιν] sunt frigora matutina, quae iacentem ante limina mordent; nihil amplius. **Asclepiad.** Epigr. XXIII. Anthol. Tom. I. p. 148. κἀγὼ πὰρ προθύροις νείσσομαι ὑόμενος. Conferunt praeterea **Propert.** Eleg. I, 16, 23. **me mediae noctes, me sidera prona iacentem, Frigidaque Eos me dolet aura gelu.** Ibid. I, 16, 45. **Haec ille** (amator in limine cubans) **et si quae miseri novistis amantes, Et matutinis obstrepit alitibus.**

125. ἐπὶ τᾶςδε ... ἄγχ. παλ.] **alius vero in hac palaestrâ torqueatur et excrucietur.** Palaestram vocat tropice laborem, aerumnam, ut Latini **campum** dicunt. [Etiam verbum ἄγχοιτο imagini palaestrae accommodatum. ἄγχειν et πνίγειν, de luctatoribus sollemnia verba, ad Veneris palaestram translata, illustravi in Animadv. ad Anthol. Gr. Tom. II. P. III. p. 105 sq. Cf. notat. ad Id. I, 98. F. I.] Quae vero adiecta sunt εἷς δὲ ... Μόλων, sunt ita dicta, ut Molonis cum despectu mentio fiat, tanquam inficeti et rustici hominis.

126. ἀσυχία] non est quies, sed **tranquillitas animi.**

126. γραία] Scholiastae pro doricâ formâ habent. Rectius statuas ob productionem ultimae adiectivum esse. Vid. **Spitzn.** Prosod. §. 17, 1. not.

127. ἐπιφθ.] vid. annot. ad Id. II, 62. VI, 39. — τὰ μὴ καλά, sensu proprio accipio. Deformium amor veneficio tribuitur. In talem amorem ut anus veneficae irretiunt, ita eaedem artibus formulisque magicis ei medentur. Tale μίσηθρον commemorat **Lucian.** Dial. Meretr. IV. Tom. VIII. p. 214. F. I.

129. ὡς πάρος] v. 42. — ἐκ Μοισ., **propter Musas,** i. e. propter carmen tam egregium. — ἦμες, usus loquendi, Ionibus inprimis frequentatus, sed neque Atticis inusitatus, ex quo infinitivus εἶναι ex abundantiâ additur. **Hom.** Il. X, 20. τόν ποτέ οἱ Κινύρης δῶκε ξεινήϊον εἶναι. Res ex grammaticis nota.

130. ἐπὶ Πύξας] videtur oppidum insulae Coi designari; scholiastae inter se non consentiunt. Ceterum casus rectus **Pyxae** videtur, non **Pyxa**; hoc enim nexu dicitur ἡ ὁδὸς ἡ ἐπὶ τὴν πόλιν, non ἡ ἐπὶ τῆς πόλεως vel ἐπὶ τόπου τινός.

132. στραφθέντες] **cum divertissemus in aedes Phrasidami.** — Ἀμύντιχος, quem

Στραφθέντες, χὼ καλὸς Ἀμύντιχος, ἔν τε βαθείαις
Ἁδείας σχίνοιο χαμευνίσιν ἐκλίνθημες,
Ἔν τε νεοτμάτοισι γεγαθότες οἰναρέοισι.
Πολλαὶ δ' ἄμμιν ὕπερθε κατὰ κρατὸς δονέοντο
Αἴγειροι πτελέαι τε· τὸ δ' ἐγγύθεν ἱερὸν ὕδωρ
Νυμφᾶν ἐξ ἄντροιο κατειβόμενον κελάρυσδε.
Τοὶ δὲ ποτὶ σκιεραῖς ὀροδαμνίσιν αἰθαλίωνες
Τέττιγες λαλαγεῦντες ἔχον πόνον· ἁ δ' ὀλολυγὼν

137. κελάρυσδε] Kiessl. ex uno cod. κελάρυσδεν.

versu secundo Ἀμύντας dixerat, formâ deminutivâ Amyntichum blandiendi causâ appellat. Vid. annot. ad Id. V, 20, 55. Cf. Meineke ad Id. IV, 54.

133. σχίνοιο] lentisci (Mastix). Suavis dicitur ob gratum odorem, quem spirat. Cf. annot. ad v. 81. Cf. Nicaenet. Epigr. in Delect. Epigr. VII, 15. p. 229.

134. ἐν νεοτμάτ. ... οἰναρ.] in pampinis modo abscissis. Vites amputantur bis quotannis; primum aestate, deinde post idus octobres, ut maturitatem capere fructus et sole coqui possint. Columell. V, 5. Pampinandi autem modus is erit, ut opacis locis humidisque ac frigidis aestate vitis nudetur, foliaque palmitibus detrahantur, ut maturitatem fructus capere possit et ne situ putrescat. Alteram amputationem hoc loco intelligendam esse docent versus huius Id. 24, 25. Cf. Heyne ad Virg. Eclog. II, 70. Tori ex pampinis facti mentionem iniicit etiam Hom. Od. XI, 193. πάντη οἱ κατὰ γουνὸν ἀλωῆς οἰνοπέδοιο Φύλλων κεκλιμένων χθαμαλαὶ βεβλήαται εὐναί. Lege etiam pulcrum nostroque similem locum Horatii Od. II, 3, 5 — 12. — γεγαθότες, laeti, vultu hilari. Lucianus, quum ad avunculum sculptorem duceretur (Tom. I. p. 19.), μετέβαινον, ait, πρὸς τὴν παιδείαν μάλα γεγηθώς.

137. ἐξ ἄντροιο] Long. I, 4. Νυμφῶν ἄντρον ἦν κ. τ. λ. Horat. Od. I, 7, 12. domus Albuneae resonantis. — κατειβόμενον dicitur de rivo s. fluvio, ex fonte defluente. Hom. Od. V, 185. τὸ κατειβόμενον Στυγὸς ὕδωρ. — κελάρυσδε, murmuravit, resonavit. Vir doctus in Diario Anglorum Valpyano Tom. XX. p. 9. Homericum locum affert Il. XXI, 261. τὸ δέ τ' ὦκα κατειβόμενον κελαρύζει Χώρῳ ἐνὶ προαλεῖ. Adverte vero animum ad hanc pulcram amoeni loci descriptionem, qui fontis murmurantis vicinitate commendatur. Inprimis enim veteres locum aliquem ob fontem laudant. Vid. Voss. ad Virgil. Eclog. II, 59. p. 83.

139. τέττιγες] cicadae audiunt αἰθαλίωνες, quod calore solis delectantur et ardente sole lubentissime canunt. Fr. Iacobs. comparat ἡλιομανὴς ἠχέτας in Aristoph. Av. 1095. ἀκτίνων ὥσπερ ἡλιακῶν μεθυσκόμενος apud Theophylact. Epist. I. — λαλ. ἔχον πόνον, garriendo inter se certabant, vel garriendo se fatigabant, continuo garriebant. ἔχω πόνον simpliciter, vel participio ad-

Τηλόθεν ἐν πυκινῇσι βάτων τρύζεσκεν ἀκάνθαις.
Ἄειδον κόρυδοι καὶ ἀκανθίδες, ἔστενε τρυγών·
Πωτῶντο ξουθαὶ περὶ πίδακας ἀμφὶ μέλισσαι.
Πάντ' ὦσδεν θέρεος μάλα πίονος, ὦσδε δ' ὀπώρης.
Ὄχναι μὲν πὰρ ποσσί, παρὰ πλευρῇσι δὲ μᾶλα
Δαψιλέως ἄμμιν ἐκυλίνδετο· τοὶ δ' ἐκέχυντο
Ὄρπακες βραβύλοισι καταβρίθοντες ἔρασδε·
Τετράενες δὲ πίθων ἀπελύετο κρατὸς ἄλειφαρ.

140. πυκινῇσι] Boisson. hic et in aliis locis constanter edidit πυκιναῖσι. De epicorum usu post Hermanni observata ad Orphic. p. 700. nunc satis constat. Dubitare licet de bucolicis. Apud Mosch. II, 31. quidem προχοαῖσιν certâ auctoritate legitur. Cf. quae eruditus sar. ad Aeschyl. Agam. 27. Seidler ad Eurip. Electr. 686.

141. τρυγών] turtur veris tantum atque auctumni tempore in his terris versatur; per reliquum anni tempus in aliis regionibus nidum ponit. Vid. Voss. ad Virgil. Eclog. I, 58. p. 36.

142. πωτῶντο] Sic Id. XV, 122. πωτῶνται. Sed alterâ etiam formâ ποτᾶσθαι usus est Theocritus, ut Id. II, 19. XI, 72. Vid. Valcken. ad Adoniaz. p. 400. B. — ξουθαί, i. q. ξανθαί. Ita passim vocantur apes. Vid. Animadv. in Anthol. Tom. II. P. I. p. 263.

143. θέρ. μάλα πίον.] haec μάλα πίονος repete ad ὀπώρας. Sensus: omnia significabant abundantiam rerum; omnia abunde aderant. De hac ubertate lege similem Longi locum Pastor. Lib. III. p. 104 sq. ed. Schaef., Virgil. Eclog. VII, 54. Strata iacent passim sua quaeque sub arbore poma.

144. παρὰ πλευρῇσιν] quippe qui recubabant in toro.

145. ἐκέχυντο] fundebantur humi, i. e. pendebant humi.

iecto, ποιῶν τι, de summo, quod quis ponit in aliquâ re, studio ponitur. Iam Homero usitata est loquutio, apud quem de pugnandi studio non intermisso dicitur, velut Il. V, 667. τοῖον γὰρ ἔχον πόνον ἀμφιέποντες, tum ab aliis scriptoribus ad alias res translata est. Hesiod. Scut. 305. πὰρ δ' αὐτοῖς ἱππῆες ἔχον πόνον. Apollon. Rhod. II. 649. εἰρεσίη δ' ἄλιαστον ἔχον πόνον. Herodoti atque Pausaniae locos contulit Valcken. — ἡ ὀλολυγών, non recte intelligunt ululam, quam nemo meridiano tempore audiverit. Tum inter tot gratissimas, quibus amoenissimus locus quasi obrutus est, res ululae, quam omnes reformidant homines, ne locus quidem est. Alia igitur debet cogitari avis, cuius vox lubenter auditur, fortasse ex lusciniarum genere. Quod videndum an inde probari possit. Eiusdem avis mentio fit apud Arat. Diosem. 216., quo loco Cicero vertit acredula; hanc autem ex lusciniarum genere esse auctor est Isidor. Origg. XII, 7. Lusciniae vero cantui verbum ὀλολύζειν maxime accommodatum, quanquam non ignoro idem etiam de laeto clamore usurpari. Vid. Kiessl. ad Id. XVII, 64. Blomfield. in Glos-

Νύμφαι Κασταλίδες Παρνάσιον αἶπος ἔχοισαι,
Ἆρά γέ πα τοιόνδε Φόλω κατὰ λάϊνον ἄντρον
Κρητῆρ' Ἡρακλῆϊ γέρων ἐστάσατο Χείρων;
Ἆρά γέ πα τῆνον τὸν ποιμένα τὸν ποτ' Ἀνάπῳ
Τὸν κρατερὸν Πολύφαμον, ὃς ὤρεσι νᾶας ἔβαλλε,
Τοῖον νέκταρ ἔπεισε κατ' αὔλια ποσσὶ χορεῦσαι,
Οἷον δὴ τόκα πῶμα διεκρανώσατε, Νύμφαι,
Βωμῷ πὰρ Δάματρος ἀλωάδος; ἇς ἐπὶ σωρῷ

vir in censurâ Apollon. Rhod. edit. Wellauer. disputavit in Hall. Litt. 1828. nro. 306. p. 774.

152. νᾶας] coniectura est Heinsii. Vulgatam λᾶας retinuit Kiessl.; sed quo sensu parum perspicio. — Pro ὤρεσι alii ὤρει, quod certe ὤρεϊ scribi debebat ob numeros.

146. καταβρίθοντες] graves, vel gravati; intransitivo sensu. Vid. Blomfield. in Glossar. in Aesch. Sept. 141. Cf. Ovid. Remed. 175. Adspice curvatos pomorum pondere ramos, Ut sua quod peperit vix ferat arbor onus.

147. Deinde vino nos invitavimus praestantissimo, quod poeta per octo versus exornat. — τετράενες, quadrimum. Infra Id. XIV, 16. τετόρων ἐτέων σχεδόν. Vid. Horat. Od. I, 9, 7. ibique interpp. III, 8, 9. Hic dies ... corticem adstrictum pice dimovebit Amphorae. Tibull. II, 1, 27. nunc mihi fumosos veteris proferte Falernos Consulis et Chio solvite vincla cado. Cf. Animadv. in Anthol. Tom. I. P. I. p. 1.

148. Νύμφαι Κασт.] sunt Musae; sed Nympharum nomine eas invocat, quod vino miscendo adfuisse dicuntur. Sic etiam v. 154. ipsae Nymphae vinum aquâ temperavisse perhibentur. Cf. Animadv. in Anthol. Tom. II. P. II. p. 240.

149. ἆρά γε] harum particularum, ita positarum, alia exempla vide apud Blomfield. ad Aeschyl. Sept. 193. in Addend. — Φόλω, Pholus, unus ex Centauris, Herculem, qui expeditionem adversus aprum Erymanthium susceperat, admodum hospitaliter apud se exceperat et vino largiter invitaverat. Chiron vero, quum illis epulis interfuisset, dicitur ipse Herculi vina apposuisse. Res vario modo narratur. Cf. Apollod. II, 5, 4.

151. Num tale vinum illud fuit, quod Ulysses Polyphemo apposuit? Respicitur Hom. Od. IX, 359. ἀλλὰ τόδ' ἀμβροσίης καὶ νέκταρός ἐστιν ἀποῤῥώξ. Erat enim vinum Maroneum, de quo ibid. v. 205. ἡδὺν, ἀκηράσιον, θεῖον ποτόν. — ὀδμὴ δ' ἡδεῖα ἀπὸ κρητῆρος ὀδώδει Θεσπεσίη. Multa de hoc vino Athen. I. p. 26. et 28. — Anapus fluvius Siciliae prope Syracusas. Vid. annot. ad Id. I, 68.

152. ὤρεσι] totis montis partibus (ganze Felsstücke). Vid. Hom. Od. IX, 481.

155. Utinam iterum tali festo Cereris adsim, ubi haec dea largiter fruges praebet. Ceres ἀλωάς vocatur, i. e. arealis, frugifera.

Αὖθις ἐγὼ πάξαιμι μέγα πτύον, ἁ δὲ γελάξαι,
Δράγματα καὶ μάκωνας ἐν ἀμφοτέρῃσιν ἔχοισα.

156. *πάξαιμι*] infigam ventilabrum. Nam acervo granis mixto solebant ventilabrum infigere. Proprium in hac re est vocabulum *πηγνύναι*. Vid. Animadv. in Anthol. Tom. II. P. II. p. 378. Ceterum tenendum in Graeciâ, ut in Italiâ quoque, fruges in ipso agro, statim post messem, exteri et purgari. — *ἁ δὲ γελάξαι*, rideat faveatque, s. risu se nobis propitiam esse significet. Arridet dea agricolis sacra ad eius aram celebrantibus gratiamque habentibus ob messem feliciter peractam, cuius signum vannus acervo frumenti infixa. Suavis imago si cogites statuam deae vultu sereno adstantis. Cf. annot. sq.

157. *ἔχοισα δράγμ. καὶ μάκ.*] cogita tibi festum celebratum in agris eo ipso loco, ubi frumentum contritum erat. Finge tibi porro statuam Cereris ibi positam fuisse, et haec omnia aptissima esse fateberis. Dea vero utrâque manu manipulos et papavera tenebat; quemadmodum saepissime nobis obvia est in Monumentis antiquis. Vid. Mitscherl. ad hymn. in Cerer. 13. — Finem huius Idyllii similem esse extremo carmini Tibulli I, 10. observat Heyne ad hunc poetam.

VIII.

ARGUMENTUM.

Disceptant in hoc Idyllio duo pastores, Daphnis et Menalcas, ambo, cantus et musices peritissimi, amoebaeo carmine, cuius occasio a mutuâ provocatione petitur 6. — 12. Praemio, quo decernant, constituto — 24. vicinoque caprario, ut arbitri partes suscipiat, advocato — 29., ipsum carmen instituunt — 80. Certamine finito caprarius Daphnidi propositum adiudicat praemium. Hanc vero victoriam ita repraesentat poeta, ut Daphnis eâ futurae apud pastores gloriae prima fundamenta iecisse videatur. Peculiari libello de hoc Idyllio disputavit C. G. Wernsdorfius. Helmstad. 1802. 8. Plurimos eius versus expressit Virgil. Eclog. III. et VII. F. I.

Multum negotii hoc Idyllium facessivit criticis. Sunt duae inprimis eius partes, quae multas multorum pepererunt dubitationes; quarum altera carmen amoebaeum continet, versibus elegiacis compositum, altera eum cantum, qui cumuli loco accedit. De illo prius videamus. Eorum, qui in eo haererent, agmen ducit Valckenarius (in Epist. ad Roever. p. XIV), qui omnes hos versus elegiacos spurios censet, quod nullum aliud similis licentiae ex bucolicis poetis possit afferri exemplum. Verum etiamsi non aliud, quod huc quadret, exemplum exstaret, tamen non iusta ea haberetur causa, cur elegiacos illos versus Theocrito abiudicemus. Nam quis in tantâ bucolicorum poetarum atque carminum penuriâ omnia, quae singularia sunt in suo genere, exemplis comprobari flagitet? Sed miro quodam casu accidit, ut simile quicquam in comparationem afferri queat; elegiacum carmen dico, quod Andromachae suae inseruit Euripides inde a v. 103., ubi vide Pflugk. Nonne id magis mirum est, quippe quod unicum sit in suo genere, et valde dubitari possit, an aptum in tragoediâ elegiacum carmen occupet locum? Atque hoc quidem adversus eos, qui illo argumento usi sunt, quo νοθείας convincerent versus elegiacos. Contra dicam haud parum praesidii iis parari inde, quod aperta aliquot ex hoc carmine versuum imitatio apud Virgilium legitur. — Sed alia quae-

atio est, an integrum hoc carmen ad nos pervenerit. Hoc nec ipse credam. Nam quum carminis amoebaei ea sit ratio, ut parilis existat versuum numerus utriusque cantoris, ad hanc aequabilitatem quattuor ad minimum alterius versus desiderari patet. His equidem putaverim aptissime locum designari post v. 53. Nam quae ibi leguntur pro fatione carminis amoebaei sibi minus respondent. Sed ne quis opinetur huius dicti eam esse vim, ut ea, quae de amoribus suis pueri canunt, ita conformari velim, ut in iis sibi prorsus constent ambo cantores, hoc minime postulandum esse arbitror. Etenim pleraque in eius modi carminibus non ex ipsâ cantantium vitâ sunt petita, sed lusus et animi causâ ultro finguntur et excogitantur. Quamobrem minime est mirandum, quod idem modo dicit se pueri amore flagrare, modo puellae; nec curandum, quum suae puellae diversa nomina unus idemque cantor proferat. Similem licentiam sectantur mercenarii pastores Id. V. Et, si Virgilium ad partes vocare licet, in Eclog. III. eâdem libertate Damoetas modo Galateae, modo Phyllidis amore gloriatur, quam ei ipsam se amare dicit Menalcas. Nec aliter res se habet in Eclog. VII., ubi Corydon nunc Galateae, nunc Alexidis pueri amorem iactat. Cf. Wissowa Theocritus Theocriteus p. 42. Quae quum reputo, ab eorum sententiâ mihi discedendum est, qui versus transponendos esse censent, ut in puerorum amoribus aliqua servetur constantia. — Tum fuerunt qui alterum puerorum cantum inde a versu 63 — 80., ex alio fortasse Theocriti carmine, huc illatum iudicarent. Sed quum nihil aliud ii urgeant, nisi licentiam, quâ post carmen elegiacum pueri aliud liberiore modo compositum canunt, cur hanc denegare velis poetae, causam idoneam non reperio.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΟΓΔΟΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.

Τὰ μὲν πράγματα ἐπὶ Σικελίας· ὁ δὲ λόγος ἐκ τοῦ ποιητικοῦ προσώπου. Εἰσὶ δὲ ἐρίζοντες ἀλλήλοις Δάφνις βουκόλος καὶ Μενάλκας ποιμήν, εἰληφότες κριτὴν αἰπόλον· ἔπαθλον δὲ τεθείκασι τὰς σύριγγας.

ΑΛΛΩΣ.

Τὰ μὲν πράγματα ἐν Σικελίᾳ· ὁ δὲ λόγος ἐκ τοῦ ποιητικοῦ προσώπου. Μενάλκας καὶ Δάφνις, εἰς ἔριν βουκολικῶν ᾀσμάτων καταστάντες, εἵλοντο κρίτην τινά, οὗ τὸ ὄνομα σεσιώπηται· ἔπαθλον δὲ ἐτίθεσαν τὰς ἰδίας σύριγγας. Προσέτι δὲ † κριτὴς ὁ Δάφνις εὖ μάλα ᾄσας προσηγάγετο μαθητεῦσαι ἑαυτόν· Σωσίθεος δὲ Δάφνιν † γενόμε-

νον, ὑφ' οὗ νικηθῆναι Μενάλκαν ᾄδοντα Πανὸς καὶ Νυμφῶν † κρίναντος γαμηθῆναι αὐτῷ Θάλειαν. Ἀλέξανδρος δέ φησιν ὁ Αἰτωλός, ὑπὸ Δάφνιδος μαθεῖν Μαρσύαν τὴν λυρικήν. Δάφνις βουκόλος, Μενάλκας ποιμήν. Μικτὸν διηγηματικόν. (Absunt a MS. Valckenar.)

ΒΟΥΚΟΛΙΑΣΤΑΙ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ η'.

ΔΑΦΝΙΣ, ΜΕΝΑΛΚΑΣ, ΚΑΙ ΑΙΠΟΛΟΣ.

Δάφνιδι τῷ χαρίεντι συνήντετο βωκολέοντι
Μᾶλα νέμων, ὡς φαντί, κατ' ὤρεα μακρὰ Μενάλκας.
Ἄμφω τώγ' ἤτην πυῤῥοτρίχω, ἄμφω ἀνάβω,
Ἄμφω συρίσδεν δεδαημένω, ἄμφω ἀείδεν.
Πρᾶτος δ' ὦν ποτὶ Δάφνιν ἰδὼν ἀγόρευε Μενάλκας·

ΜΕΝΑΛΚΑΣ.

Μυκητᾶν ἐπίουρε βοῶν Δάφνι, λῇς μοι ἀεῖσαι;
Φαμί τυ νικασεῖν ὅσσον θέλω αὐτὸς ἀείδων.

Idyll. VIII. 3. Virgil. Eclog. VII, 4. Ambo florentes aetatibus, Arcades ambo Et cantare pares et respondere parati. — πυῤῥοτρίχω. Torserunt se interpretum aliquot in hac voce explicandâ, quum de flavescente primâ barbae lanugine intelligerent; cui explicationi parum respondet ἀνάβω. Enimvero non video, quid obstet, quominus πυῤῥοτρ. de capillis capiamus et omnino pro ξανθός dictum putemus.

6. μοι ἀεῖσαι] mecum certare canendo, ut παλαίειν τινί et alia.

7. ὅσσον θέλω αὐτός] quantum ego volo, pro arbitrio, plane; infra XI, 23. ὡς ἐθέλοντι. — Observanda puerilis confidentiae significatio, quae in carminis amoebaei principio insigni humanitate temperatur. F. I. — Ceterum observa in eodem Idyllio tres huius verbi formas θέλω, ἐθέλω v. 29. et λῶ s. λῆμι v. 6 et 84. promiscue usurpatas esse, tribus his locis metro satis defensas. Cf. Id. XX, 1, 3. XXIX, 7. Ex quo apparet maiore in ponendis doricae et communis dialecti formis poetas bucolicos usos esse liber-

Τὸν δ' ἄρα χὠ Δάφνις τοιῷδ' ἀπαμείβετο μύθῳ·

ΔΑΦΝΙΣ.

Ποιμὰν εἰροπόκων ὀΐων συρικτὰ Μενάλκα,
Οὔποτε νικασεῖς μ', οὐδ' εἴτι πάθοις τύ γ', ἀείδων.

ΜΕΝΑΛΚΑΣ.

Χρῄσδεις ὦν ἐςιδεῖν, χρῄσδεις καταθεῖναι ἄεθλον;

ΔΑΦΝΙΣ.

Χρῄσδω τοῦτ' ἐςιδεῖν, χρῄσδω καταθεῖναι ἄεθλον.

ΜΕΝΑΛΚΑΣ.

Ἀλλὰ τί θησεύμεσθ', ὅ κεν ἁμῖν ἄρκιον εἴη;

ΔΑΦΝΙΣ.

Μόσχον ἐγὼ θησῶ· τὺ δὲ θὲς γ' ἰσομάτορα ἀμνόν.

ΜΕΝΑΛΚΑΣ.

Οὐ θησῶ ποκὰ ἀμνόν, ἐπεὶ χαλεπὸς θ' ὁ πατήρ μευ
Χἀ μάτηρ· τὰ δὲ μᾶλα ποθέσπερα πάντ' ἀριθμεῦντι.

ΔΑΦΝΙΣ.

Ἀλλὰ τί μὰν θησεῖς; τί δὲ τὸ πλέον ἑξεῖ ὁ νικῶν;

Idyll. VIII. 10. Kiessl. ita interpunxit: οὐδ' εἴ τι πάθοις, τύ γ' ἀείδων.

18. ἐποίησα] hic quoque Kiessl. et Boisson. ediderunt ἐπόησα. Vid. ad Id. III, 9.

tate quam recentiores critici, ad certas scilicet leges omnia revocantes, iis concesserint. Cf. annot. ad Id. II, 115. et quae in Praefat. disputavimus. Hinc corrigendus Schaefer. annot. ad Moschi II, 110.

9. συρικτά] συρικτής et συριγκτής utrumque probum. Vid. annot. ad Id. VII, 28.

10. οὐδ' εἴ τι πάθοις] apponitur verbis ὅσσον θέλω αὐτός v. 7., neque si ipsam vitam pericliteris, h. e. etiamsi omnia tentes. Wuest. — εἰ τὴν φιλονεικίαν προάγοις μέχρι θανάτου, ut fere loquitur Aelian. H. A. XVI, 20. F. I.

14. ἰσομάτορα] Virgil. Aen. IX, 627. statuam ante aras iuvencum .... pariterque caput cum matre ferentem. Expressit hos versus idem Virgil. Eclog. III, 28 et sqq. — Observa hiatum in ἰσομάτορα ἀμνόν a poetâ admissum. Wuest. — ἀμνόν fortasse ut ἄρνες digamma habet; sic enim iterum ποκα ἀμνόν. Apud Homerum tamen ἀμνίον non digammatum. F. I.

17. πλέον ἑξεῖ] quid lucrabitur victor? quid praemii loco ponetur? Sic Eurip. Alc. 506. τί δ' ἂν κρατήσας δεσπότην πλέον λάβοις;

19. ἴσον ... ἶσον] de duplici huius vocis mensurâ vid. annot. ad Id. VI, 19.

20. ταύταν] eleganter et cum vi hoc repetitum. Xenoph. Cyrop. VIII, 5, 75. οὐ γάρ τοι τὸ ἀγαθοὺς ἄνδρας γενέσθαι, τοῦτο ἀρκεῖ, ὥςτε κ. τ. λ. — κατθείην. Observa hic optativi vim, particulâ ἂν non additâ. Nempe per solum optativum indicatur opinio cum

ΜΕΝΑΛΚΑΣ.

Σύριγγ', ἃν ἐποίησα καλὰν ἐγὼ ἐννεάφωνον,
Λευκὸν καρὸν ἔχοισαν, ἶσον κάτω, ἶσον ἄνωθεν,
Ταύταν κατθείην· τὰ δὲ τῶ πατρὸς οὐ καταθησῶ.

ΔΑΦΝΙΣ.

Ἦ μάν τοι κἠγὼ σύριγγ' ἔχω ἐννεάφωνον,
Λευκὸν καρὸν ἔχοισαν, ἶσον κάτω, ἶσον ἄνωθεν.
Πρώαν νιν συνέπαξ'· ἔτι καὶ τὸν δάκτυλον ἀλγῶ
Τοῦτον, ἐπεὶ κάλαμός γε διασχισθεὶς διέτμαξεν.
Ἀλλὰ τίς ἄμμε κρινεῖ; τίς ἐπάκοος ἔσσεται ἀμέων;

ΜΕΝΑΛΚΑΣ.

Τῆνόν πως ἐνταῦθα τὸν αἰπόλον ἦν καλέσωμες,
Ὧι ποτὶ ταῖς ἐρίφοις ὁ κύων ὁ φαλαρὸς ὑλακτεῖ.
Χοὶ μὲν παῖδες ἄϋσαν, ὁ δ' αἰπόλος ἦνθ' ἐπακούσας·
Χοὶ μὲν παῖδες ἄειδον, ὁ δ' αἰπόλος ἤθελε κρῖναι.
Πρᾶτος δ' ὦν ἄειδε λαχὼν ἰϋκτὰ Μενάλκας.

23. ἀλγῶ] Kiessl. hic et III, 52. ἀλγέω cum Brunckio.

28. ἐπακούσας] alii ἀκοῦσαι. Versu sequente κρίνειν Kiessl. cum Brunckio ex tribus codd. edidit.

voluntatis quâdam significatione. Ita iudicat Hermann. de particulâ ἂν Lib. III. Cap. V. p. 11238. Aliter sentit de hoc loco Reisigius in Commentatione de partic. ἄν. p. 125.

26. τῆνόν πως ἐντ.] Post verba τίς κρινεῖ; τίς ἐπ. ἔσσεται; exspectabas responderi τῆνός πως ὁ αἰπόλος. Verum hac responsione suppressâ nova infertur sententia ἦν καλ. — ἐνταῦθα ... καλ., invitemus ut hic sit, h. e. huc vocemus. Vulgo dicunt ἐνταῦθα pro ἐνταυθοῖ positum esse. Hom. Il. IX, 597. μηδέ σε Δαίμων ἐνταῦθα στρέψειε, φίλος, ne mentem tuam huc flectat numen.

27. ὁ κύων ὁ φαλαρός] canis, cui pellis quidem nigra est, sed alba in fronte macula. Sic satis probabiliter hanc vocem exponit Buttmann. Lexil. Tom. II. p. 248.

28. ἦνθ' ἐπακούσας] venit voce auditâ. Wuest. — Magna suavitas et bucolica prorsus indoles in eorundem verborum concinnâ repetitione; praeivit Homerus. Cf. Boissonade ad Homeri Iliadem Tom. I. p. 328. F. I.

30. λαχών] sors iacta Menalcae priores destinat partes; neuter enim offensus provocaverat alterum. Vid. Voss. ad Virgil. Eclog. III, 52. p. 127. — ἰϋκτά, ut mox v. 34. συρικτά, formae sunt ad normam Homericarum εὐρυόπα, νεφεληγερέτα et aliarum confictae. Reinhold. in libello de genuinis Theocr. carminibus p. 20. articulum ad ἰϋκτά desiderat, quem equidem non requiro.

Εἶτα δ' ἀμοιβαίην ὑπελάμβανε Δάφνις ἀοιδὰν
Βωκολικάν· οὕτω δὲ Μενάλκας ἄρξατο πρᾶτος·

ΜΕΝΑΛΚΑΣ.

Ἄγκεα καὶ ποταμοί, θεῖον γένος, αἴ τι Μενάλκας
Πάποχ' ὁ συρικτὰ προςφιλὲς ᾆσε μέλος,
Βόσκοιτ' ἐκ ψυχᾶς τὰς ἀμνίδας· ἢν δέ ποκ' ἔνθῃ
Δάφνις ἔχων δαμάλας, μηδὲν ἔλασσον ἔχοι.

ΔΑΦΝΙΣ.

Κρᾶναι καὶ βοτάναι, γλυκερὸν φυτόν, αἴπερ ὁμοῖον
Μουσίσδει Δάφνις ταῖσιν ἀηδονίσιν,
Τοῦτο τὸ βωκόλιον πιαίνετε· κἤν τι Μενάλκας
Τεῖνδ' ἀγάγῃ, χαίρων ἄφθονα πάντα νέμοι.

ΜΕΝΑΛΚΑΣ.

Παντᾷ ἔαρ, παντᾷ δὲ νομοί, παντᾷ δὲ γάλακτος

34. πάποχ'] vulgo πῇ ποχ', pro quo nonnulli doricum πᾶ ποχ' exhibuerunt. Nostrum debetur Meinekio, quocum etiam Id. XI, 66. πά ποχ' reposuimus.

43. Ut nunc haec verba leguntur, versus est prorsus elumbis. Meinekio legendum videtur: ἔνθα καλὰ Ναῒς ἐπινίσσεται; in fine etiam carminis commemorari Naïda, Daphnidis puellam: tunc respon-

33. αἴ] cum indicativo hic, et v. 37. Vid. quae in Praefat. disputavimus. — θεῖον γένος, unice ad ποταμούς referendum, ut v. 37. γλυκερὸν φυτόν ad βοτάνας, quod scite notat Graefe. *Kiessl.*

35. ἐκ ψυχᾶς] ex animi mei sententiâ, prout ipse volo atque cupio. Wuest. — Fortasse ad loquutionem ἐκ ψυχῆς illustrandam facit, quod ψυχή est animus, quatenus cupiditatibus est obnoxius. Vid. Luzac. Exercitatt. Acad. I. p. 32. Huschke Anal. crit. p. 42. F. I.

38. μουσίσδων] observatione fortasse dignum, quod quamvis Idyllium hoc sit δωρικώτατον, Theocritus tamen non ausus est μωσίσδων, quod Doriensium auribus insolitum. Sic in Id. XI., quod plurimas formas doricas constanter servat, 81. μουσίσδων. Nec μωσικός, vel μοισικός ausi sunt Pindarus atque Theocritus. At φιλόμωσος his dixit Id. XIV, 61.

39. κἤν τι .... πάντα νέμοι] ad singularem τι refertur pluralis πάντα. Eurip. Alc. 760. εἰ δέ τι κἀκεῖ πλέον ἔστ' ἀγαθοῖς; τούτων μετέχουσ' Ἅιδου νύμφῃ παρεδρεύοις, ad quem locum vide Monk., et Porson. ad Eurip. Hipp. 78.

41. Inde ab hoc versu nonnulla in hoc carmine turbata esse apparet. Vid. Argument.

49. Milonem, quem se amare fingit, in densissimâ silvâ absconditum latere dicit, ut ipsum fugiat. Hircum igitur mittit, qui ad puerum mandatum perferat; capellas interim ad rivum pascere iubet. — τᾶν λ. αἰγᾶν ἀνερ caprum s. hircum capellarum maritum; capellas vero hirci uxores dici tam Graecis quam Latinis satis usitatum. Virgil. Eclog. VII, 7. vir gregis ipse caper deerraverat. Horat. Od. I, 17, 7. deviae Olentis uxores

Οὔθατα πλήθουσιν, καὶ τὰ νέα τρέφεται,
Ἔνθ' ἁ καλὰ παῖς ἐπινίσσεται· αἰ δ' ἂν ἀφέρπῃ,
Χὡ ποιμὰν ξηρὸς τηνόθι, χαἰ βοτάναι.

ΔΑΦΝΙΣ.

Ἔνθ' οἶς, ἔνθ' αἶγες διδυματόκοι, ἔνθα μέλισσαι
Σμάνεα πληροῦσιν, καὶ δρύες ὑψίτεραι,
Ἔνθ' ὁ καλὸς Μίλων βαίνει ποσίν· αἰ δ' ἂν ἀφέρπῃ,
Χὡ τὰς βῶς βόσκων, χαἰ βόες αὐότεραι.

ΜΕΝΑΛΚΑΣ.

Ὦ τράγε, τᾶν λευκᾶν αἰγᾶν ἄνερ, ὦ βάθος ὕλας
Μυρίον, ὦ σιμαὶ δεῦτ' ἐφ' ὕδωρ ἔριφοι·
Ἐν τήνῳ γὰρ τῆνος· ἴθ' ὦ κόλε, καὶ λέγε Μίλων',
Ὡς Πρωτεὺς φώκας, καὶ θεὸς ὤν, ἔνεμεν.

dere versum antistrophicum ἔνθ' ὁ καλὸς Μίλων βαίνει ποσίν, pro quo scribendum putat ἔνθα καλ. Μ.

45. οἶς] ita Meinek. recte scripsit pro vulgato ὄϊς; illa forma est Theocritea. Vid. Schaef. ad Id. I, 9. cf. Id. V, 99.

49. αἰγᾶν] Kiessl. αἰγῶν. Vid. annot. ad Id. V, 148.

mariti. Ovid. Fast. I, 334. lanigerae coniux ovis. De formâ αἰγᾶν vid. annotat. ad Id. V, 148. — ὦ βάθος ὕλας Μυρίον, ubi silva est densissima. Paul. Silentiar. Epigr. XLIV, 5. ἐκλιπόντα βάθος ὕλας. Vid. Fr. Iacobs. in Commentar. ad Achill. Tat. VIII, 6. p. 944.

50. δεῦτ'] vim suam exserit haec vocula etiam ad praecedentia ὦ βάθος ὕλας.

51. ἐν τήνῳ] in illâ (silvâ sc.) versatur Milon. — ὦ κόλε. Sic hircum dicit cornibus mutilatum. Quod hirco mandata perferenda dantur, id certe bucolico carmini consentaneum, nec sine exemplis dictum est. Ita aliae bestiolae, ut columba, culex adeo atque apis, et haec quidem in re amatoriâ apud Charon. Lampsacenum in Etymol. Magn. p. 69., nuntii ministerio funguntur. Vid. Animadv. in Anthol. Gr. Tom. I. P. I. p. 164. Graefe in Epist. crit. p. 32. Quod vero hircum alloquitur, id facit ad exemplum Polyphemi apud Hom. Od. IX, 447., qui arietem ex antro exeuntem κριὲ πέπον alloquitur. — Μίλων'. Vocalis, quae in fine huius vocis abiecta est, in sequentem versum transfertur. Simile, quo hanc licentiam tuearis, exemplum est in Hom. Il. XIV, 265. Ζῆν' Ὡς. Cf. Il. VIII, 206. XXIV, 331. Itaque rectius scripseris Μίλω — ν' Ὡς, ad exemplum Wolfii in Il. VIII, 207. Ζῆ — ν' αὐτοῦ edentis; quae scribendi ratio unice probari debet, si cum Hermanno in Element. doctr. metr. p. 51. p. 55. statuis ι dativi singularis non elidi, sed per synizesin cum sequenti vocale coalescere.

52. Πρωτεύς] Proteus, deus marinus, Neptuni armenta pavisse dicitur.

ΔΑΦΝΙΣ.

Μή μοι γᾶν Πέλοπος, μή μοι χρύσεια τάλαντα
  Εἴη ἔχειν, μηδὲ πρόσθε θέειν ἀνέμων·
Ἀλλ' ὑπὸ τᾷ πέτρᾳ τᾷδ' ᾄσομαι ἀγκὰς ἔχων τυ,
  Σύννομα μᾶλ' ἐσορῶν τὰν Σικελὰν ἐς ἅλα.

ΜΕΝΑΛΚΑΣ.

Δένδρεσι μὲν χειμὼν φοβερὸν κακόν, ὕδασι δ' αὐχμός,
  Ὄρνισιν δ' ὕσπλαγξ, ἀγροτέροις δὲ λίνα·

53. Prostant doctae aliquot in hunc locum coniecturae, quibus facile caremus, siquidem hi versus sanissimi sunt. — Verba χρύσεια τάλαντα, coniecturis saepe tentata, satis tuetur aperta imitatio poetae incerti in Anthol. Palat. VIII, 105. Vid. Fr. Iacobs. in Not. Crit. p. 430.

53. γᾶν Πέλ.] Pelopis possessiones et divitiae antiquitus celeberrimae erant. Vid. Pindar. Olymp. I, 140. Apud Horat. Od. II, 18, 37. Charon superbum Tantalum atque Tantali genus coercet, ubi Tantali genus de uno Pelope intelligas velim, non, quod interpp. faciunt, de reliquâ eius prole, quae in illo loco non apte commemoraretur. Sic etiam apud Theocritum γᾶν Πέλ. non de Peloponneso accipiendum est, sed in universum de latissimo eius regno. Locus Euripid. Hercul. fur. 643: μή μοι μήτ' Ἀσιήτιδος Τυραννίδος ὄλβος εἴη, μὴ χρυσοῦ δώματα πλήρη τὰς ἥβας ἀντιλαβεῖν etiam ob id similis est Theocriteo, quod in utroque primum tyrannidis, tum divitiarum mentio infertur. — χρύσεια τάλαντα, i. e. χρυσοῦ τάλαντα, ut saepius adiectiva locum genitivi obtinent, praesertim in nominibus propriis. Sic Id. XV, 110. ἡ Βερενίκεια θυγάτηρ, ad quem locum v. annot. Aeschyl. Pers. 8. νόστῳ τῷ βασιλείῳ. Vid. Schwenk. ad Aesch. Eumenid. p. 129. Wuest. — Tria commemorat, hominibus prae omnibus aliis cara: imperium, divitias, laudem ex corporis robore pedumque pernicitate paratam. Quae ille omnia puellae amori posthabenda censet, haud absimilis Paridi, qui regnum Asiae a Iunone ipsi oblatum, bellicamque laudem prae Helenâ repudiat. F. I.

54. πρόσθε θ. ἀν.] heroes apud Homerum in summâ laude ponunt celeritatem ventis aequalem. Sed hic adeo legimus πρόσθε θέειν ἀνέμων, ventorum celeritatem cursu superare. Alexid. apud Athen. p. 244. E. ἢ τοῖς Βορεάδαις ἢ εἴ τι θᾶττον ἔτι τρέχει. Ovid. Metam. III, 209. Inde ruunt alii rapidâ velocius aurâ.

55. ἀγκὰς ἔχων τυ] te complexu tenens. Hom. Il. XIV, 347. ἀγκὰς ἔμαρπτε Κρόνου παῖς ἣν παράκοιτιν. Meleagr. Epigr. VI, 3. ἀγκὰς ἔχοις Διόδωρον. Apoll. Rhod. I, 276. ἑὸν παῖδ' ἀγκὰς ἔχουσα. Vid. Anim. in Anthol. Tom. III. P. I. p. 146.

56. τὰν Σικελ. ἐς ἅλα] Meinekius haec verba ita explicat: cantabo in Siculum mare, sc. prospiciens, ut pendeant a praegresso ᾄσομαι. At mihi quidem haec ratio paullo durior videtur. Iunxerim verba ita: cantabo sub hac rupe, prospiciens oves (μᾶλα σύννομα ἐς τὰν Σικ. ἅλα) pascendo accedentes ad Siculum mare. ἐς

Ἀνδρὶ δὲ παρθενικᾶς ἀπαλᾶς πόθος. ὦ πάτερ, ὦ Ζεῦ,
Οὐ μόνος ἠράσθην· καὶ τὺ γυναικοφίλας.

Ταῦτα μὲν ὢν δι' ἀμοιβαίων οἱ παῖδες ἄεισαν.
Τὰν πυμάταν δ' ᾠδὰν οὕτως ἐξᾶρχε Μενάλκας·

ΜΕΝΑΛΚΑΣ.

Φείδευ τᾶν ἐρίφων, φείδευ, λύκε, τῶν τοκάδων μευ,
Μηδ' ἀδίκει μ', ὅτι μικκὸς ἐὼν πολλαῖσιν ὁμαρτέω.

Ὦ Λάμπουρε κύων, οὕτω βαθὺς ὕπνος ἔχει τυ;
Οὐ χρὴ κοιμᾶσθαι βαθέως σὺν παιδὶ νέμοντα.

56. Comma, quod plurimas editiones, etiam Meinek., post ἐξορμῇ obsidet, in causâ fuit, ut interpretes a vero loci sensu aberrarent. Vid. annot.

significat versus; Hom. Od. III, 174. ἠνώγει πέλαγος μέσον εἰς Εὔβοιαν Τέμνειν. Imago est pulcherrima: pastor sedens sub rupe cantans puellamque complexu tenens; prospicit inde ex rupe oves, quae per montis descensiones, quales oves efficere solent, pascentes ad litus deveniunt.

57. χειμών] imbres atque procellae. Aeschyl. Eumen. 926. Δενδροπήμων δὲ μὴ πνέοι βλάβα, τὰν ἐμὰν χάριν λέγω· Φλογμός τ' ὀμματοστερὴς Φυτῶν, τὸ μὴ περᾶν ὅρον τόπων. Aperte imitatus est Theocr. verba Virgil. Eclog. III, 80. Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres, Arboribus venti, nobis Amaryllidis irae.

58. ὕσπλαγξ] rariore significatione de laqueo dicitur. Schol. Platon. p. 62. ὕσπληξ, ἀφετήριον, πληγή (quod apud Hesych., qui haec exscripsit, pro corrupto τῇ γῇ reponendum est), πάσσαλος, κεράτινος κρίκος.

60. οὐ μόνος ἠράσθην] Callimach. Epigr. VIII. (Anth. Pal. XII, 230.) οὐράνιε Ζεῦ, καὶ σύ ποτ' ἠράσθης, ex quibus Valcken. in epist. ad Roev. p. XII. arbitratur hominem minime poeticum nostrum locum efformasse. Iniquum profecto iudicium! quasi non uterque poeta, Callimachus et Theocritus, eâdem sententiâ, vulgari illâ quidem, uti potuerint? Nonne Chaerea apud Terent. Eun. III, 5, 43. eodem argumento usus se excusat, quod homuncio ipse prae illo deo fecerit, quod Iovi placuerit? Tum quod idem Valcken. statuit, auctorem horum versuum usum vocis γυναικοφίλας ex Epigr. Eratosth. Schol. III. (Anthol. Pal. VI, 78.) demum novisse, id probari nullo pacto potest. Eâdem voce etiam Pollucem, cuius locus ab editoribus allatus est, invenimus usum esse.

62. τὰν πυμάταν ᾠδάν] huius cantus partes ita distribuit poeta, ut utrique puero octo versus dederit, quorum bini sententiam absolvunt: similem cantus distributionem Idyllio tertio habuimus. πυματὴ ᾠδή est igitur carmen, quod absoluto amoebaeo carmine in cumulum fere accedit.

63. φείδευ ... φείδευ] repetuntur verba in precibus. Aeschyl. Sept. 157. κλύετε ... κλύετε ... χειροτόνους λιτάς. Cf. annot. ad Id. XVIII, 50.

66. οὐ χρή] similis color est in Homerico: οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα. Il. II, 61. Sed cave credas Theocriti locum imitationem aliquam esse Home-

Ταὶ δ' ὄϊες, μηδ' ὔμμες ὀκνεῖθ'· ἁπαλᾶς κορέσασθαι
Ποίας· οὔτι καμεῖσθ', ὄκκα πάλιν ἅδε φύηται.

Σίττα νέμεσθε, νέμεσθε· τὰ δ' οὔθατα πλήσατε πᾶσαι,
Ὡς τὸ μὲν ὥρνες ἔχωντι, τὸ δ' ἐς ταλάρως ἀπόθωμαι.

Δεύτερος αὖ Δάφνις λιγυρῶς ἀνεβάλλετ' ἀείδεν.

ΔΑΦΝΙΣ.

Κἀμ' ἐκ τῶ ἄντρω σύνοφρυς κόρα ἐχθὲς ἰδοῖσα
Τὰς δαμάλας παρελεῦντα, καλὸν καλὸν ἦμες ἔφασκεν.

Οὐ μὰν οὐδὲ λόγων ἐκρίθην ἄπο τὰν πικρὸν αὐτᾷ,
Ἀλλὰ κάτω βλέψας τὰν ἁμετέραν ὁδὸν εἶρπον.

74. Brunck. ex Heinsii coniecturâ τὸν μακρόν. Perperam. Vid. Fr. Iacobs. in Ind. ad Anthol. Palat. p. 1048.

76. Post hunc versum vulgo, etiam in Meinek. editione, legebatur hic: ἁδὺ δὲ χὼ μόσχος γαρύεται, ἁδὺ δὲ χὰ βῶς. Sed iam alii viderunt eum ex Id. IX, 7. male huc translatum esse. Nam retento eo parilis numerus versuum, qui a Daphnide et Menalcâ δι' ἀμοιβαίων canuntur, turbatur. Vid. annot. ad v. 62. Itaque cum Boisson. prorsus eiecimus.

rici; veteres enim poetae, qui pueri Homerum in scholis ediscerent, inscii saepe, certe non quaerentes similitudinem, inciderunt in sententias ad Homeri exemplum expressas.

67. Magnam hi versus suavitatem habent ex sensu gaudii, quo puer afficitur, bene adumbrato, greges avide pascentes videns. Gaudet grege bene valente et nutrito, non tam sui commodi causâ, quam ob amorem pecoris. F. I.

68. φύηται] est coniunctivi forma. Vid. annot. ad Id. I, 87.

69. σίττα] vid. annot. ad Id. IV, 45. — Ceterum pulcre convenit rythmus huius versus ipsi rei, quae verbis expressa est.

71. ἀνεβάλλετ'] vid. annot. ad Id. VI, 20.

72. τῶ ἄντρω] cf. de hoc hiatu quae in Praef. diximus. — σύνοφρυς, iunctis superciliis. Pulcritudinis in puellâ haud ultima laus erat, quum intercilium s. glabellam non haberet. Ovid. Amor. III, 201. confinia supercilii dicit. Auctor odae Anacreont. XXVIII, 13. quum pictori praecipit, qualem depingi suam puellam velit, inter alia dicit: τὸ μεσόφρυον δὲ μή μοι Διάκοπτε μήτε μίσγε. Vid. Casaub. ad Sueton. Aug. 79.

74. Puella ex antro prospiciens puerum armenta agentem ex animo laudat. Puer in sinu gaudet, sed prae puerili pudore oculis deiectis, nihil respondens boves porro agit. — οὐ μὰν οὐδέ, neque profecto iucundis puellae verbis amaras voces (conf. Etymol. M. p. 69. c. 42.) i. e. convicia (pro puerorum more, qui se a puellis laudari indignantur conviciaque reponunt) opposui. F. I.

75. τὰν ἁμετ. ὁδὸν εἶρπον] ἡμέτερος cum verbo singularis numeri iunctum adverte, quam iuncturam serior praesertim aetas frequentavit. Exempla vide apud Fr.

Ἁδεῖ' ἁ φωνὰ τᾶς πόρτιος, ἁδὺ τὸ πνεῦμα·
Ἁδὺ δὲ τῶ θέρεος παρ' ὕδωρ ῥέον αἰθριοκοιτῆν.

Τᾷ δρυῒ ταὶ βάλανοι κόσμος, τᾷ μαλίδι μᾶλα·
Τᾷ βοῒ δ' ἁ μόσχος, τῷ βωκόλῳ αἱ βόες αὐταί.
Ὣς οἱ παῖδες ἄεισαν, ὁ δ' αἰπόλος ὧδ' ἀγόρευεν·

ΑΙΠΟΛΟΣ.

Ἁδύ τι τὸ στόμα τοι, καὶ ἐφίμερος, ὦ Δάφνι, φωνά·
Κρέσσον μελπομένω τεῦ ἀκουέμεν ἢ μέλι λείχεν.
Λάσδεο τὰς σύριγγας· ἐνίκησας γὰρ ἀείδων.
Αἰ δέ τι λῇς με καὶ αὐτὸν ἅμ' αἰπολέοντα διδάξαι,
Τήναν τὰν μιτύλαν δωσῶ τὰ δίδακτρά τοι αἶγα,
Ἅτις ὑπὲρ κεφαλᾶς αἰεὶ τὸν ἀμολγέα πληροῖ.

Ὡς μὲν ὁ παῖς ἐχάρη, καὶ ἀνάλατο, καὶ πλατάγησε

77. αἰθριοκοιτῆν] ita codd. aliquot Wartoni et ed. Iunt., quam lectionem Kiessl. et Meineke receperunt. Vulgo αἰθριοκοιτᾶν aut αἰθριοκοιτεῖν.

83. τὰς σύριγγας] alii cum duobus codd. τὰς σύριγγος. Sed quum vulgata lectio, quae tot codd. auctoritate nititur, bonum praebeat sensum, eam de loco movere noluimus.

Iacobs. in Not. Crit. ad Anthol. Palat. p. 627. Contrarium obtinet apud Eurip. Androm. 142. δεσπότων δ' ἐμῶν φόβῳ ἡσυχίαν ἄγομεν, ad quem locum vide Pflugk.

76. ἁδὺ τὸ πνεῦμα] suavis est vox vitulae, suavis eius spiritus. Cogitemus pastorem, cui ovilla omnia iucunda grataque videntur esse. Kiessling. πνεῦμα de cantu s. sono fistulae accipit, hanc vocem etiam Epigram. V, 4. ita positam esse contendens. At ibi καρόδετος adiectum est; simpliciter autem πνεῦμα de sono fistulae accipi posse negaverim. Recte nostro sensu Voss. vertit: Lieblich ist der Kalbe Getön, und lieblich ihr Odem.

77. Virgil. Eclog. V, 45. Tale tuum nobis carmen, divine poeta, Quale sopor fessis in gramine, quale per aestum Dulcis aquae saliente sitim restinguere vivo. Cf. Sophocl. Philoct. 18. — Ad v. 78. confer eiusdem Virgil. Eclog. V, 32. Vitis ut arboribus decori est, ut vitibus uvae, Ut gregibus tauri, segetes ut pinguibus arvis: Tu decus omne tuis.

82. ἢ μέλι λείχεν] Fr. Iacobs. apte in novissimâ editione contendit cum hac loquutione Plautinam Casin. II, 8, 21. ut quia te tango, mel mihi videor lingere.

83. τὰς σύριγγας] en utramque fistulam, et Menalcae et tuam.

87. Fingit hos pueros simplices atque vere pueros, quales adumbrantur pastores. Vid. Lucian. d. d. IV., qui Ganymedem eadem indole praeditum exhibet. — πλαταγεῖν, manus complodere, in utramque partem apud veteres ponitur; hoc loco in sensu bono de re laetâ; in malam est indignantis de re infaustâ, ut apud

Νικήσας· οὕτως ἐπὶ ματέρα νεβρὸς ἅλοιτο.
Ὡς δὲ κατεσμύχθη καὶ ἀνετράπετο φρένα λύπᾳ
Ὥτερος· οὕτω καὶ νύμφα γαμεθεῖσ' ἀκάχοιτο.

90. Ob insolentiorem formam γαμεθεῖσ' librarii hunc versum vario modo corruperunt; alii codd. dant οὕτω καὶ νύμφα γαμηθεῖσ' ἀκ., alii ὡς καὶ νύμφα γαμηθεῖσ', utrâque lectione metrum evertente. Plurimis coniecturis vero recentiores tentaverunt hunc locum, in sententiâ hae-

Lucian. de arte statuariâ, I. p. 11. ἠγανάκτει καὶ τὼ χεῖρε συνεκρότει. — Ceterum in hac et sequenti comparatione iam ipsius comparationis forma notanda videtur. Multo frequentius enim res, quae comparationem facit, praeponitur cum particulâ ὡς, tum sequitur res comparanda vel cum particulâ ὡς vel cum pronomine τοῖος. Nunc vero res comparanda cum particulâ ὡς praeposita est eamque excipit res comparata cum particulâ οὕτω. Apud Homerum simile huic comparandi formulae exemplum haud reperies. Cf. Günther über die Homerischen Gleichnisse, in Athenaeo Tom. II. Fascic. 2. p. 195.

88. οὕτως ... ἅλοιτο] observa particulam ἄν tam hic quam versu 91. νύμφα ... ἀκάχοιτο suppressam esse. De qua re Hermann. de partic. ἄν Lib. III. cap. 5. p. 11238. recte tradit ita: nudo optativo opinio sine conditione, optativo cum particulâ ἄν autem suspensa ex conditione aliquâ opinio significatur. Atque illam quidem formam apud epicos potissimum reperiri idem animadvertit.

89. ἀνετράπετο φρένα] animo afflictus est. ἀνατρέπειν hoc loco idem significat quod alias ἀναστρέφειν. Alciphr. II, 11. p. 220. ἡ καρδία μοῦ ἀνέστραπται.

90. οὕτω καὶ νύμφα γαμ. ἀκ.] ita et puella desponsata tristitiâ afficiatur. Atqui, clamitant hic multi, quomodo sponsa nupta tantâ tristitiâ vel tanto moerore affecta esse potest, ut cum pueri certamine victi et proinde afflicti luctu comparari queat? num tantus eius est dolor de amissâ virginitate? Non potest hoc cogitari; nam, respondent, pudore quidem perfunditur, et doleat licet, dulcis tamen est dolor. Sed hoc ipsum est, quod Buttmann. in Miscell. crit. Tom. II. P. IV. p. 711. et sqq. poetam spectavisse contendit. Fingit enim poeta, sic fere disputat Buttmann., hos pueros, alterum alterius amore ductum; alter alterum ob canendi peritiam suspicit lubenterque canentem audit; victus igitur pudore quodam perfunditur et stomachatur etiam, sed ab amico superatus non indigne fert se postponi, quin delectatur adeo praestanti victoris cantu. Cogita igitur Daphnidem sensu perfundi amaro cum quadam dulcedine. Ita Buttmannus. Idem vir doctus ostendit formam ἐγαμέθην nihil habere offensionis (cf. Gr. ampl. Tom. II. p. 94.); minime vero credendum esse formarum ἐγαμέθην et ἐγαμήθην diversas esse significationes, quod statuit Kiessl., ut subveniret huic loco aptâ interpretatione. Hic enim, Eustathium ad Hom. Il. p. 758, 52. sequutus, νύμφα γαμεθεῖσα interpretatur puella desponsata a patre, in matrimonium data, non, in matrimonium petita. Spectari igitur hac comparatione hoc, quod uterque et puer victus, et puella viro destinata dolore afficiantur. Contra Hermann. de part. ἄν Lib. III. c. 5. p. 11238. dum γαμεθεῖσα et γαμηθεῖσα significatione diversa esse ipse quoque statuit, locum ita vertit: ita puella nuptum expetita do-

Κὴκ τούτω Δάφνις παρὰ ποιμέσι πρᾶτος ἔγεντο,
Καὶ νύμφαν, ἄκρηβος ἐὼν ἔτι, Ναΐδα γᾶμεν.

rentes. Praeter alias, a Kiesslingio et Io. Aug. Iacobsio collectas coniecturas haec est Reisigii in comment. de part. ἂν p. 127. prolata: ὡς νύμφα ἀγάμητος ἂν εὖσ' ἀκάχοιτο. Sed videndum, annon vulgata lectio habeat quo se commendet. Vid. annot.

leat. Wuest. — Buttmanni interpretatio mihi, ut verum fatear, argutior esse videtur quam verior. In verbis poetae ne minima quidem gaudii latentis sub moerore significatio. Pronior itaque sum in Kiesslingii rationem. Raro apud veteres matrimonium praecedebat partium mutua cognitio, multo rarius etiam mutuus amor. Puellae aetate tenerrimâ desponsabantur maritis, antequam amoris igniculi, in sinu excitati, matrimonii desiderium in earum pectore commoverant; filia adsueta matris consortio virum, cui nuptura erat, vix vultu sibi cognitum, timebat magis quam concupiscebat; ita ut puellas viro traditas non simulato dolore veras lacrimas fudisse credibile sit. Res manifesta ex Catull. LXII, 20. Hespere, qui coelo fertur crudelior ignis? — capta crudelius urbe. Nec minus LXI, 81. Tardat ingenuus pudor — Flere desine. His omnis, existimo, Buttmanni dubitatio tollitur, neque quisquam amplius de dulci quodam puellae dolore cogitabit. Ad rem facit etiam historia apud Antiphanem Ep. IX. Anal. V. P. II. p. 206. de puellâ nuptiarum nocte e thalamo fugiente: δείματι γὰρ μούνην πρωτόζυγα Κύπριν ἀν' ὄρφνην Φεύγουσαν, ξυνὸν παρθενικῇσι φόβον, φρουροδόμοι νηλεῖς κύνες ἔκτανον. F. I.

92. *Ναΐδα*] multi h. l. disputant de Naide, quae fuerit, et quomodo ea, quae de Naidis cum Daphnide matrimonio hîc narrantur, cum aliis scriptoribus, qui de Daphnide tradunt, conciliari queant. Verum omnis haec opera frustra suscipitur. Nullus enim consensus in his rebus postulandus apud poetas. — Illud unum praeterea monere liceat, minime mirandum esse, quod in Idyllio ipso puerorumque carminibus nulla Naidis mentio fiat. Nimirum pueri quae canunt, in iis ludunt tantum, neque exspectandum, ut vera puellarum nomina prodant, quum ne in eo quidem sibi constent, utrum puellae an pueri amore flagrent. Cf. quae in Argumento de hac re diximus.

IX.

ARGUMENTUM.

Pastor quidam Daphnidem et Menalcam praemiis propositis ad cantum invitaverat. Illi igitur alternis canunt — 21. Quo carmine finito, is, a quo provocati erant, praemia promissa distribuit, eorum commendatione additâ — 23. Tum ipse breve carmen in laudem poesis bucolicae adiicit. Res inter greges pascentes agitur. Hoc Idyllium ex centonibus Theocriteis videtur compositum. Ab initio enim res ante lectorum oculos geritur: mox v. 14. et 22. auctor propositi sui oblitus pastorem omnia, quomodo acta sint, enarrantem exhibet. Genuini sunt et vere Theocritei v. 7 — 13. v. 15 — 21. V. 1 — 6. autem ab alienâ manu assutos puto. Alii existimant per totum Idyllium solum pastorem loquentem sisti, qui auditori alicui alternos Daphnidis et Menalcae versiculos ex memoriâ recitet, simulque repetat carmen, quod ipse tum, quum illos canentes audivisset, in laudem bucolicae poesis cecinerit. At haec oeconomia Idyllii mihi a Theocriti ingenio abhorrere videtur. F. I.

Haec quidem Fr. Iacobs. in Argumento ad hoc Idyllium. Idem vir praestantissimus in annotatione ad v. 28. haec scribit: „Hic iterum agnoscimus imperiti compilatoris manum, qui tertium quoddam carmen, quod et ipsum Theocriti est, additurus, id tam inepte fecit, ut mireris nemini fraudem suboluisse.“ Et nunc addit haec: „Etiam nunc existimo Artemidorum, qui se Musas bucolicas in unum stabulum coegisse gloriatur, hic pellis a lupis discerptae frusta consuisse. In versu 1, 2. manifesta est imitatio Id. VIII, 28, 29. tum v. 30, 32. Mox ἀτιμαγελεῦντες debet XXV, 132.“ Theocriti certe non totum Idyllium esse mihi persuasissimum est. Praeter interna enim, ab oeconomiâ carminis petita argumenta, hae me impulerunt rationes, ut ita statuerem. Ex primis sex versibus unus tantum est ad bucolico-

rum numerorum rationes factus: at in carminibus vere Theocriteis vix continuo quinque versus reperies caesurâ bucolicâ destitutos. Tum statim in initio haec verba τὺ δ' ᾠδᾶς ἄρχεο πρᾶτος sine omni vi repetuntur, ut posteriore loco tantum versus explendi causâ posita videantur. Versu tertio lectio vulgata, quae omnium librorum auctoritate nititur, explicationem admittit nonnisi duram, quae putidam grammaticum aliquem doctrinam ostendisse nos docet. Cf. annot. ad h. l. Porro versu sexto ἔμπροσθεν parum respondet ei quod sequitur ἄλλοθε vel, si mavis, ἄλλοθεν. Tandem verbum ὑποκρίνεσθαι, hoc sensu adhibitum, nos offendit; Idyll. VIII. v. 31. legitur εἶτα δ' ἀμοιβαίαν ὑπελάμβανε Δάφνις ἀοιδὰν Βωκολικάν; simile quid igitur adiiciendum erat, quo amoebaeus cantus designaretur; quid? quod simplex ἀμείβεσθαι aptius fuerat quam ὑποκρίνεσθαι. Sex igitur primi versus minime videntur Theocritei. Genuini vero habendi v. 7 — 13. et v. 15 — 21. Alternos hos versus pro continuatione praecedentis carminis habet Reinhold (in libello de genuinis Theocr. carm. et supposit. p. 23.), qui eos Idyllio VIII. vindicandos et post v. 80. ponendos existimat. At multum vereor, ne hic carmini integritatem suam restituendi conatus audacior sit quam probabilior; quod ipse sentiens auctor addit sibi persuasum esse eum operam perditurum, qui disiecta Idyllii membra colligens in unum quasi corpus restituere velit. — Versus 22 — 27. multâ quidem suavitate conditi sunt habentque suas virtutes, sed ad rerum in hoc Idyllio gestarum scenam non videntur pertinere. Fortasse etiam mentionem Icarii maris, in quo Siculus aliquis pastor ostrea ceperit, existimaverit aliquis non immerito hic loci non faciendam fuisse. — Versu 29. molestum est τήνοισι, cui pronomini quid facias haud facile dixeris. Grammaticam rationem si sequeris, referre debes ad πέντ' οὖσιν, sensum si spectas, ad pastores pertinet, qui amoebaeum carmen cecinerunt. Sic in sequenti versu particula μηκέτι non potest ad quidquam, quod praecesserit, referri, et abruptum sermonem esse ostendit. — Boissonade initio tantum eclogae aliquot versus excidisse suspicatur, quibus pastor rem omnem alii exposuerit; etenim v. 14. 22 sqq. eum narrantem induci. — Qui quae indicia alii protulerint de his centonibus Theocriteis cognoscere velit, is collecta ea satis diligenter reperiet apud Kiessling. et Ioann. Aug. Iacobsium. Cf. Wissowa Theocritus Theocriteus p. 43.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΕΝΝΑΤΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.

Τὰ μὲν πράγματα ἐν Σικελίᾳ ὑφίστανται· νομεὺς δέ ἐστιν, ὃς δεῖται Δάφνιδος καὶ Μενάλκου, ὅπως ἀλλήλοις ἀντᾴσωσιν. Οὐδὲν δὲ ἔχει πρὸς τὸν Μενάλκαν τοῦτον ὄν-

τα Σικελὸν τὰ *) ὑπὲρ Μενάλκου Χαλκιδέως, ὅν φησιν Ἑρμησιάναξ ἐρασθῆναι τῆς Κυρηναίας Εὐίππης, καὶ διὰ τὸ μὴ ἐπιτυγχάνειν αὐτῆς κατακρημνισθῆναι.

Προλογίζει ὁ ποιμήν. Ἰστέον δὲ, ὅτι ἢ τὸν αὐτὸν ὃν προεῖπε Μενάλκαν πάλιν φησί· τότε γὰρ ἴσως ἔνεμε μῆλα, νῦν δὲ βόας· ἢ ἕτερον Μενάλκαν βουκόλον.

*) Articulum ante ὑπὲρ ex mente Schaeferi addidi cum Boisson.

ΝΟΜΕΥΣ Η ΒΟΥΚΟΛΟΙ

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ Θ'.

ΔΑΦΝΙΣ ΚΑΙ ΜΕΝΑΛΚΑΣ.

Βωκολιάσδεο, Δάφνι· τὺ δ' ᾠδᾶς ἄρχεο πρᾶτος,
Ὠιδᾶς ἄρχεο πρᾶτος, ἐφεψάσθω δὲ Μενάλκας,
Μόσχως βωσὶν ὑφέντες, ὑπὸ στείραισι δὲ ταύρως·
Χοὶ μὲν ἁμᾶ βόσκοιντο, καὶ ἐν φύλλοισι πλανῷντο,

Idyll. IX. 3. ὑπὸ στείρ.] omnes codd. unanimi consensu praepos. ὑπὸ exhibent. Rectius vero ad sensum ἐπί, quod recentt. receperunt. Nos cum Meinekio vulgatam servare quam auctorem corrigere maluimus. Vid. annot.

Idyll. IX. 2. Virgil. Eclog. III, 58. Incipe, Damoeta, tu deinde sequere Menalca.

3. μόσχ. ὑφ.] quum vitulos vaccis submiseritis; matribus enim pulli submittuntur, sed tauris vaccae admittuntur. Fr. Iacobs. comparat Id. XXV, 104. φίλα τέκνα φίλαις ὑπὸ μητράσιν ἧει. — ὑπὸ στείρ. δὲ ταύρως. Sensus esse debet hic: quum vaccis, quae nondum pepererunt, tauros admiseritis. Sed tunc postulatur: ὑπὸ ταύροισι δὲ στείρας. Vel certe: ἐπὶ στείρ. δὲ ταύρως. Hoc ex emendatione recentiores receperunt. Atqui vide, annon ipsum auctorem corrigas. Mihi veri non simile videtur esse librorum scripturam auctoris manum praestare, qui recentior Theocrito, grammaticorum fortasse scholis eruditus, doctrinam quandam ostentavit, enallages figurae usus. — Sententia haec est: postquam res vestras curaveritis, ad certamen ineundum vos accingatis.

4. ἁμᾶ] doricum pro ἅμα. Cf. Id. XI, 39.

Μηδὲν ἀτιμαγελεῦντες· ἐμὶν δὲ τὺ βωκολιάσδευ
Ἔμπροσθεν· ἄλλοθε δ' αὖθις ὑποκρίνοιτο Μενάλκας.

ΔΑΦΝΙΣ.

Ἁδὺ μὲν ἁ μόσχος γαρύεται, ἁδὺ δὲ χἀ βῶς,
Ἁδὺ δὲ χἀ σῦριγξ, χὠ βωκόλος· ἁδὺ δὲ κἠγών.
Ἐντὶ δέ μοι παρ' ὕδωρ ψυχρὸν στιβάς· ἐν δὲ νένασται
Λευκᾶν ἐκ δαμαλᾶν καλὰ δέρματα, τάς μοι ἀπάσας
Λὶψ κόμαρον τρωγοίσας ἀπὸ σκοπιᾶς ἐτίναξε.
Τῶ δὲ θέρευς φρύγοντος ἐγὼ τόσσον μελεδαίνω,

6. ἔμπροσθεν] ita plurimi codd., unus cum Gregor. Cor. §. 56. p. 263. ἔμποθεν, quod exponunt ἐν ποθ' ἕν. Vir doctus in biblioth. crit. Hildesh. dictum esse vult pro ἐν ποσίν. — ἄλλοθε δ' αὖθις, alii ἄλλοτε. Mihi ex cod. Vatic. ἄλλοθεν αὖθις scribendum videtur, ut respondeat praegresso ἔμπροσθεν.

10. ἀπάσας] unus Scholiast. legisse videtur: ἀπ' ἄκρας. Tum ἀπό in seq. versu ad ἐτίναξεν referri debet.

6. ἔμπροσθεν] prius; dorice pro ἔμπροσθεν, adde particulis a Goettling. ad Theodos. Grammat. p. 231. enumeratis.

7 — 13. Sententia, quam persequitur Daphnis, haec est: Equidem iam felicissimus sum omniaque alia susque deque habeo, id quod Menalcas versibus amoebaeis repetit.

7. γαρύεται] verbum ad omnes, quae sequuntur, voces accommodatum. Nota υ in praesenti huius verbi productum, quod alibi corripitur. Vid. Spitzn. prosod. §. 52, 5.

9. Cf. Id. VIII, 78.

10. ἀπάσας] putaverit fortasse aliquis parsimoniae hoc tribuendum esse pastoris, qui domestico usui nullas alias pelles adhibeat, nisi boum casu pessumdatorum. Sed qui ita statueret, erraret. Nam pelles certe illae καλαί erant, ita ut magnificentiam quandam pastoralem significari existimes. Verum boves venti impetu inter pascendum de montis vertice deturbati vividam vitae pastoritiae imaginem ob oculos ponunt. F. I.

11. Λίψ] Africus, qui vehementissimas in mari tempestates excitat, ut credibile sit furentem eum vaccas de scopulo deiicere potuisse. Tum reputa hunc ventum in Siciliâ, ubi omnis haec res gesta fuisse putanda est, vehementius etiam quam in aliis regionibus saevire. Cf. Horat. Od. I, 3, 12. Coray. Prolegom. ad Hippocr. de aëre et locis p. 87. — κόμαρον, arbutum (Erdbeerbaum). Huius arboris folia grata sunt tam haedis et capellis (ut Virgil. Eclog. III, 82. Colum. III, 301. docent), quam vaccis.

12. τῶ δὲ θέρευς] aestatis calorem, aliis timendum, minime curat; nam versatur in loco, ubi fons auram refrigerat et aquarum copiam omni tempore suppeditat. Se aestum omnia torrentem flocci non facere, pulcre ita exprimit: tantum curo, quantum amantes patris matrisve monita audiunt; parentes enim verba in ventos dant.

Ὅσσον ἐρῶντε πατρὸς μύθων ἢ ματρὸς ἀκούειν.
Οὕτω Δάφνις ἄεισεν ἐμίν· οὕτω δὲ Μενάλκας.

ΜΕΝΑΛΚΑΣ.

Αἴτνα μᾶτερ ἐμά, κἠγὼ καλὸν ἄντρον ἐνοικέω
Κοίλαις ἐν πέτραισιν· ἔχω δέ τοι ὅσσ' ἐν ὀνείρῳ
Φαίνονται, πολλὰς μὲν ὄϊς, πολλὰς δὲ χιμαίρας·
Ὧν μοι πρὸς κεφαλᾷ καὶ πὰρ ποσὶ κώεα κεῖνται.
Ἐν πυρὶ δὲ δρυΐνῳ χορία ζέει, ἐν πυρὶ δ' αὖαι

13. ἐρῶντε] ex Toupii correctione pro vulgato ἐρῶντι cum recentt. omnibus recepimus.

21. ἢ] ᾗ i. e. ὡς, ex Casauboni emendatione a nonnullis probatum est.

15. μᾶτερ ἐμά] Aetnam matrem suam vocat, quippe in eo monte natus et nutritus. Epigram. ἀδέσποτ. CLXXIV. Tom. IV. p. 152. Μῆτερ ἐμὴ γαίη Φρυγίων, θρέπτειρα λεόντων. — κἠγὼ ... ἐν. etiam ego inhabito pulcrum antrum, i. e. nec ego tibi cedo.

16. ὅσσ' ἐν ὀν. φαίν.] quantum per somnium ostenduntur. Ita poetae amant dicere. Praeivit Homer. Il. IX, 385., si fides Scholiastae ad h. l. οὐδ' εἴ μοι τόσα δοίη, ὅσα ψεύδονται ὄνειροι. Sed ibi vulgo ὅσα ψάμαθός τε κόνις τε. Apollon. Rhod. II, 306. σὺν. δὲ σφίσι δαίνυτο Φινεὺς Ἁρπαλέως, οἷόν τ' ἐν ὀνείρασι θυμὸν ἰαίνων, tantum epulatus est Phineus, quantum fere qui in somnio animum oblectat, sc. epulando. — φαίνονται, huc illuc vagantia obiiciuntur. Quae vis est numeri pluralis. Cf. annot. ad v. 18.

18. κεῖνται] minime reponendum est κεῖται. Illud significat pelles bene pansas esse, quo commodius inde cubile fiat; singularis vellerum in unum locum congestorum acervum indicaret. Cf. Rost. Gr. §. 100, 4. Not. 5.

19. χορία] exta, quae lacte et melle impleta torrentur igni. Vid. Athenae. XIV. p. 646. F. Ad rem compares Xenoph. Coloph. apud eundem II. p. 54. E. πὰρ πυρὶ χρὴ τοιαῦτα λέγειν χειμῶνος ἐν ὥρῃ, Ἐν κλίνῃ μαλακῇ κεκλιμένον, Ἔμπλεον ὄντα, Πίνοντα γλυκὺν οἶνον, ὑποτρώγοντ' ἐρεβίνθους. F. 1.

20. χειμαίνοντος] quum hiems saevit. Participium sine subiecto, quod vocant, positum. Vid. Matth. Gr. Gr. §. 563. p. 1111. — ἔχω ὤραν, curam habeo. Tyrtaei 1, 11. εἴθ' οὕτως ἀνδρός τοι ἀλωμένου οὐδεμί' ὤρη Γίγνεται. — οὐδ' ὅσον. Mira haec est syntaxis sequente ἤ, neque ad grammaticae regulas revocanda. Cf. Nitzsch. de comparativ. (edit. Ion. Platon. adiect.) p. 76. Exspectabas: οὐ τόσον ὤραν ὅσον νωδός etc. Sed quum haud raro ἤ ponatur omisso μᾶλλον, ut in Bionis Fragm. VI. εἴαρος, ὦ Μύρσων, ἢ χείματος ἢ φθινοπώρου, Ἢ θέρεος τί τοι ἁδύ; (vid. ad Hom. Il. I, 117.), poeta orationem ita composuit, quasi scripsisset: οὐδ' ὅσον (ne minimum quidem) ὤραν ἔχω χ., οὐ μᾶλλον νωδὸς κ. τ. λ. Alia vero eiusdem structurae exempla frustra quaeras. Etenim in scriptore, qui vulgarium hominum consuetudinem loquendi sequitur, qualis est Theocritus, si quid inusitatum dictionis genus nos offendit, id, licet eius simile non reperiatur, notan-

Φαγοὶ χειμαίνοντος· ἔχω δέ τοι οὐδ'' ὅσον ὤραν
Χείματος, ἢ νωδὸς καρύων, ἀμύλοιο παρόντος.
Τοῖς μὲν ἐπεπλατάγησα, καὶ αὐτίκα δῶρον ἔδωκα,
Δάφνιδι μὲν κορύναν, τάν μοι πατρὸς ἔτραφεν ἀγρός,
Αὐτοφυᾶ, τὰν οὐδ' ἂν ἴσως μωμάσατο τέκτων·
Τήνῳ δὲ στρόμβω καλὸν ὄστρακον, οὗ κρέας αὐτὸς
Σιτήθην, πέτραισιν ἐν Ἰκαρίαισι δοκεύσας,
Πέντε ταμῶν πέντ' οὖσιν· ὁ δ' ἐγκαναχήσατο κόχλῳ.

26. *σιτήθην*] alii *σιτάθην*. Vid. annot. ad Id. VII, 51. — *ἐν Ἰκαρίαισι*, alii *ἐπὶ Καρίαισι*, quod ob metrum improbandum.

27. *ἐγκαναχήσατο*] Boisson. hîc ex coniecturâ dedit *ἐγκανάχάσατο*, ut ex dorismo huius verbi maior fieret onomatopoeia. Idem in fine *δαλάσατο*. Sed vid. annot. ad vers. praecedentem.

dum magis quam mutandum videtur. — In sententiam compara Virgil. Eclog. VII, 51. Hic tantum Boreae curamus frigora, quantum Aut numerum lupus, aut torrentia frigora ripas.

21. *ἀμύλοιο παρόντος*] amylum, inter placentarum genera ab Athenaeo XIV. p. 647. F. recensitum, pro molli cibo et ad manducandum facili ponit poeta. Nominativus est *ἄμυλος*, sc. *ἄρτος*. Aristoph. Pac. 1195. dicit *τὴν ἄμυλον*, sc. *μᾶζαν*. Plutarch. *περὶ εὐθυμίας* T. II, 466. D. *ἀμύλιον* eodem sensu ponit.

23. Uterque puer, quippe qui non in certamen descenderant, sed a pastore ad cantum provocati erant, praemiis donantur. Placet vero mirum in modum suavis in donis his describendis simplicitas. — *κορύναν*, pedum. Vid. annotat. ad Id. VII, 19.

24. *αὐτοφυᾶ*] opponitur *τὸ αὐτοφυὲς τῷ χειροποιήτῳ*. Aristides Tom. I. p. 232. urbs splendens *κάλλεσιν αὐτοφυέσι καὶ χειροποιήτοις*. et *τῷ πλαστῷ*. Iulian. Or. II. p. 82. B. *οὐ πλαστῶς, ἀλλ' αὐτοφυῶς φιλοσοφοῦντες*. et *τῷ ἀκαλλωπίστῳ*, Galen. Tom. I. in Protreptico p. 26. de Phryne: *μόνη γὰρ ἦν ἀκαλλώπιστός τε καὶ αὐτοφυῶς καλή, μηδεμιᾶς πανουργίας κομμωτικῆς δεομένη*. Aliam huius vocis potestatem, ex qua de plantis dicitur, sponte ex terrâ provenientibus, non ex semine granove prognatis, explicuimus in Commentar. ad Philostr. Imagg. p. 553. F. I.

25. *στρόμβω ὄστρακον*] conchae testam. *στρόμβον, ὄστρακον κογχυλίων, οἷς ἐχρῶντο ἀντὶ σάλπιγγος* explicat Schol. ad Nicandr. Alex. 393., nostrum locum respiciens. Apud Linnaeum murex Tritonis vocatur. — *οὗ κρέας αὐτός*. Affirmat se ipsum cum aliis carnem comedisse; ostream puta igne tostam fuisse. Vid. Anim. ad Anthol. Vol. II. P. II. p. 221.

26. *ἐν Ἰκαρ.*] Icaria, hodie Nicaria, est insula maris Aegaei, una ex Sporadibus. — *δοκεύσας*, insidiatus eodem sensu *σκοπιάζεσθαι* Id. III, 26. habuimus.

27. *πέντε ταμών*] verba dividendi saepe soli accusativo iunguntur, praepositione omissâ. Cf. annot. ad Id. III, 21. Hoc loco praeterea vocis *μέρη* omissio notanda. Vid. Schaef. ad Lamb. Bos. p. 683. — *ἐγκαν. κόχλῳ*, spiritum inflavit conchae, ex puerorum indole, qui quum munus aliquod acceperint, eo nullâ morâ interpositâ utuntur. Id.

Βουκολικαὶ Μῶσαι, μάλα χαίρετε, φαίνετε δ' ᾠδάν,
Τάν ποκ' ἐγὼ τήνοισι παρὼν ἄεισα νομεῦσι·
Μηκέτ' ἐπὶ γλώσσας ἄκρας ὀλοφυγδόνα φύσῃς.
Τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, μύρμακι δὲ μύρμαξ,
Ἴρηκες δ' ἴρηξιν· ἐμὶν δ' ἁ Μῶσα καὶ ᾠδά.

29. τάν ποκ' ἐγώ] Meineke malit: τὰν τόκ' ἐγὼ κ. τ. λ.; recte quidem, modo constaret ultimam carminis particulam cum praegressis eidem auctori deberi.

30. φύσῃς] Voss. ad Virgil. Eclog. VII. p. 358. legit φύσῃ, ut ᾠδή intelligatur. — Boisson. hunc versum pastoris cantilenae con-

XXII, 75. ἦ ῥ' Ἄμυκος καὶ κόχλον ἑλὼν μυκάσατο κοῖλον.

28. μάλα χαίρετε] usitata haec est deorum invocatio. — φαίνετε, suppeditate carmen istud, quod nuper cecini. φαίνειν dictum est, ut memoriae vis istum cantum quasi repraesentet. — Ceterum hi v. 28 — 31. pro praeludio habendi sunt. Sic Id. X, 24 et 25.

29. παρών] idem fere exprimit, ac si dixisset ἣν ἐγὼ παρὰ τήνοισι νομεῦσιν ἄεισα, quam coram illis pastoribus cecini. Participium tamen illud si abesset, non multum desiderares. Cf. Lobeck. ad Soph. Aiac. p. 227.

30. μηκέτι ... φύσῃς] ne pustulam in extrema lingua produxeris, i. e. ne mentiar, ne quid praeter veritatem dicam; se ipsum igitur his verbis alloquitur. Fuit autem haec veterum superstitiosa opinio, ut eos, quibus in naso vel linguâ tubercula, ut fit, aut alia huiusmodi cutis vitia in aliquâ eius parte orirentur, putarent vel mentitos esse, vel depositum non reddidisse, vel aliquid denique fraudis admisisse. Sunt verba Casauboni Lectt. Theocr. cap. X. Cf. Theocrit. Id. XII, 23. Mitscherl. ad Horat. Od. II, 8 init. Voss. ad Virgil. Eclog. VII. p. 358. Ex simili igitur superstitione pastor metuit, ne pustulâ in linguâ exortâ poenam det, quum carmen illud male repetierit. Wuest. — Hic versus quomodo cum praecedentibus aut subsequentibus cohaereat nondum intelligo. F. I.

31. Sunt qui hanc sententiam in his versibus inesse statuunt: nihil carius atque antiquius habeo poesi. Verum tum simplex est comparatio eaque admodum ieiuna. Hoc potius dicere videtur poeta: ut animalia eiusdem generis mutuo ducuntur amore (fere ut dicitur de aequalibus aetate ἧλιξ ἥλικα τέρπει), ita ego Musas et cantum amo, cum quibus mihi intercedit animi et ingenii necessitudo. F. I.

32. ἴρηκες] notent tirones Dorienses servare η in ἴρηκες, quanquam Attici ἱέρακες dicunt. Sic etiam κρητήρ doricum est, κρατήρ Atticum. Eadem res est in nominibus propriis Ἰήσων, Πρίηπος. Cf. Id. V, 53. XIII, 16. Epigr. VII, 2. Buttmann. Gr. ampl. T. I. p. 389.

33. τᾶς μοι ... πλεῖος δόμος] cuius mihi semper copia adsit. Ita Pindarus Pyth. IX, 158. in votis habet: χαρίτων κελαδεννᾶν μή με λίποι καθαρὸν φέγγος.

34. ἔαρ ἐξαπίνας] subitum ver. Observa adverbium cum substantivo iunctum sine articulo. Apte Kiessl. affert Hom. Il. IV, 310. πάλαι πολέμων εὖ εἰδώς. Etiam Latini hanc loquendi rationem imitati videntur Cic. in Verr. V, 12. omnes Siciliae semper prae-

Τᾶς μοι πᾶς εἴη πλεῖος δόμος· οὔτε γὰρ ὕπνος,
Οὔτ' ἔαρ ἐξαπίνας γλυκερώτερον, οὔτε μελίσσαις
Ἄνθεα, ὅσσον ἐμὶν Μῶσαι φίλαι· οὓς γὰρ ὁρεῦντι
Γαθεῦσαι, τὼς δ' οὔτι ποτῷ δαλήσατο Κίρκα.

tribuit, verbis *μηκέτι φύσῃς* obtrectatorem aliquem musici eius studii calumniatoremque invidum respici arbitratus.

35. *ὁρεῦντι Γαθεῦσαι*] plurimi codd. et editt. vet. *ὁρῶσαι Γαθεῦσιν.*

tores, quae presse formata sunt ad Graeca: *τῆς Σικελίας οἱ ἀεὶ ἄρχοντες.* Cf. Huschke ad Tibull. I, 3, 49. — *γλυκερώτερον ... ὅσον φίλαι.* Animadverte huius comparationis formam, quae ex duabus conflata videtur, alterâ: *οὔτε ἔαρ γλυκερώτερον ἢ αἱ Μῶσαι ἐμὶν φίλαι*, alterâ: *οὔτε ἔαρ τόσον γλυκύ, ὅσον φίλαι αἱ Μῶσαι.* In comparandi omnino formulis multa reperiuntur apud Graecos, quae ad leges dicendi, a grammaticis propositas, frustra revocaveris. Nostrum locum cum similibus contendit Matth. Gr. Gr. §. 455. c. p. 851. Cf. Nitzsch. de comparat. Graec. p. 76.

35. *ὁρεῦντι Γαθεῦσαι*] quos laeto vultu adspiciunt. Dii enim, in quos homines intuentur atque oculos convertunt, eos omni felicitate beant mactantque. Hesiod. Theog. 82. *ὅντινα τιμήσουσι Διὸς κοῦραι μεγάλοιο Γεινόμενον τ' ἐσίδωσι ... Τῷ μὲν ἐπὶ γλώσσῃ γλυκερὴν χείουσιν ἀοιδήν.* Horat. Od. IV, 3, 1. Quem tu, Melpomene, placido lumine videris. Plura vide in Anim. ad Anth. Tom. I. P. II. p. 310. Cf. Dindorf. ad Eurip. Hipp. v. 531. Tom. I. p. 485.

36. *ποτῷ δαλήσατο Κίρκα*] his ne Circes quidem venena nocuerint. De Circe, quae veneficiis suis atque malis artibus Ulyssis sociis tot damna intulit, nota omnia; de fabulae origine atque sensu vid. Creuzer. praefat. ad Plotin. de pulcrit. p. LXXIII. — *ποτός* ad venena eius spectat. Horat. Epist. I, 2, 23. Sirenum voces et Circes pocula nosti. — *δηλεῖσθαι* vero est proprium de veneficarum malis artibus verbum. Vid. Mitscherl. ad Hom. hymn. in Cerer. 228. — Observa autem aoristum eâ notione positum, qua aliquid fieri posse significat. Rost. Gr. Gr. §. 116. not. 6. Tum in *τὼς δ'* nota apodosin designari per particulam *δέ.* — Ceterum recte Mitscherl. ad commemoratum Horatii locum ultimorum Theocriti verborum sententiam statuit esse hanc: utinam Musae mihi sint propitiae; nam quos semel amore suo complexae sunt, ii nulliis aliis illecebris capiuntur.

X.

ARGUMENTUM.

In hoc Idyllio, quod totum est bucolicum et mimicum, messores, in eodem agro opus facientes, colloquuntur. Horum alter, Battus, quum metendi laborem aegre sustinere videatur, a Milone reprehensus, se gravi tibicinae cuiusdam amore teneri fatetur — 16., quo audito Milo, durus homo et rustico operi unice intentus, illum irridet, et, ut labor melius procedat, ad canendum invitat — 23. Sequitur Batti carmen, quo puellam, ceteris omnibus deformem, sibi uni venustam esse visam, ob formae praestantiam celebrat — 37. Huic carmini Milon opponit aliud, messorum vitae magis consentaneum, quod quum praecepta quaedam rei messoriae, tum dicteria in dominum iacta continet. Hoc carmen ab antiquitatis, quo imbutum est, colore inprimis commendatur. F. I.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΔΕΚΑΤΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.

Ἐπιγράφεται μὲν τὸ εἰδύλλιον Ἐργατίναι ἢ Θερισταί· ἄδηλον δὲ, ἐν ᾧ χωρίῳ διάκεινται τὰ πράγματα. Μίλων δέ ἐστι καὶ Βάττος ἐν τῷ θερίζειν προςδιαλεγόμενοι ἀλλήλοις· ἐρᾷ δὲ ὁ Βάττος Βομβύκας αὐλητρίδος, Πολυβώτου τινὸς εἴτε θεραπαινίδος, εἴτε θυγατρός· καὶ ἐπὶ τούτῳ ὁ Μίλων θερίζων αὐτὸν ὡς βραδέως θερίζοντα ἔσκωπτε. Τοῦ δὲ Βάττου τὴν αὐτοῦ δυςθυμίαν εἰπόντος, ὅτι Βομβύκας ἐρῶ, καὶ διὰ τοῦτο κάμνω τὴν ψυχήν, ὁ Μίλων προςπαίζων αὐτῷ τὴν φίλην αὐτοῦ μάντιν καλαμαίαν φησίν, ἐπεὶ καὶ μέλαινα, καὶ ἀνάκωλος· Βάττος δὲ ἐπὶ τούτοις μὴ μεγαλοῤῥημονῶν ἔφη αὐτῷ τυφλὸν οὐ μόνον τὸν Πλοῦτον, ἀλλὰ καὶ τὸν Ἔρωτα. ἔπειτα δὲ παρακληθεὶς ὑπὸ Μίλωνος εἰς τὴν ἐρωμένην αὐτοῦ ᾖσεν ᾠδήν, ἣν ὁ Μίλων διαπαίξας ἑτέραν αὐτὸς ἀναβάλλεται, περιέχουσαν τὰ περὶ τοῦ Λιτυέρσου τοῦ θείου, ὃν Ἡρακλῆς ἀνεῖλε πολλοὺς ἀναιροῦντα ἐν τῷ θερίζειν. Ἐπὶ τέλει δὲ παραινεῖ αὐτῷ τοιαῦτα δεῖν ᾄδειν τοὺς ἐργάτας, τὸν δ' αὐτοῦ ἔρωτα διηγεῖσθαι τῇ μητρὶ κατὰ τὸν ὄρθρον. Προλογίζει Μίλων.

ΕΡΓΑΤΙΝΑΙ Η ΘΕΡΙΣΤΑΙ

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ ι'.

ΜΙΛΩΝ ΚΑΙ ΒΑΤΤΟΣ.

ΜΙΛΩΝ.

Ἐργατίνα βουκαῖε, τί νῦν, ᾧ 'ζυρέ, πεπόνθης;
Οὔτε τὸν ὄγμον ἄγειν ὀρθὸν δύνᾳ, ὡς τοπρὶν ἄγες,
Οὔθ' ἅμα λαιοτομεῖς τῷ πλατίον, ἀλλ' ὑπολείπῃ,
Ὥςπερ ὄϊς ποίμνας, τᾶς τὸν πόδα κάκτος ἔτυψεν.
Ποῖός τις δείλαν τὺ καὶ ἐκ μέσω ἄματος ἐσσῇ,
Ὃς νῦν ἀρχόμενος τᾶς αὔλακος οὐκ ἀποτρώγεις;

Idyll. X. 2. *οὔτε τόν*] aliquot codd. et editt. *οὔθ' ἑόν*, i. e. *σόν*. 3. *ὑπολείπῃ*] multi codd. *ἀπολείπῃ*.

Idyll. X. 1. *βουκαῖε*] *βουκαῖος* proprie significat eum, qui bobus utitur in arando, tum quemvis rusticum s. hominem rus colentem. — Utrumque, qui hic loquentes inducuntur, operarios fuisse, mercede conductos, ex toto Idyll. apparet; mane vero tibi cogita eos inter metendi laborem haec sermocinatos esse. Vid. v. 6.

2. *ὄγμον*] *ὄγμος* proprie sulcum indicat solo impressum; hinc ad messores transfertur *ὄγμον ἐλαύνοντας* s. *ἄγοντας*, longâ serie ordinatim procedentes, quo sensu etiam *αὖλαξ* adhibetur. Vid. de hac voce Eichstaedt. ad Lytiers. p. 146. Hermann. ad eundem locum in Comment. Societ. philol. Lips. Vol. I. P. II. p. 259. s. in Opuscul. Vol. I. p. 57. Merrick. ad Tryphiod. 314, p. 316.

4. *ἔτυψεν*] *τύπτειν*, vulnerare, non infrequens, praesertim de aculeo, cuspide. Sic Id. IV, 55. *τὸ τύμμα* de vulnere, quod spina inflixit.

5. *καὶ ἐκ μέσω*] vim habet *καί*, *und gar* unmittelbar nach dem Mittage, wo die Hitze am grössten und die Arbeit noch beschwerlicher als gegen Abend ist. F. I.

6. *ἀρχόμενος*] absolute dictum, ut v. 50. Genit. *τᾶς αὔλακος* ad *ἀποτρώγεις* pertinet. Sensus est: quid conficies circa vesperam, qui nunc mane nihil proficis in metendi labore? Hyperbolice loquitur Milo: nihil proficis: *οὐκ ἀποτέμνεις τῆς αὔλακος οὐδέν*. Schol.

ΒΑΤΤΟΣ.

Μίλων ὀψαμᾶτα, πέτρας ἀπόκομμ' ἀτεράμνω,
Οὐδαμά τοι συνέβα ποθέσαι τινὰ τῶν ἀπεόντων;

ΜΙΛΩΝ.

Οὐδαμά. τίς δὲ πόθος τῶν ἔκτοθεν ἐργάτᾳ ἀνδρί;

ΒΑΤΤΟΣ.

Οὐδαμά νυν συνέβα τοι ἀγρυπνῆσαι δι' ἔρωτα;

ΜΙΛΩΝ.

Μηδέ γε συμβαίη· χαλεπὸν χορίω κύνα γεῦσαι.

ΒΑΤΤΟΣ.

Ἀλλ' ἐγώ, ὦ Μίλων, ἔραμαι σχεδὸν ἑνδεκαταῖος.

7. ὀψαμᾶτα] vulgo ὀψαμάτα. Primus accentum mutavit Meineke. Cf. Spitzn. Prosod. §. 62, 2. e. not. 2.

8. Interrogandi signum hic et versu 10. sustulit Boissonade.

13. δῆλον] alii corrigunt πηλόν, vinum, quae vox cogitanda potius est.

7. Battus, amoris curis confectus et oppressus, inertiam suam nec negat nec excusat; causam autem, cur robusto et gnaro Miloni nunc in labore cedat tecte significat. F. I. — πέτρ. ἀπόκ. ἀτεράμνω durum hominem vocat. — Homerus habet utrumque: κῆρ ἀτέραμνον, Od. XXIII, 167. et σοὶ δ' αἰεὶ κραδίη στερεωτέρη ἐστὶ λίθοιο, Od. XXIII, 103. Wuest. — ἀτεράμονα καὶ ὠμόν iungit Philostr. Vit. Apoll. III, 20. ὡς ἀτεράμων εἶ Aristaenet. II, 20. F. I.

8. ποθ. τινὰ τῶν ἀπ.] Pindar Pyth. III, 34. ἀλλά τοι ἤρατο τῶν ἀπεόντων.

9. τῶν ἔκτοθεν] τὰ ἔκτοθεν i. e. τὰ ἔξω τῶν ἔργων, sunt res, quae minime ad metendi operam spectant. Illud τῶν ἔργων ex voce ἐργάτᾳ eliciendum, in qua maxima vis est posita.

11. χαλεπὸν χορίω κύνα γεῦσαι] grave est cani corium gustandum dare (non: gustare, ut vulgo vertunt, quae verbi medii significatio est, non activi). Proverbium de iis dictum, qui quum delicatius quid semel gustaverint, haud facile eo abstinent, inviti tantum ad victum vulgarem redeuntes. Lucian. Tom. VIII. p. 26. edit. Bip. οὐδὲ γὰρ κύων ἅπαξ παύσαιτο ἂν σκυτοτραγεῖν μαθοῖσα. Horat. Satir. II, 5, 83. canis a corio nunquam absterrebitur uncto. Comparari potest nostrum: an kleinen Riemen lernt der Hund Leder fressen. — Fr. Iacobs. sententiam loci optime constituit sic: tales deliciae a nostrâ vitâ alienissimae; et ut stulte agunt, qui catulis cibos praebent tales, a quibus ut a corio uncto postea haud facile absterreantur, sic et nos eiusmodi nugis amatoriis, opulentiorum vitae consentaneis, indulgentes peccamus. — Ceterum observa proverbiorum usum in hoc carmine frequentissimum. Homines enim repraesentantur, qui, quod ultra vulgus haud sapiunt, prudenter dictis aliorum lubenter utuntur. Cf. quae notavimus ad Id. IV, 41.

13. ἐκ πίθω] ex cado scilicet hauris, intellige vinum. Hoc vult Milon: tu abundas

ΜΙΛΩΝ.

Ἐκ πίθω ἀντλεῖς δῆλον· ἐγὼ δ' ἔχω οὐδ' ἅλις ὄξος.

ΒΑΤΤΟΣ.

Τοιγάρτοι πρὸ θυρᾶν μευ ἀπὸ σπόρω ἄσκαλα πάντα.

ΜΙΛΩΝ.

Τίς δέ τυ τᾶν παίδων λυμαίνεται;

ΒΑΤΤΟΣ.

Ἁ Πολυβώτα,
Ἃ πρὰν ἀμώντεσσι παρ' Ἱπποκόωντι ποταύλει.

ΜΙΛΩΝ.

Εὗρε θεὸς τὸν ἀλιτρόν· ἔχεις πάλαι ὧν ἐπεθύμεις.

14. ἀπὸ σπόρω] Reisk. atque Toup. coniecerunt ἀπὸ σποδῶ legendum esse, quod Brunck. recepit. Vid. annot.

16. παρ' Ἱπποκόωντι] lectio Ἱπποκίωνι, a Schol. memorata, in octo codd. et edit. Iunt. reperitur.

omnibus instrumentis luxuriae atque amoris. Amor enim ex abundantiâ nascitur. — δῆλον, scilicet. Omnis huius loci venustas in ironiâ consistit; Battum enim inopem esse ex versu 57 discimus.

14. Battus continuat, quam versu 12 inceperat narrationem, Milonis dictum non curans. Batti enim indoles et animus in nostro Idyllio admodum similis animo Corydonis Id. IV., ubi Battus contra dicax repraesentatur et facetus. F. I. — Sensus est: itaque iam diu omnia negligo; quod per proverbium effert: πρὸ θυρᾶν μευ ἀπὸ σπόρω ἄσκαλα πάντα, de iis dictum, qui segetes etiam iuxta domum herbis inutilibus coopertas non purgant. Haec non proprie intelligenda esse patet inde, quod modo dixerat undecimum demum hunc diem esse, ex quo totus sit in amore. Reputa vero illud temporis spatium sat longum esse operario messis tempore. Similis sententia apud Virgil. Eclog. II, 70. Semiputata tibi frondosa vitis in ulmo est.

16. παρ' Ἱπποκόωντι] intellige nomen hominis, non fluvii. Videtur ille his duobus operariis in messe faciendâ usus fuisse atque tibicinam quandam arcessivisse, quae operis molestiam arte suâ messoribus levaret.

17. εὗρε θεὸς τὸν ἀλ.] invenit deus sontem. Sensus proverbii hic videtur esse: iusta unumquemque manet poena. Tu iam plecteris ob tuam stultitiam, quod foedam atque exoletam mulierem amando tempus perdis atque, quae tibi magis profutura sunt, negotia postponis. — ἔχεις πάλαι ὧν ἐπεθ., habes poenam, quam diu est ex quo meruisti. ἔχεις de eo, in quem malum incidit, qui poenam meritam luit. πάλαι iunge cum ἐπεθύμεις. Color est ut apud Aristoph. Nubb. 1315., ubi deae de Strepsiadis improbitate: οἶμαι γὰρ αὐτὸν αὐτίχ' εὑρήσειν (ἕξειν), ὅπερ πάλαι ποτ' ἐζήτει (ἐπεθύμει). Locus est plenus leporis, quem vide an sic perspicias: nun das gesteh ich. Eine schöne Passion! Das ist die Strafe

Μάντις τοι τὰν νύκτα χροΐξεται ἁ καλαμαία.

ΒΑΤΤΟΣ.

Μωμᾶσθαι μ' ἄρχῃ τύ· τυφλὸς δ' οὐκ αὐτὸς ὁ Πλοῦτος,
Ἀλλὰ καὶ ὠφρόντιστος Ἔρως. μηδὲν μέγα μυθεῦ.

ΜΙΛΩΝ.

Οὐ μέγα μυθεῦμαι· τὺ μόνον κατάβαλλε τὸ λαῖον,
Καί τι κόρας φιλικὸν μέλος ἀμβάλευ· ἅδιον οὕτως

19. τυφλός] edit. pr. τυφλόν, quod nonnullis ut exquisitius praeferendum videtur.

25. χ' ἄψηφαθε] insignis hoc loco lectionum varietas, dum alii

für deine Sünden. Da hast du, was du längst (durch deine Schelmerei verdient) dir gesucht hast. — Ceterum Milon deformitatem solam puellae vituperat; de moribus eum cogitare non putaverim. F. I.

18. μάντις ἁ καλαμαία] puellam locustam dicit, quippe quae tenuis et macilenta sit, locustae ad instar; ipse vero amator gracilem eam dicit leniori verbo v. 24. Sic Apollonid. Epigr. XXV. locustae ἄσαρκα νῶτα tribuit. Cf. Animadv. in Anthol. Tom. II. P. I. p. 290. p. 372. Ceterum μάντις peculiare aliquod locustarum genus est, quae nobis dicitur das wandelnde Blatt.

19. Vide hominis simplicitatem, qui fieri posse concedit, ut deformem amet, sed amicum hortatur, ne sibi iactantiâ similem calamitatem contrahat. F. I.

19. οὐκ αὐτὸς ὁ Πλ.] αὐτός pro μόνος poni satis tritum. notabilius vero οὐκ αὐτὸς hîc dici, ubi exspectabas οὐ μόνον.

20. ὠφρόντιστος Ἔρως] Vertunt: curarum auctor Amor. Sed praeterquam, quod frustra de certo huius usus adiectivi ἀφρόντιστος sponsore circumspicias, ne apta quidem hîc videtur illa significatio. Quum enim Battus Plutum caecitatis arguat idemque de Amore asseveret, epitheton, quod huic deo tribuitur, hanc ipsam notionem debet exprimere. Vulgari igitur significatione accipe: Amor, qui nihil curat s. qui nullius rei hominisve rationem habet, caeci instar modo huc modo illuc ruit. Sententia, quam apud Theocritum legimus, Amorem personae respectum non habere, saepe a veteribus tractata, inprimis a tragicis nobilitata est. — Tum caecum dicit Amorem. Idem de hoc deo alii praedicant. In Orphic. p. 507. Hermann. habemus ἀνόμματον ὠκὺν Ἔρωτα. — μηδὲν μέγα μυθεῦ, formula dicendi, qua quis monetur, ne iactantius loquatur. Exempla plura habes apud Lobeck. ad Soph. Aiac. 384. p. 281. Sensus igitur est: noli me irridere; nam neque tu ab eiusmodi amore tutus es.

22. κόρας φιλικὸν μέλος] est carmen amatorium de puellâ. Sic σελίδες ἡμιθέων sunt libri de heroibus. Vid. Heinrich. ad Frank. Callin. p. 56., quem affert Kiessl. in Ind. p. 1014. Adde Matth. ad Eurip. Orest. 324.

24 sq. Hi versus habendi sunt pro praeludio, quod ipsi cantui praemittitur. Cf. annot. ad Id. IX, 27. Tum quod ad ipsum Batti carmen attinet, hoc etsi non severiori cantus amoebaei legi adstrictum est, tamen in cola distinctum est, quae binis versibus constant. Idem valet de Milonis cantu. Cf. Id. III. inde a v. 6to. — τὰν ῥαδινάν, puellam macilentam (v. 27.) te-

Ἐργαξῇ· καὶ μὰν πρότερόν ποκα μουσικὸς ἦσθα.

ΒΑΤΤΟΣ.

Μῶσαι Πιερίδες, συναείσατε τὰν ῥαδινάν μοι
Παῖδ'· ὧν γάρ χ' ἅψησθε, θεαί, καλὰ πάντα ποιεῖτε.
Βομβύκα χαρίεσσα, Σύραν καλέοντί τυ πάντες,
Ἰσχνάν, ἁλιόκαυστον· ἐγὼ δὲ μόνος μελίχλωρον.
Καὶ τὸ ἴον μέλαν ἐντί, καὶ ἁ γραπτὰ ὑάκινθος·

libri exhibent ὧν καί χ' ἅψεῖσθε, alii ὧν γάρ χ' ἅψεῖσθε, alii ὧν γὰρ ἅψεῖσθε, alii ὧν γάρ χ' ἅψησθε. — ποιεῖτε. Hic, ut alias, Kiessl. edidit ποεῖτε. Cf. not. ad Id. III, 9.

neram appellat epitheto, quo Sappho de Venere erat usa Fragm. XXXII. βραδινὰ Ἀφροδίτα.

25. ὧν γάρ χ' ἅψ.] nam quaecunque vos aggredimini, ea pulcra atque amabilia redditis. καλά non ad carmen referendum, sed ad materiam carminis.' Laudaturus est puellam aut deformem aut non admodum venustam; vult tamen, ut auditoribus pulcra videatur et formosa. Hoc Musarum ope effici posse sperat, quia nihil sit, cui illae non Veneres et amoenitatem tribuant. Quod hic de Musis praedicat poeta, id Pindar. Olymp. XVII, 7. de Gratiis σὺν γὰρ ὑμῖν τὰ τερπνὰ καὶ τὰ γλυκέα γίγνεται πάντα βροτοῖς.

26. Σύραν] nigram. Servius ad Virg. Georg. II, 88. Syriisque piris i. e. nigris. Fuscum igitur colorem puellae notari existimo. Interdum etiam Syri ob tumorem corporis ridentur, quem piscium victus videbatur efficere. Vid. Casaub. ad Pers. Satir. V, 186. Huc referunt quoque Syrios tumores apud Martial. IV, 43. F. I.

27. ἁλιόκαυστον] quod inter opus faciendum solis ardori nimium exposita fuerat. Pater apud Terentium Adelph. V, 3, 63. psaltriam, quam filius amat, se deformem redditurum minans Meridie ipso faciam, inquit, ut stipulam colligat; Tam excoctam reddam atque atram, quam carbo est. — μελίχλωρον, flavam, qui ipse color aliquando pro pulcro habebatur (Ovid. Her. IV, 72. Flava verecundus tinxerat ora rubor), a delicatioribus vero despiciebatur. μελίχλωρος autem non diversum a μελίχροος. Vid. Interpp. ad Platon. Rempubl. V. p. 474. E. Boeckh. in Plat. Min. p. 138 sq. Wakefield. ad Lucret. IV, 1154. Meinek. ad Euphor. p. 76. — Ceterum amantes vitium amatae lubenter excusant. Apte Fr. Iacobs. in recent. edit. Nonn. Dionys. Lib. XXXIV. p. 850, 3. affert: Χαλκομέδην μὲν ἅπαντες, ἐγὼ δὲ σὲ μοῦνος ἐνίψω Χρυσομέδην, ὅτι κάλλος ἔχεις χρυσῆς Ἀφροδίτης. Sic iuvenes Lucian. de Gymn. p. 907. c. 25. adumbrat, qui aliis nigri viderentur, οὗτοι δὲ ἡμῖν ὑπέρυθροι ἐς τὸ μελάντερον ὑπὸ τοῦ ἡλίου κεχρωσμένοι. Plura vide in Animadv. in Anthol. Vol. II. P. III. p. 54. — Aperta imitationis vestigia deprehendis apud Virgil. Eclog. X, 28. quid tum, si fuscus Amyntas? Et nigrae violae sunt et vaccinia nigra.

28. τὸ ἴον μέλαν] s. μελάνιον, nobis Maerzviole. Voss. ad Virg. Eclog. II, 47. p. 77. — ἁ γραπτὰ ὑάκ., flos quem nos Aiacis Delphinium, s. Gartenrittersporn vocamus. Voss. ad Virgil. Eclog. II, 18. p. 61. Meineke ad Euphor. p. 89. Billerbeck. Flor. class. p. 141. Sed

Ἀλλ' ἔμπας ἐν τοῖς στεφάνοις τὰ πρᾶτα λέγονται.

Ἁ αἲξ τὸν κύτισον, ὁ λύκος τὰν αἶγα διώκει,
Ἁ γέρανος τὤροτρον· ἐγὼ δ' ἐπὶ τὶν μεμάνημαι.

Αἴθε μοι ἦσαν ὅσα Κροῖσόν ποκα φαντὶ πεπᾶσθαι,

32. αἴθε μοι ἦσαν ὅσα] Sic Meineke cum aliis ex multis

literas αι αι non accurate in illo flore expressas esse, nimime mirari debemus; satis est nos scire, totum veterum poetarum chorum in hac fabulâ consentire. Vid. Animadv. in Anthol. Gr. Tom. I. P. I. p. 6. — Ad γραπτά compara Ovid. Met. X, 215. ipse suos gemitus foliis inscribit et ai ai.

29. ἀλλ' ἔμπας] nihilo tamen minus. — τὰ πρ. λέγονται, inprimis leguntur. Virgil. Eclog. II, 18. vaccinia nigra leguntur. Etenim saepe nigricantes flores a veteribus praeponuntur albis; vid. Voss. ad l. d. p. 60. — τὰ πρᾶτα λέγονται. frequens quidem τὰ πρῶτα de rebus et hominibus cum genitivo, ut τὰ πρῶτα πάντων, τὰ πρῶτα τῆς εὐδαιμονίας. Sed rarius cum verbo. Huc facit Liban. Tom. IV. p. 190. 9. de Achille ὃν Ὅμηρος εἰς ὥραν τὰ πρῶτα ἐπαινεῖ.

30. Virgil. Eclog. II, 63. Torva leaena lupum sequitur, lupus ipse capellam, Florentem cytisum sequitur lasciva capella.

31. ἁ γέρ. τὤρ.] messori inprimis apta est comparatio. Grus ἀροτοῖο σῆμα φέρει apud Hesiod. ἔ. κ. ἡ. 450. migrans in calidiores regiones, quod docet Aristophan. Av. 709. σπείρειν μὲν ὅταν γέρανος κρώζουσ' ἐς τὴν Λιβύην μεταχωρῇ. Causam indicat epitheton, gruibus tributum apud Antipat. Sidon. Ep. 17. ἁρπάκτειραν σπέρματος ὑψιπετῆ βιστονίαν γέρανον. F. I. — ἐπὶ τὶν μεμ. Vid. not. ad Id. II, 48.

32. Sensus est, ut Casauboni verbis utar: si mihi opes suppeditarent, Veneri consecrarem et tuam et meam imaginem; ac tu quidem tibias tenens, floribus ornata stares, ego autem non habitu isto hominis rustici et pauperis, sed vel habitu citharoedi cum syrmate vel, ut aliquis procerum, palleatus et eleganter calceatus.

33. κ' ἀνεκείμεθα] statuae positae essemus. Sic Graeci amant loqui; χαλκοῦς ἕστηκεν ἐν τῇ ἀγορᾷ est apud Lucian. Paras. c. 48. Loquutiones χρυσοῦν τινα ἱστάναι et ἀνιστάναι illustrat Wyttenbach. ad Plutarch. Tom. VI. P. II. p. 1033 sq. Similiter Latini, Ovid. Her. II, 67. magnificus titulis stet pater ante suis. Cf. Tibull. I, 10, 20. Plin. Epp. VIII, 8. — χρύσεοι, inaurati. Virgil. Eclog. VII, 35. nunc te marmoreum pro tempore fecimus; at tu Si fetura gregem suppleverit, aureus esto. De aureis simulacris laudat Fr. Iacobs. Koehler Geschichte der Ehre der Bildsäule p. 49.

34. αὐλὼς ἔχ.] tibicinam vult eam fingi, rosas vel malum tenentem, tanquam alteram Venerem. Veneri enim rosa sacra eademque malum manibus tenens repraesentatur. F. I. — ἢ τύγε μᾶλον, de pronomine in altero membro illato vid. annot. ad. Id. I, 124. Exemplum Theocriteo simillimum

Χρύσεοι ἀμφότεροί κ' ἀνεκείμεθα τᾷ Ἀφροδίτᾳ·
Τὼς αὐλὼς μὲν ἔχοισα καὶ ἢ ῥόδον ἢ τύγε μᾶλον,
Σχῆμα δ' ἐγὼ καὶ καινὰς ἐπ' ἀμφοτέροισιν ἀμύκλας.
Βομβύκα χαρίεσσ', οἱ μὲν πόδες ἀστράγαλοι τεῦς,
Ἁ φωνὰ δὲ τρύχνος· τὸν μὰν τρόπον οὐκ ἔχω εἰπεῖν.

codd. Kiessl. αἴθέ μοι ἧς ὅσσα Kρ. ex Toupii correctione. Alii hunc versum aliter exhibent.

est in Anthol. Pal. VII, 286. κεῖσαι δὴ ξείνῃ γυμνὸς ἐπ' ἠϊόνι Ἦ σύ γε πρὸς πέτρῃσι.

35. *σχῆμα*] splendidior est vestis aliqua, quamobrem *καινόν* nolim ad *σχῆμά* trahi, quod alii faciunt. Multi sunt apud veteres loci, in quibus *σχῆμα* per se habitum designat et vestitum dignitatis habentem aliquid. Ad rem inprimis facit Alciphr. I, 34. ἐξ οὗ φιλοσοφεῖν ἐπενόησας, σεμνός τις ἐγένου — εἶτα σχῆμα ἕλων καὶ βιβλίδιον μετὰ χεῖρας εἰς τὴν Ἀκαδημίαν σοβεῖς. In Academiâ enim praecipue elegantiae vestitus habebatur ratio. Plutarch. Tom. II. p. 81. B. de adolescentibus κενοῖς καὶ βάρος οὐκ ἔχουσιν, quum philosophari instituunt, θράσος ἔχουσι καὶ σχῆμα καὶ βάδισμα καὶ πρόσωπον ὑπεροψίας καὶ ὀλιγωρίας μεστόν. Huc facit etiam Lucian. Piscat. c. 13. ὁρᾷς τὴν κόσμιον, τὴν ἀπὸ τοῦ σχήματος, quae verba Fritzsche in Quaest. Lucian. p. 139. excellenti habitu interpretatur. — De verbo σχηματίζειν ornandi sensu usurpato cf. Heindorf. ad Platon. Dialog. II. p. 223. F. I. — *καινὰς ... ἀμύκλας*, calcei, qui nomen acceperunt ab urbe Amyclis et apud Lacones in usu erant. Inprimis ad nostrum locum facit, animadvertente Fr. Iacobsio, Pollux. VII, 88. Ἀμυκλαΐδες ἐλευθεριώτερον ὑπόδημα δηλοῖ δὲ κλήσει τὸν τόπον. Hesych. εἶδος ὑποδήματος πολυτελοῦς.

36. *ἀστράγ.*] mira haec comparatio pedum cum talis, qui ob candorem atque levitatem inprimis laudantur; hinc pedes amatae puellae pulchellos ita dicit. Apposite ad hunc locum comparat Fr. Iacobs. descriptionem Aspasiae apud Aelian. Var. histor. XII, 1. ἦν δὲ καὶ τὰ σφυρὰ ἀγαθὴ καὶ οἵα Ὅμηρος λέγει τὰς ὡραιοτάτας γυναῖκας κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φωνὴν καλλισφύρους ὀνομάζων· φώνημα δὲ εἶχεν ἡδὺ καὶ ἁπαλόν. — Magis etiam nobis mirum videtur, quod versu sq. vox eius dicitur *τρύχνος*. Haec enim planta est (melongena Solanum apud Linn., der eiförmige Nachtschatten apud nostrates; vid. Billerb. Flor. class. p. 50.), cuius bacca dulcem saporem habet; quae saporis dulcedo ad aliarum rerum suavitatem designandam videtur translata esse, ut iam oris suavitas in puellâ cum eâ comparetur. Sed haec mera est coniectura; vera comparationis ratio nos fugit. Hinc factum, ut alii in alia omnia abeant, velut Reiskius, qui hanc statuit loci sententiam esse: Forma tui corporis non est illa quidem valde probabilis. Sunt enim pedes tibi nodosi et curvi, et vox est rauca et nigra et quasi faeculenta. — *τὸν ... τρόπον.* Animi vero laudes, dicit, non habeo quo satis praedicem. Idem Reiskius alteram quoque hanc proponit interpretationem: qui denique sint animi tui mores, cognitum usu perspectumque nondum habeo. Sed hunc sen-

ΜΙΛΩΝ.

Ἦ καλὰς ἄμμε ποιῶν ἐλελήθη βῶκος ἀοιδάς·
Ὡς εὖ τὰν ἰδέαν τᾶς ἁρμονίας ἐμέτρησεν.
Ὤ μοι τῶ πώγωνος, ὃν ἀλιθίως ἀνέφυσας.
Θᾶσαι δὴ καὶ ταῦτα τὰ τῶ θείω Λυτιέρσα·
Δάματερ πολύκαρπε, πολύσταχυ, τοῦτο τὸ λαῖον

40. ἀνέφυσας] alii ἀνέφυσα, quod ferri potest, modo cogites Milonem simulare dolorem, quod vir et barbatus, nihil tamen in artibus, ut Battus, profecerit.

sum alienum esse a Batti consilio et ab epitheto χαρίεσσα non est quod multis ostendam.

38. Profecto nos ignoravimus, ait Milo, eum tam egregie canere. Irridet Battum, quod rusticus qui sit tam dulces versus fundat. Etiam in tertiae personae usu vernilis aliquid dicacitatis videtur inesse.

39. ὡς εὖ ... ἐμ.] omnem numerorum rationem quam probe servavit, quam rhythmice cecinit. Apte Fr. Iacobs. attulit Luciani locum, Imagg. 14. τὸ γὰρ τῆς τε ἁρμονίας τὸ ἀκριβέστατον διαφυλάττειν, ὡς μὴ παραβαίνειν τι τοῦ ῥυθμοῦ, ἀλλ' εὐκαίρῳ τῇ ἄρσει καὶ θέσει διαμεμετρῆσθαι τὸ ᾆσμα.

40. τῶ πώγ.] ad rem nihil accommodatius quam cavillationi seriam huiusmodi vituperationem subiici. Cf. Id. XX, 7 — 9. Primum enim cum amarâ ironiâ cantum Batti laudat ille: quis unquam putaverat hominem rusticum tam pulcra fundere posse carmina? — Tum ironiâ sublatâ: Nae, dolendum te barbatum virum magis sapere quam imberbem puerum. Hanc interpretationem veram esse apparet, ni fallor, inde, quod Milo amatorio Batti carmini aliud opponit, quale messorem et rusticum deceât; praecipue autem ex fine Idyllii. F. I. — Barbâ designat aetatem, ut Id. XIV, 28. οὐ μὰν ἐξήταξα μάταν εἰς ἄνδρα γενειῶν. — ἀνέφυσας. ἀναφύειν, alere, producere, proprie de barbâ usurpatur. Lucian. Dialog. deor. I. p. 10. ἢ διότι μὴ πώγωνα, μηδὲ πολιὰς ἔφυσας. Longi Pastoral. II. p. 35. εἰ δὲ μὴ μάτην ταύτας τὰς πολιὰς ἔφυσα, h. e. nisi frustra consenui.

41. τὰ τῶ θείω Λυτ.] mythum ita exponit Eichstadt. de dram. com. p. 16. Lytierses, Midae filius e meretrice susceptus, habitavit Celaenis, urbe Phrygiae. Ibi quotquot ad eum hospites confluxissent lautis solebat epulis excipere. At non fuit hoc hospitium neque ad humanitatem nimis liberale neque ad diuturnitatem stabile ac firmum. Nam hospites bene pastos in agros eduxit iussitque secum segetes demetere. Inumbrante autem vesperâ caput falce abscidit corpusque manipulis involutum domum portavit. Huius tantae crudelitatis vindex tandem atque oppressor Hercules exstitit, qui Lytiersam occisum in Maeandrum proiiceret. — Ab hoc igitur Lytiersâ, qui hospites a se exceptos ad opus festinandum dicteriis instigasse putabatur, messorum cantilena nomen traxit, cuius argumentum hoc est, ut et brevia praecepta dentur et domini variis dicteriis pungantur. Athen. Lib. XIV. p. 619. a. nihil tradit nisi

Εὐεργόν τ' εἴη καὶ κάρπιμον ὅ ττι μάλιστα.

Σφίγγετ', ἀμαλλοδέται, τὰ δράγματα, μὴ παριών τις
Εἴπῃ· σύκινοι ἄνδρες, ἀπώλετο χ' οὗτος ὁ μισθός.

Ἐς βορέην ἄνεμον τᾶς κόρθυος ἁ τομὰ ὔμμιν
Ἢ ζέφυρον βλεπέτω· πιαίνεται ὁ στάχυς οὕτως.

Σῖτον ἀλοιῶντες φεύγεν τὸ μεσαμβρινὸν ὕπνον·

48. ἀλοιῶντες] alii ἀλοιῶντας. Sic etiam versu 50. pro ἀμῶντες, in aliis codd. est ἀμῶντας. Cf. annotationem ad h. v.

hoc: Ἡ δὲ τῶν θεριστῶν ᾠδὴ Λυτιέρσης καλεῖται. Photius in Lex., quem locum emendavit Hermann. in Opuscul. Tom. I. p. 54., Λιτυέρσαν ᾠδήν τινα ἣν ᾄδουσιν οἱ θερίζοντες ὡς ἐπίσημόν τινα γεγονότα τῶν παλαιῶν τὸν Λιτυέρσαν ἀνακαλούμενοι. — ἡ δὲ ᾠδὴ βάρβαρος. Φρύγες γὰρ αὐτὴν ᾖδον. — Sed cur hominem tam saevum et immanem θεῖον vocat? Fabula de Lytiersae crudelitate a scenâ videtur duxisse originem; ex Theocrito hoc tantum conficitur, ut Lytiersam hominem fuisse intelligamus rei rusticae bene peritum et praeceptis de eâ dandis idoneum. Ipsum autem Lytiersam robustum et indefessum fuisse messorem, intelligitur ex illustri Sosithei fragmento, quod restituit idem Hermann. l. d.

42. De ipsâ quae sequitur cantilenâ haec habeto. Primum quidem distichon recte putabitur cantari potuisse ab messoribus, qui primo mane metere incipiunt. Sequentia vero nullum certum ordinem servant, sententiarum instar, quae ab Solone, Theognide, Isocrate, aliis traditae sunt posteris, ut operam perditurum existimem eum, qui, velut Edwardus, mutatâ distichorum sede, ordinem quendam restituere velit. Sunt vero partim praecepta messoribus sequenda, partim admonitiones heri ad opus festinandum, partim messorum dicteria in dominos, quae ab uno pluribusve, ut fit, ad laboris taedium fallendum canuntur.

45. σύκινοι ἄνδρες] viri infirmi s. inutiles. Metaphora sumpta ab arbore ficu, cuius lignum nullius usus esse credebatur. Cf. Interpp. ad Horat. Satir. I, 8, 1. Adde Bergler. ad Alciphr. I, 39. p. 185. — ἀπώλετο χ' οὗτος ὁ μισθός, etiam haec merces frustra datur; i. e. ut in multis aliis rebus, sic in hac quoque pecunia, dum vobis datur, frustra impenditur.

46. Ubi frumentum infra est demessum, haec pars spectet Boream vel Zephyrum; opinabantur enim veteres ventum sic per calamos flare atque pinguefacere aristas. — τᾶς κόρθυος, acervi, in quem comportabant manipulos (die Mandel). τομή autem significat eam culmorum partem, quâ sunt desecti. — De ipso, quod hîc traditur, praecepto vid. Animadv. ad Anthol. Tom. I. P. I. p. 290.

48. ἀλοιῶντες] unice hîc et v. 50. nominativus probandus, quod adhortatio est ad messores. Accusativus si legitur, praeceptum datur aliquod; quod minus convenit huic loco. Cf. Matth. Grammat. §. 546. Accusativus ἀλοιῶντας etiam id incommodi habet, quod in hâc structurâ articulo τοὺς ἀλοιῶντας vix careas. — Meridianum som-

Ἐκ καλάμας ἄχυρον τελέθει ταμόςδε μάλιστα.

Ἄρχεσθαι δ' ἀμῶντες, ἐγειρομένω κορυδαλλῶ,
Καὶ λήγειν, εὕδοντος· ἐλινῦσαι δὲ τὸ καῦμα.

Εὐκτὸς ὁ τῶ βατράχω, παῖδες, βίος· οὐ μελεδαίνει
Τὸν τὸ πιεῖν ἐγχεῦντα· πάρεστι γὰρ ἄφθονον αὐτῷ.

51. *ἐλινῦσαι*] alii *ἐλιννῦσαι*. De scripturâ huius vocis vid. Boeckh. ad Pind. Nem. V, 2. Tom. I. p. 526.

num maxime iis, qui triturant, fugiendum esse, praecipit, quod tunc facillime ob aestum culmi conteruntur in paleas. Vid. Voss. ad Virgil. Georg. p. 143.

49. *τελέθει*] *τελέθει* in hâc structurâ motus significationem videtur habere, ut *γίγνεσθαι* haud raro (vid. Comment. ad Achill. Tat. p. 422.). Bene nostra verba sic explicaveris: *τότε τὸ ἄχυρον μάλιστα* (*ῥᾷστα*) *γίνεται* (*ἀπολύεται*) *ἐκ καλάμας*, tum grana folliculis facillime deglubuntur. F. I. — *ταμόςδε*. Hoc adverbium etiam apud Callim. h. in Iov. 21. An Homerus hâc formâ usus sit, valde dubitat Buttm. Gr. ampl. II. §. 116, 11. not. 16. p. 281. Uno quidem loco Od. VII, 318. probat Nitzsch. in Comment. ad Od. IV, 400.

50. *ἀμῶντες*] vocalis *α* verbi *ἀμᾶν* in thesi hîc producta, quae Id. XI, 23. corripitur. Quae insolentia non immerito offendit Spitzner. Prosod. §. 62, 2. e. not. 2.

51. *ἐλινῦσαι*] etiam hoc fit ad exemplum alaudae. Cf. Id. VII, 23. — *τὸ καῦμα*, aestus diei gravissimus non est hora ipsa meridiana, sed circa vesperam (hora pomeridiana secunda tertiaque), quo tempore alaudae silent. Quod nobis monendum erat, ne quis forte crederet haec verba repugnare ei praecepto, quod v. 48. datur.

52. Iam messores iocularia fundunt et dicteria in dominum iaciunt; messoribus, dicunt, siti laborantibus exspectandus est pincerna, tardius nonnunquam adveniens, ut optabilis sit vita ranae, quae pincernam non requirit. — *παῖδες*. Hâc compellatione unum puta usum esse, quâ ceteros alloqueretur. — *οὐ μελεδαίνει*. De constructione huius verbi vid. Matth. Gr. §. 348. not. 2.

53. *τὸ πιεῖν*] pro *τὸ ποτόν*, quod, ni fallor, paullo insolentius dictum est.

54. Optamus, pergunt iocantes, ne nobis parum cibi apponatur. Vernas loqui reputandum est, quibus, quantumcunque acceperint, nunquam satis est; quare hero et dispensatori s. villico avaritiam exprobrant. In sq. duo distingue: lentem melius quam soles coquas, et: noli praebenda parcius praebere (ne sis *κυμινοπρίστης*). — Infinitivus *ἕψειν* pro imperativo positus; quod, ubi vocativus, ut hîc, additus est, paullo insolentius quidem dictum, sed exemplis non destitutum est. Anthol. Pal. XII, 53. *εὔφορτοι νᾶες ..... τοῦτ' ἔπος ἀγγεῖλαι*. XIV, 112. *καὶ τότε, Λυδὲ ποδαβρέ, πολυψηφῖδα παρ' Ἕρμον Φεύγειν, μηδὲ μένειν, μηδ' αἰδεῖσθαι κακὸς εἶναι*. VII, 632. *ἀλλὰ σὺ νηπιάχου δμωός, κόνι, μήποτε βρίθειν Ὀστέα*. — *καταπρ. τὸ κύμ*. cyminum secare lepide avari et sordidi hominis negotium habebatur; loquutio in proverbium abiit. *κυμινοπρίστης* dicit Alexis Comicus apud Athen. VIII. p. 365. E. Posidippus apud eundem VIII. p. 377. A. Antoninum imperato-

Κάλλιον, ὦ 'πιμελητὰ φιλάργυρε, τὸν φακὸν ἕψειν·
Μὴ 'πιτάμῃς τὰν χεῖρα καταπρίων τὸ κύμινον.

Ταῦτα χρὴ μοχθεῦντας ἐν ἁλίῳ ἄνδρας ἀείδεν·
Τὸν δὲ τεόν, βουκαῖε, πρέπει λιμηρὸν ἔρωτα
Μυθίζεν τᾷ ματρὶ κατ' εὐνὰν ὀρθρευοίσᾳ.

58. μυθίζεν] alii μυθίσδεν. Cf. annot. crit. ad Id. XV, 3.

rem, quod maximâ diligentiâ in minutas res inquisiverit, a nonnullis hoc nomine insignitum esse, auctor est Dio Cassius. Tom. II. p. 1173., ubi Reimarus ex serioribus scriptoribus plurima attulit.

56. Tale carmen, prudentior Milon alterum commonefacit, nos messores decet; tuum autem amatorium carmen serva matri, a labore vacuae. — μοχθεῦντες ἐν ἁλίῳ, sunt ἐργάται ἐν ἡλίου καύμασι τὸ ἔργον ποιούμενοι, in solis ardore opus facientes. — λιμηρὸν ἔρ., famelicum recte dicit eius amorem, qui quum inops sit, de talibus nugis cogitet. Ceterum nota λιμηρός ab effectu dictum. Cf. Id. XXI, 66. De huius adiectivi usu cf. Fr. Iacobs. ad Anthol. Gr. Vol. II. P. III. p. 30.

XI.

ARGUMENTUM.

Praemissâ praefatione ad Niciam, medicum Milesium (Cf. Id. XIII et XXVIII.), de vi cantus et Musarum, amoris remedio efficacissimo — 6, Polyphemum, prae amoris impotentiâ tantum non furentem — 18, inducit in rupe sedentem, unde prospectus in mare patebat, cantuque tempus fallentem. Hic vero Galateam accusat superbiae, quâ ardentissimum ipsius de eâ bene merendi studium remuneretur — 29, fortunaeque bona commemorat, quibus illam, si formae sibi desint munera, cumulaturus sit — 49. Tandem, vehementissimi amoris impotentiâ variâ ratione declaratâ, ipse quantâ dementiâ laboret intelligens, ab insano isto amore se revocat. Egregium est poema, in quo amoris vis in rudi et illiberali Cyclopis animo optime repraesentatur. F. I.

Scriptum est hoc carmen ad Niciam, medicum, qui Mileti vixit. Theocritus arcto amicitiae vinculo cum eo coniunctus fuit ob suave Musarum consortium, dum uterque poeta, ut videtur, apud Philetam in insulâ Co convenerant. Quum Theocritus eidem Niciae etiam Idyllium decimum tertium inscripserit, utriusque vero carminis argumentum agat de amore, cui multum temporis atque operae frustra impendatur, non sine causâ suspiceris in simili conditione aliquamdiu vixisse Niciam. Certe versus 1 — 4 in nostro Idyllio non sine singulari Niciae respectu videntur scripti esse. Remedii vero, ab amico propositi, efficaciam ipse medicus expertus esse videtur, ut ex eius responsione colligi potest, ex quâ duos hos versus servavit auctor argumenti Graeci:

ἦν ἄρ᾽ ἀληθὲς τοῦτο, Θεόκριτε. οἱ γὰρ Ἔρωτες
πολλοὺς ποιητὰς ἐδίδαξαν τοὺς πρὶν ἀμούσους,

in quibus verbis praecipue particulam *ἄρα* **premendam esse censeo:** ***Ergo verum est id, quod tu proponis;*** **quo significat semet**

ipsum eius remedii vim usu expertam esse. Sed quo amore agitabatur Nicias, antequam Theugenidem in matrimonium duceret (vid. Idyll. XXVIII. argument. ad hoc Idyll. et annot. ad v. 13.), is omnem eius mentem ita occupavisse videtur, ut artem suam negligeret. Hinc amoris impotentiam Polyphemi describens poeta inter alia dicit versu 11.

ἁγεῖτο δὲ πάντα πάρεργα,

omnia alia posthabuit; haud aliter repraesentatur Hercules Idyll. XIII, 65.; is enim propter Hylam ipsi ereptum multas regiones pererrans Iasonis res prorsus posthabuit,

τὰ δ' Ἰάσονος ὕστερα πάντ' ἦν.

Uterque igitur et Polyphemus et Hercules, licet dissimillimum amoris genus fuerit, in eo tamen sibi similes fuerunt, quod ambo primariam occupationem vili penderint. — Scripsisse videtur hoc carmen Theocritus in Siciliâ, quantum ex vividiore locorum descriptione (de quâ lege Kephalides Reise nach Italien und Sicilien Tom. II. p. 80.) colligi licet, idque transmisit Miletum, ad amicum. Quamobrem v. 7. non temere dictum existimo ὁ Κύκλωψ ὁ παρ' ἁμῖν, qui apud nos s. in nostrâ insulâ degebat. — Quum vero Theocritus Alexandriam venerit, hoc carmen cum aliis, quibus nominis claritatem nactus est, evulgavisse videtur. Callimachus certe id novit, ut aperta eius imitatio in Epigram. XLIX. (epigr. XIV. in Br. Anal.) docet; idemque Callimachus Galateam scripsit, in quâ fortasse plura Theocritea lecta sunt. Vid. Reliquias in Bentleii collectione p. 428. Ern. Omnino hoc Idyllium, ut est pulcherrimum, ita iam veteribus mirum in modum placuit, ut ex crebris singulorum locorum imitationibus suspicamur. — Iam ante Theocritum multi poetae carminum aut fabularum argumentum a Polyphemo et Galateâ petierunt. Vid. Toup. Addend. in Theocr. XXI, 26. p. 402. Inprimis vero laudatur fabula Philoxeni, poetae nobilissimi, qui Cyclopem finxerat cantu lenientem amoris vim, plane ut Theocritus. Τὸν Κύκλωπα Μούσαις εὐφώνοις ἰᾶσθαί φησι τὸν ἔρωτα Φιλόξενος, verba sunt Plutarch. Sympos. I, 5. Tom. II. p. 622. C., quocum consentit Schol. ad nostr. Idyll. v. 1. Φιλόξενος ποιεῖ τὸν Κύκλωπα παραμυθούμενον ἑαυτὸν ἐπὶ τῷ τῆς Γαλατείας ἔρωτι καὶ ἐντελλόμενον τοῖς δελφῖσιν, ὅπως ἀγγείλωσιν αὐτῇ, ὅπως ταῖς Μούσαις τὸν ἔρωτα ἀκεῖται. Cf. Phanias apud Athenae. I. p. 6. Aelian. Var. Hist. XII, 44. Sed quanquam in singulis plura fortasse Theocrito communia erant cum Philoxeno, illi tamen propriae inventionis laudem non detraxerim. — Qui poetarum primus Polyphemum artis musicae peritum finxerit, incertum est; id modo certum, narrationem illam inclytam factam esse. Hinc tam in picturis quam in anaglyphis Polyphemus saepe repraesentatur citharam vel syringem manu tenens, in pelle caprinâ dormiens, clavâ iuxta eum positâ. Winckelm. monum. ined. nro. 36. Pitture d' Ercolan. Tom. I. tab. 10. Vid. Welcker. ad Philostr.

Imagg. p. 801. Philostratus quidem Libr. II, XVIII. dum picturam, in quâ Polyphemus cum Galateâ expressus erat, describit, amatoriae fabulae colorem ex Theocrito duxit. Cf. Iacobs. ad Philostr. p. 503.

De dialecto ut verbo dicam, est hoc Idyllium δωρικώτατον. Probat hoc usus pronominis τιν pro σε, vid. annot. ad v. 39., ἧς pro εἷς positum, vid. ad v. 33., αἰ cum indicativo iunctum, v. 50, 56. (Cf. quae de hâc iuncturâ in praef. disputavimus) alia. Quamobrem ex meâ sententiâ doricae dialecti formae ubique restituendae, velut v. 49. ἔχεν, v. 59. φέρεν, v. 65. ἀμέλγεν, v. 64. ἀπενθῆν, alia. Ipse tamen, quod codd. lectiones nondum accurate enotatae sunt, mutare quidquam non sum ausus.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΕΝΔΕΚΑΤΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.

Ὑπόκειται ὁ Κύκλωψ παρηγορῶν ἑαυτοῦ τὸν ἐπὶ Γαλατείᾳ ἔρωτα δι' ᾠδῆς. Προςδιαλέγεται δὲ ὁ Θεόκριτος ἰατρῷ Νικίᾳ, Μιλησίῳ τὸ γένος, ὃ συμφοιτητὴς γέγονεν Ἐρασιστράτου, ἰατροῦ ὄντος καὶ αὐτοῦ. Μέμνηται δὲ τοῦ Νικίου καὶ ἀλλαχοῦ ὁ Θεόκριτος.

Α Λ Λ Ω Σ.

*Ὑπόθεσις τοῦ πράγματος. Ὑπόκειται Πολύφημος ὁ Κύκλωψ ἐρῶν τῆς Γαλατείας, καὶ ποιῶν τὸν ἐπὶ τῇ Γαλατείᾳ ἔρωτα δι' ᾠδῆς. Προςδιαλέγεται δὲ ὁ Θεόκριτος ἰατρῷ Νικίᾳ, Μιλησίῳ τὸ γένος, οὗ καὶ ποιημάτιον φέρεται ἀντιγεγραμμένον *) ὑπὸ Θεοκρίτου Κύκλωπος, οὗ ἡ ἀρχὴ*

Ἦν ἄρ' ἀληθὲς τοῦτο, Θεόκριτε· οἱ γὰρ Ἔρωτες
Πολλοὺς ποιητὰς ἐδίδαξαν τοὺς πρὶν ἀμούσους.

Ἐπιγέγραπται δὲ Κύκλωψ ἢ Γαλάτεια. Γέγονε δὲ συμφοιτητὴς Ἐρασιστράτου Μιλησίου, ὥς φησι Διονύσιος ὁ Ἐφέσιος ἐν τῇ Ἰατρῶν ἀναγραφῇ.

*) Schaefer suspicatur ἀντιγεγραμμένον τῷ Θεοκρίτου Κύκλωπι. Alii libri ἀντιγεγραμμένον ὑπὲρ Κύκλωπος πρὸς Θεόκριτον. — Versus Niciae tractavit Bentl. Opusc. edit. Lips. p. 470.

ΚΥΚΛΩΨ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ ια'.[1]

Οὐδὲν ποτ τὸν ἔρωτα πεφύκη φάρμακον ἄλλο,
Νικία, οὔτ' ἔγχριστον, ἐμὶν δοκεῖ, οὔτ' ἐπίπαστον,
Ἢ ταὶ Πιερίδες· κοῦφον δέ τι τοῦτο καὶ ἁδὺ
Γίνετ' ἐπ' ἀνθρώποις· εὑρῆν δ' οὐ ῥάδιόν ἐντι.

Idyll. XI. 1. πεφύκη] Sic Kiessl. ex aliquot codd. edidit pro vulgato πεφύκει. Schaef. corrigebat πέφυκεν.
3. Post ἁδύ Fr. Iacobs. interpunctionem ponere malit, quo facto sententia evadit concinnior. — Versu sq. alii ἐπ' ἀνθρώπους, quod probat Bernhardy Syntax p. 252.; Hemsterh. ἐν ἀνθρώποις.

Idyll. XI. 1. Unicum Amoris remedium Musas dicit poeta. Aliud novit Aeschines apud Theocrit. XIV, 52. Imitatus est nostrum locum praeter alios Bion. Fragm. X. Μολπὰν ταὶ Μοῖσαί μοι ἀεὶ ποθέοντι διδοῖεν, Τὰν γλυκερὰν μολπάν, τᾶς φάρμακον ἅδιον οὐδέν. Alios indicat imitatores Boissonad. ad Aristaen. I, 15. p. 456., quibus adde Nicet. Eugen. IV, 377 — 384. Praeter eos qui imitarentur hunc locum, fuerunt etiam qui horum versuum sententiam, licet verbis aliquot uterentur iisdem, satis lepide inverterent. Long. Pastor. II. p. 41. Schaef. ἔρωτος οὐδὲν φάρμακον, οὐ πινόμενον, οὐκ ἐσθιόμενον, οὐκ ἐν ᾠδαῖς λαλούμενον, ὅ τι μὴ φίλημα καὶ περιβολή. Chariton. p. 102, 19. φάρμακον γὰρ ἕτερον ἔρωτος οὐδὲν ἔστι πλὴν αὐτὸς ὁ ἐρώμενος. — φάρμακον. proprio hic sensu est remedium. Vid. Animadv. ad Anthol. Gr. Tom. II. P. II. p. 277. — Ceterum de variis his remediorum generibus plurima congessit Blomfield. ad Aeschyl. Prom. 488. coll. Monk. ad Eurip. Hippol. 518.

3. ἢ ταὶ Πιερίδες] simillimus Plutarchi loco de Philoxeni Cyclope in Argumento allato alius est ejusdem scriptoris Tom. II. p. 762. F., ubi de Sapphone agit: διὰ τῶν μελῶν ἀναφέρει τὴν ἀπὸ τῆς καρδίας θερμότητα Μούσαις εὐφώνοις ἰωμένη τὸν ἔρωτα. F. I.

4. γίνετ' ἐπ' ἀνθρ.] in potestate hominum est. Structuram tuetur Simonides apud Stob. Serm. 98. p. 401. Grot., a Meinekio allatus, νοῦς οὐκ ἐπ' ἀνθρώποισιν.

Γινώσκεν δ' οἶμαί τυ καλῶς, ἰατρὸν ἐόντα.
Καὶ ταῖς ἐννέα δὴ πεφιλαμένον ἔξοχα Μοίσαις.
Οὕτω γοῦν ῥάϊστα διᾶγ' ὁ Κύκλωψ ὁ παρ' ἀμῖν,
Ὡρχαῖος Πολύφαμος, ὅκ' ἤρατο τᾶς Γαλατείας,
Ἄρτι γενειάσδων περὶ τὸ στόμα τὼς κροτάφως τε·
Ἤρατο δ' οὔτι ῥόδοις, οὐ μάλοις, οὐδὲ κικίννοις,
Ἀλλ' ὀλοαῖς μανίαις· ἁγεῖτο δὲ πάντα πάρεργα.
Πολλάκι ταὶ ὄϊες ποτὶ ταὔλιον αὐταὶ ἀπῆνθον

12. ταὔλιον] alii τωὔλιον. Illud recepimus, probatum in Not. Crit. ad Anthol. Palat. Vol. III. P. I. p. 163.

14. αὐτῷ] praefert Fr. Iacobs. scripturam nonnullorum codd. αὐτός, i. e. μόνος.

16. Κύπριος] plurimi quidem codd. hic habent Κύπριδος, sed exquisitiorem formam cum Meinekio servavimus. Cf. Not. ad Anthol.

7. οὕτω] hoc remedio usus. — ῥάϊστα διᾶγ', commodissime, sine omni molestiâ degebat. ῥᾳδίως ζῆν opponitur τῷ ἐπιπόνως καὶ χαλεπῶς ζῆν. Dio Chrysost. Or. VI. p. 208. Facit hac etiam loquutio ῥᾴων εἶναι de doloribus quum corporis tum animi imminutis.

9. ἄρτι γενειάσδων] comparat Blomfield. in Gloss. ad Aesch. Sept. c. Th. 530. Xenophontem Cyrop. IV, 6, 5. καὶ ἔθαψα τηλικοῦτος ὢν ἄρτι γενειάσκοντα τὸν ἄριστον παῖδα. — Plura vide apud Barker. in Annotat. ad Etymol. M. p. 1103.

10. οὐ μάλοις] Mala sibi dono amantes mittunt, ut rosas. Cf. Id. III, 10. — οὐδὲ κικίννοις. neque hic veteribus ignotus mos, ut detonsi cincinni, velut munus gratissimum, amatis mitterentur ab amatoribus. — Sensus est: Polyphemus non solito more amavit, sed furore correptus fere omnem modum in amore excessit.

12. αὐταί] suâ sponte, Polyphemo non ducente. Sic Diotim. Epigr. X. (Br. Anal. Tom. I. p. 252. Anth. Pal. VII, 173.) αὐτόματοι δείλης ποτὶ ταὔλιον αἱ βόες ἦλθον Ἐξ ὄρεος. Curam igitur gregis sui non habuit Cyclops, amore correptus. Similiter Coluthus 112. de Paride: πολλάκι δ' οἰοπόλοισιν ἐνὶ σταθμοῖσιν ἀείδων Καὶ ταύρων ἀμέλησε καὶ οὐκ ἐμπάζετο μήλων. Vid. Fr. Iacobs. ad Philostr. Imagg. p. 503.

14. αὐτῷ] ibi, in litore. Est Homerica haec verborum coniunctio. Od. XX, 271. ἤτοι μὲν σὺ μὲν αὐτοῦ τῷδ' ἐνὶ χώρῳ, nec prosaicis plane inusitata, Thucyd. III, 81. διέφθειραν αὐτοῦ ἐν τῷ ἱερῷ ἀλλήλους. F. I. — ἐπ' ἀϊόνος. Bion. VII, 2. οἷον ὁ Κύκλωψ ἄεισεν Πολύφαμος ἐπ' ᾀόνι τᾷ Γαλατείᾳ.

15. ὑποκάρδ. ἕλκος] Nonn. Dionys. X, 287. ἀμφιέπων ὑποκάρδιον ἰὸν ἔρωτος, et XV, 243. ὑποκάρδιον ἕλκος ἐρώτων. Cf. Animadv. ad Anthol. Gr. Tom. I. P. II. p. 226.

16. Κύπριος] Venus igitur ipsa filii sui armis instructa fingitur; ita passim vett., praeeunte Pindaro et Euripide. Vid. Animadv. ad Anthol. Tom. I. P. I. p.

Χλωρᾶς ἐκ βοτάνας· ὁ δὲ τὰν Γαλάτειαν ἀείδων
Αὐτῶ ἐπ' ἀϊόνος κατετάκετο φυκιοέσσας
Ἐξ ἀοῦς, ἔχθιστον ἔχων ὑποκάρδιον ἕλκος
Κύπριος ἐκ μεγάλας, τό οἱ ἥπατι πᾶξε βέλεμνον.
Ἀλλὰ τὸ φάρμακον εὗρε· καθεζόμενος δ' ἐπὶ πέτρας
Ὑψηλᾶς ἐς πόντον ὁρῶν ἄειδε τοιαῦτα·

Ὦ λευκὰ Γαλάτεια, τί τὸν φιλέοντ' ἀποβάλλῃ;
Λευκοτέρα πακτᾶς ποτιδεῖν, ἁπαλωτέρα ἀρνός,

Palat. Vol. III. P. I. p. 352., et in Addend. p. LI. Matth. Gr. Gr. §. 80. not. 8. — τό οἱ ἥπ., haec est vulgata omnium codd. lectio, varie quidem, sed frustra a viris doctis tentata. Vid. annot.

20. Boisson. ex duobus codd. sic edidit: λευκοτέρα πακτᾶς, ἁπαλωτέρα ἀρνὸς ἀώρου, ob symmetriam huius et sq. versus, ipso animadvertente.

17. — τό οἱ ... πᾶξε βέλ. Verissima est huius loci interpretatio a Meinekio prolata, ut pronomen τό referatur ad ἕλκος. Sensus igitur est: infestum sub pectore vulnus ferens, quod Veneris telum ei inflixit. Aptum idem vir in medium profert exemplum, quo insolentem dicendi formam satis tuetur, ex Syring. v. 7. ὅς Μοίσᾳ λίγυ πᾶξεν ἰοστεφάνῳ ἕλκος. Simili insolentiâ Pindar. Nem. III, 107. ὄφρα ἐγχειφόροις ἐπιμάξαις Αἰθιόπεσσι χεῖρας ἐν φρεσὶ πάξαιθ', ubi vid. Heyne et Huschke ad Tibull. Tom. I. p. 74, 5. Discedit tamen Dissenius in Explicatt. p. 374, 5. — Boisson. hunc verborum ordinem statuit: ἔχων ἕλκος, nempe βέλεμνον, τό οἱ ἥπατι πᾶξε Κύπρις, quae ratio valde dura est et locum languidum reddit. — ἥπατι, ubi amoris et cupiditatum sedes est. Vid. Animadv. in Anthol. Tom. III. P. I. p. 215. ad Achill. Tat. VI, 19. p. 870. Interpp. ad Horat. Od. IV, 1, 12.

17. τὸ φάρμ.] observa vim articuli; significat: unicum illud atque efficacissimum remedium.

20. Ad describendam Galateae suae pulcritudinem Cyclops pluribus utitur imaginibus, ex vitâ pastoritiâ petitis, quae Polyphemum inter armenta sua degentem optime decent. Sed ut discas, quantum nativus sermonis lepor a fucosâ pulcritudine distet, lege modo Ovid. Metam. XIII, 789 sqq., quo loco apertam Theocriti imitationem habes, sed ita temperatam, ut nauseam tibi moveat. Etiam Virgil. Eclog. VII, 37. suo carmini Theocriteum colorem induxit: Nerine Galatea, thymo mihi dulcior Hyblae, Candidior cycnis, ederâ formosior albâ. — λευκ. πακτᾶς. πακτά est lac recens coactum, quod inprimis candidum; nam in caseo, quamvis recenti, color tamen est sordidior. Simul candorem, simul teneram mobilitatem in puellae cute et carne significans Antip. Thessal. Epigr. XXXII. ἦν γὰρ ὅλη τοὐν ταλάροισι γάλα, Rufin. Epigr. VI. χρωτὶ γαλακτοπαγεῖ. F. I. — Ne metaphoram mireris, Id. XX, 26. oris dulcedo cum caseo comparatur, τὸ στόμα καὶ πακτᾶς γλυκερώτερον. — ἁπαλ. ἀρνός. Catull. XVII, 15. tenellulo delicatior haedo.

Μόσχω γαυροτέρα, φιαρωτέρα ὄμφακος ὠμᾶς·
Φοιτῇς δ' αὖθ' οὕτως, ὅκκα γλυκὺς ὕπνος ἔχῃ με,
Οἴχῃ δ' εὐθὺς ἰοῖσ', ὅκκα γλυκὺς ὕπνος ἀνῇ με.
Φεύγεις δ', ὥσπερ ὄϊς πολιὸν λύκον ἀθρήσασα.
Ἠράσθην μὲν ἔγωγα τεοῦς, κόρα, ἁνίκα πρᾶτον
Ἦνθες ἐμᾷ σὺν ματρί, θέλοισ' ὑακίνθινα φύλλα
Ἐξ ὄρεος δρέψασθαι· ἐγὼ δ' ὁδὸν ἁγεμόνευον.
Παύσασθαι δ' ἐσιδών τυ καὶ ὕστερον οὐδέ τί πω νῦν
Ἐκ τήνω δύναμαι· τὶν δ' οὐ μέλει οὐ μὰ Δί' οὐδέν.

22. *αὖθ' οὕτως*] haec est lectio vulgata, in omnibus codd. reperta. Plurimi editores recte ad haec verba offenderunt, quae iudice Fr. Iacobsio medicam manum adhuc exspectant. Ad tentamina ab aliis proposita meum quoque addere liceat. Si quaerimus, qualis ad sensum requiratur vox, videtur ea, ut iam Brunckius statuit, adverbium esse, significans motum ad locum; quo posito, nihil propius ac-

21. *φιαρ. ὄμφ. ὠμᾶς*] *φιαρόν* est splendens, nitens, *λαμπρόν*, ut interpretantur veteres grammatici. Eâ voce commendat Cyclops in Galateâ suâ cutis bene curatae nitelam et gratiam. Graeci poetae per similitudinem uvae immaturae solent exprimere id, quod in mammis turgentibus et sororiantibus adeo mirantur formarum spectatores. Casaubon. — Compara Theocrit. apud Athen. VII. p. 284. a. *ἰχθύν, Ὃν λευκὸν καλέουσιν, ὁ γὰρ φιερώτατος ἄλλων.* — Inest igitur notio tam nitoris quam soliditatis, quo sensu Latini duras stantesque papillas dicunt solidum pectus. Vid. Mitscherl. Lectt. in Catull. p. 58. Aliud quid spectavit Philostrat. Imagg. p. 84, 20. (Iacobs.) Galateam dicens *ἡδίονα ὄμφακος*, aut Ovid. l. d. maturâ dulcior uvâ.

22. *αὖθ' οὕτως*] nisi lectio corrupta, *αὖθι* hic pro *αὖθις* positum est; de quo vide Fr. Iacobs. ad Anthol. Pal. p. 537. Buttmann. Gr. ampl. II. p. 291.

23. *ὕπνος ἔχῃ με ... ὕπνος ἀνῇ με*] Somnus enim vincire et vincula remittere dicitur. Vid. Animadv. in Anthol. Tom. III. P. II. p. 120. — Porro observa *ὁμοιοτέλευτον*, cuius venustas veteribus minime erat ignota, hic a poetâ arte quaesitum esse.

26. *ἐμᾷ σὺν ματρί*] fuit Thoosa, quae Polyphemum ex Neptuno pepererat, nympha marina, unde apparet, quae eius cum Galateâ coniunctio. Vid. Hom. Od. I, 69. — *ὑακίνθινα φύλλα*. *φύλλα* latiore significatu passim de floribus usurpantur. Sic Id. XVIII, 39. *ἐς λειμώνια φύλλα ἐρψοῦμες.* Vid. Animadv. in Anthol. Tom. III. P. II. p. 266. ad Anthol. Palat. Tom. III. P. I. p. 65.

27. Virgil. Eclog. VIII, 37. Sepibus in nostris parvam te roscida mala, Dux ego vester eram, vidi cum matre legentem. — *ἐγὼ δ' ὁδὸν ἁγ.* Plane ut apud Hom. Od. VII, 30. *ἐγὼ δ' ὁδὸν ἡγεμόνευον.*

29. *τὶν δ' οὐ μέλει*] ut totus hic locus ob dictionis suavitatem praestantissimus est, ita querula haec vox inprimis ostendit, quam cicurem et mansuetum reddiderit Amor immanem et rudem alias Cyclopem.

Γινώσκω, χαρίεσσα κόρα, τίνος οὕνεκα φεύγεις·
Οὕνεκά μοι λασία μὲν ὀφρὺς ἐπὶ παντὶ μετώπῳ
Ἐξ ὠτὸς τέταται ποτὶ θὤτερον ὦς μία μακρά·
Ἧς δ' ὀφθαλμὸς ἔπεστι, πλατεῖα δὲ ῥὶς ἐπὶ χείλει.
Ἀλλ' ωὑτός, τοιοῦτος ἐών, βοτὰ χίλια βόσκω,
Κὴκ τούτων τὸ κράτιστον ἀμελγόμενος γάλα πίνω·
Τυρὸς δ' οὐ λείπει μ' οὔτ' ἐν θέρει, οὔτ' ἐν ὀπώρῃ,
Οὐ χειμῶνος ἄκρω· ταρσοὶ δ' ὑπεραχθέες αἰεί.
Συρίσδεν δ' ὡς οὔτις ἐπίσταμαι ὧδε Κυκλώπων,

cedit ad veteris scripturae vestigia quam *αὐτόσ' ἰοῖσ'*, quod versu sequenti etiam commendatur.

32. *θὤτερον*] alii *θώτερον*, alii *θἄτερον*, quod probat Boisson. ad Nicet. p. 324.

33. *ἧς*] Sic sex codd. apud Gaisf. Vulgo *εἷς*.

31. *λασία ὀφρύς*] Eustath. in comment. ad Odyss. I. p. 1392, 35 = p. 22, 3. Auctor est Theocrito in hac Polyphemi descriptione praeivisse Hesiodum; scilicet, ne in errorem te induci patiaris, ita veteres vulgari cogitatione Polyphemum sibi fingebant, quam rationem uterque poeta sequitur. Virgil. Eclog. VIII, 34. hirsutumque supercilium promissaque barba. — Ultimam in voce *ὀφρύς* syllabam productam nota, non vi arsis, quod nonnullos fefellit, sed legitimo usu. Vid. Spitzner. Prosod. §. 40, 2. b.

33. *ἧς*] rarior forma, non obliteranda, pro *εἷς*. Eadem in vetere quâdam inscriptione legitur. Vide Buttm. Gr. ampl. I. p. 412. — Ad *ἔπεστι* cogitandum *τῷ μετώπῳ*. Tum observa verbi *ἐπεῖναι* constructionem cum praepos. *ἐπί*, quae recentior habetur. — *ἐπὶ χείλει*. Apud Philostrat. p. 84, 11. *πλατείᾳ δὲ τῇ ῥινὶ ἐπιβαίνων τοῦ χείλους*, quod Fr. Iacobsio interprete ita debet accipi, ut latus Polyphemi nasus usque ad labia descendere et ea quodammodo invadere dicatur. — Mireris insignem Cyclopis simplicitatem (Naivitaet), qui, dum ad unguem se depingit, summam oris deformitatem praedicat; quanquam compensari eam opinatur et divitiis et canendi facultate et amoris praecipue erga illam vehementiâ.

34. Virgil. Eclog. II, 21. Mille meae Siculis errant in montibus agnae. Idas apud Calpurn. II, 68. Mille sub uberibus balantes pascimus agnas.

36. *τυρὸς δ' οὐ λείπει*] recentem quovis anni tempore caseum se habere dicit Polyphemus. Calpurn. l. d. Per totum niveus premitur mihi caseus annum. Recentes casei enim molles sunt, magis alibiles et in corpore non resides, docente Varron. de RR. II, 11. — Verbo monere liceat poetam in his verbis *ἐν θέρει ... ἐν ὀπώρῃ ... χειμῶνος ἄκρω* temporis notionem modo per *ἐν* et dativum, modo per genitivum expressisse. — Ceterum tria tantum anni tempora commemorat, verno tempore non nominato, quod vere pauper etiam lactis abundantiam habet.

Τίν, τὸ φίλον γλυκύμαλον, ἁμᾶ κἠμαυτὸν ἀείδων,
Πολλάκι νυκτὸς ἀωρί· τρέφω δέ τοι ἕνδεκα νεβρὼς
Πάσας μαννοφόρως, καὶ σκύμνως τέσσαρας ἄρκτων.
Ἀλλ' ἀφίκευ τὺ ποτ' ἄμμε, καὶ ἑξεῖς οὐδὲν ἔλασσον·
Τὰν γλαυκὰν δὲ θάλασσαν ἔα ποτὶ χέρσον ὀρεχθῆν.
Ἅδιον ἐν τὤντρῳ παρ' ἐμὶν τὰν νύκτα διαξεῖς·
Ἐντὶ δάφναι τηνεί, ἐντὶ ῥαδιναὶ κυπάρισσοι,
Ἐντὶ μέλας κισσός, ἔντ' ἄμπελος ἁ γλυκύκαρπος·

41. *μαννοφόρως*] multi codd. *ἀμνοφόρως*, quod aperte falsum est. Nam praeterquam quod absurdum est, hinnulum dici fetam, iam ob metricas rationes *ἀμν.* damnandum est, quod *πάσας* in dorico poetâ ultimam corripit. — *ἄρκτων.* Eldick. coniecit *ἄρκτω*, quod Kiessl. probavit cum aliis.

42. *ποτ' ἄμμε*] alii *ποθ' ἀμέ*, i. e. *πρὸς ἐμέ.* Cf. Interpp. ad Gregor. Cor. p. 237 sqq.

39. *τίν*] est accusativus pro *σέ*, ut v. 55, 68. Dativi locum haec forma obtinet v. 29. De quo usu qui dubitent, legant Hermann. de dialect. Pindar. in Opusc. Tom. I. p. 257. Buttmann. Gr. ampl. I. p. 295. Matth. Gr. p. 272. — *τὸ φίλ. γλυκύμαλον*, blandâ alloquutione eam malum dicit. Antigon. Caryst. apud Athen. III. p. 82. B. *ἠχί μοι ὡραίων πολὺ φίλτερος ἢ* (fort. *ἦν*) *λασιμήλων πορφυρέων.*

40. *νυκτὸς ἀωρί*] nocte intempestâ. Id. XXIV, 38.

41. *μαννοφόρως*] monilibus v. torquibus ornatos. Apud Dorienses *μάννος*, *μάνος* et *μόνος* est *ψέλλιον*, ut Pollux V, 99. docet. Capreolos vero collaribus instruxit ornandi causâ. Cf. Ovid. Metam. X, 112. de certo Cyparissi demissaque in armos Pendebant tereti gemmata monilia collo, ubi interpretes equorum quoque gemmatis monilibus ornatorum exempla afferunt. Ceterum in donis quoque, quae Polyphemus Galateae afferret, praedicandis omnem modum excessit idem Ovid. Metam. XIII, 831 sqq.

42. *ποτ' ἄμμε*] i. e. *πρὸς ἡμᾶς.* Vid. Buttmann. Gr. ampl. II. p. 297. et 299. — *οὐδὲν ἔλασσον*, sc. *ἢ ἐν θαλάσσῃ.* Cf. Idyll. VIII, 36.

43. *ὀρεχθῆν*] Schol. Victor. ad Aristoph. Nubb. 1372. (in Act. Philol. Monac. Tom. I. Fascic. III. p. 414.) *ὀρεχθεῖν μίμημά ἐστι τραχέος ἤχου γινομένου ἐν τῷ σφάζεσθαι βοῦν. Θεόκριτος δὲ ἐπὶ θαλάσσης τὴν λέξιν τίθησι, καθ' ὁμοιότητα τοῦ· ῥόχθει δὲ μέγα κῦμα.* Locus est Hom. Od. V, 401., ubi nunc quidem editur *ῥόχθει γὰρ μέγα κῦμα.* Adde Schol. ad Apollon. Rhod. 1, 275. Hos versus ad verbum fere expressit Virgil. Eclog. IX, 33 sqq.

45. Etiam Hom. Od. IX, 183 sqq. lauros, pinos et quercus in Aetnâ commemorat. Sed plurimarum aliarum quoque arborum feracissima fuit et materiam navibus fabricandis praebebat largissimam. Vere igitur *πολυδένδρεος* v. 47. vocatur. Tota haec Aetnae descriptio videtur adumbrata esse ad similem antri Calypsus descriptionem apud Homer. Od. V, 63 — 73. — *ἐντὶ ῥαδ.* Homericum usum in productione brevis vocalis ante literas liquidas sequutus est bucolicus poeta. Vid. Spitzner. de versu her. p. 52. Sed totius versus conformatio paullo durior est.

Ἐντὶ ψυχρὸν ὕδωρ, τό μοι ἁ πολυδένδρεος Αἴτνα
Λευκᾶς ἐκ χιόνος, ποτὸν ἀμβρόσιον, προΐητι.
Τίς κεν τῶνδε θάλασσαν ἔχειν ἢ κύμαθ' ἕλοιτο;
Αἰ δέ τοι αὐτὸς ἐγὼν δοκέω λασιώτερος ἦμεν,
Ἐντὶ δρυὸς ξύλα μοι, καὶ ὑπὸ σποδῷ ἀκάματον πῦρ,
Καιόμενος δ' ὑπὸ τεῦς καὶ τὰν ψυχὰν ἀνεχοίμαν
Καὶ τὸν ἕν' ὀφθαλμόν, τῶ μοι γλυκερώτερον οὐδέν.
Ὤιμοι, ὅτ' οὐκ ἔτεκέν μ' ἁ μάτηρ βράγχι' ἔχοντα,

49. τίς κεν] ita Valckenaer et Meineke ex coniect. Steph. Vulgo τίς κἄν. — Alii hunc versum parenthesis signo a reliquis separandum esse putant.

50. Hunc versum T. Hemsterh. post v. 33. collocandum censebat, invito poetâ. F. I.

51. Post hunc versum in plurimis editt. punctum positum, quod ob sensum cum Meinek. in minorem interpunctionem mutavimus.

46. μέλας κισσός] vid. annot. ad Id. I, 29.

48. ποτὸν ἀμβρ.] egregium potum, proprie: qui immortalitatem instillat. Vid. Buttm. Lexil. Tom. I. p. 133. — Ceterum non abs re fuerit meminisse vino in Siciliâ nivem ex Aetnâ admisceri solere.

49. ἕλοιτο] ἑλέσθαι cum solo genitivo coniunctum, quod in hoc verbo comparativi notio inest. Matth. Gr. §. 358, 1.

50. Sensus est: Si tibi hirsutior videar, en ignis est ad manum plurimus, scil. quo pilorum silvam aduras. Ita non solum maxima amoris vis apparet, quae tanta est in Polyphemo, ut puellae arbitrio se plane submittat, sed vis comica etiam mirum in modum augetur, quod puellam tonsoris munere fungi vult. Haec explicatio auctorem habet Palmerium, probatores vero nacta est Fr. Iacobs. et auctorem Arethusae; sponsorem eadem habet Nicet. Eugen. VI, 469., qui Theocritei loci sententiam amplâ, ut solet, verborum copiâ persequutus est.

51. ἀκάματον πῦρ] inextinctus ignis. Epitheton est Homericum Od. IX, 219, 223, 233, 387 etc. Callimach. hymn. in Apoll. 83. dixit ἀέναον πῦρ. Tibull. Eleg. I, 1, 6. assiduum ignem. Martial. Epigr. X, 47. perennem focum.

52. καιόμενος] igne ad pilorum incrementa compescenda utebantur veteres. Nota res de Dionysio, barbam candentibus nucum putaminibus urente. Contuleris etiam Aristoph. Eccles. 12 sqq. F. I. — καὶ τὰν ψυχ., vel animam exuri patiar *atque* unicum oculum. Kiessl. frustra difficultatem hic movet, quod oculi amissio post animulam exustam commemoraretur, quasi illud gravius esset. Nempe maiorem gravitatem habet id quod fieri potest eo quod fieri nequit; quamobrem post hyperbolicam loquutionem oculi amissio recte infertur.

54. ὅτ' οὐκ] i. e. ὅτι οὐκ. Sic ι elisum etiam in δηλονότ' v. 79. Vid. Meineke ad Mosch. Id. II, 152. — ἔτεκέν μ' ἁ μάτηρ βράγχι' ἔχ., piscis naturam habentem. βράγχια enim piscium sunt propria. Eadem dictionis ratio est in loco Homerico Od. IV, 325. πέρι γάρ μιν ὀϊζυρὸν τέκε μήτηρ. Eurip. Alcest. 882. ἦ βαρυδαίμονα μήτηρ μ' ἔτεκεν, ubi vid. Monk.

Ὡς κατέδυν ποτὶ τίν, καὶ τὰν χέρα τεῦς ἐφίλασα,
Αἰ μὴ τὸ στόμα λῆς· ἔφερον δέ τοι ἢ κρίνα λευκά,
Ἢ μάκων' ἁπαλὰν ἐρυθρὰ πλαταγώνι' ἔχοισαν.
Ἀλλὰ τὰ μὲν θέρεος, τὰ δὲ γίνεται ἐν χειμῶνι,
Ὥστ' οὐκ ἄν τοι ταῦτα φέρειν ἅμα πάντ' ἐδυνάθην.
Νῦν μάν, ὦ κόριον, νῦν αὐτόθι νεῖν γε μαθεῦμαι,
Αἴκα τις σὺν ναῒ πλέων ξένος ὧδ' ἀφίκηται,
Ὡς κεν ἴδω, τί ποθ' ἁδὺ κατοικῆν τὸν βυθὸν ὔμμιν.
Ἐξένθοις, Γαλάτεια, καὶ ἐξενθοῖσα λάθοιο,
Ὥσπερ ἐγὼν νῦν ὧδε καθήμενος, οἴκαδ' ἀπενθεῖν.
Ποιμαίνειν δ' ἐθέλοις σὺν ἐμὶν ἅμα, καὶ γάλ' ἀμέλγειν,
Καὶ τυρὸν πᾶξαι, τάμισον δριμεῖαν ἐνεῖσα.
Ἁ μάτηρ ἀδικεῖ με μόνα, καὶ μέμφομαι αὐτᾷ·

59. *φέρειν*] Boisson. ex correctione *φέρεν*. Idem tamen versu 49. formam *ἔχειν* intactam reliquit. Utrobique dorica forma restituenda.

62. *ποθ' ἁδύ*] Kiessl. ex uno cod. *ποχ' ἁδύ*.

64. *ἀπενθεῖν*] Kiessl. et Boisson. *ἀπενθῆν*, recte.

55. *ὡς κατέδυν*] de particulâ *ὡς* cum indicativo praeteriti coniunctâ vid. Rost. Gr. §. 122, 12.

57. *πλαταγώνια*] cf. notata ad Id. III, 29.

58. Sensus est: Vellem tibi lilia et papavera eodem tempore afferre, hoc autem minus possum, quod hi flores diverso tempore nascuntur et crescunt. In Siciliâ enim papaver, si mense Septembri satum erat, florebat extremâ hieme, lilium candidum vero exeunte aestate. Cf. Voss. ad Virgil. Eclog. II, 45. p. 77. Nemini non suavissima Cyclopis simplicitas placeat, qui, quae modo penes se sint, se daturum esse pollicetur.

60. *αὐτόθι*] statim hoc loco, sine morâ, quo animum promtissimum sibi esse significat ad periculum illud subeundum. — *μαθεῦμαι*. Notanda est haec futuri secundi forma, de quâ vide Buttmann. Gr. ampl. 1. p. 407.

61. *πλέων ξένος*] artem nandi et urinandi se discere velle dicit, quando advena nave ad Siciliam delatus fuerit. Cyclopes enim solitariam vitam agebant, ut hospitis adventus ad artem illam addiscendam necessarius fuerit, nec usum navium norant, ut cum aliis gentibus commercium haberent. Hom. Od. IX, 112, 125.

66. *ἐνεῖσα*] sc. εἰς τὸ γάλα.

67. Iam quod in amore parum profecerit, omnem culpam in matrem transfert, quae, unâ cum Galateâ in undis habitans, nihil quidquam, quo filium commendaret, puellae dixerit. Sed pueri male morati instar, quo matris iniuriam ulciscatur, id se acturum esse dicit, ut morbum simulans anxiis curis eius animum impleat.

68. *ὑπέρ μευ*] pronominis formam decurtatam notes post prae-

Οὐδὲν πά ποχ' ὅλως ποτὶ τὶν φίλον εἶπεν ὑπὲρ μευ,
Καὶ ταῦτ' ἆμαρ ἐπ' ἆμαρ ὁρεῦσά με λεπτὸν ἐόντα.
Φασῶ τὰν κεφαλὰν καὶ τὼς πόδας ἀμφοτέρως μευ
Σφύσδειν, ὡς ἀνιαθῇ, ἐπεὶ κἠγὼν ἀνιῶμαι. —
Ὦ Κύκλωψ, Κύκλωψ, πᾷ τὰς φρένας ἐκπεπότασαι;
Αἴκ' ἐνθὼν ταλάρως τε πλέκοις, καὶ θαλλὸν ἀμάσας
Ταῖς ἄρνεσσι φέροις, τάχα κεν πολὺ μᾶλλον ἔχοις νοῦν.
Τὰν παρεοῖσαν ἄμελγε· τί τὸν φεύγοντα διώκεις;
Εὑρήσεις Γαλάτειαν ἴσως καὶ καλλίον' ἄλλαν.
Πολλαὶ συμπαίσδεν με κόραι τὰν νύκτα κέλονται,
Κιχλίσδοντι δὲ πᾶσαι, ἐπὴν κ' αὐταῖς ὑπακοίσω.
Δηλονότ' ἐν τᾷ γᾷ κἠγών τις φαίνομαι ἦμες.

65. Kiessl. ita interpungit σὺν ἐμίν, ἅμα καί.

71. σφύσδειν] plurimi codd. σφύσδην, quod verum. Cf. Ioh. Aug. Iacobs. p. CLXXV.

positionem positam. Cuius quidem licentiae exempla apud poetas, Atticos etiam, non sunt adeo infrequentia. Vid. Fr. Iacobs. Anthol. Palat. Tom. I. Praef. p. XXXII. Tom. III. p. 312. et p. 941. Buttmann. Gr. ampl. T. I. p. 291.

69. Non recte vertunt haec verba; sensus est: et tamen quotidie me visitat, et macie tenuatum me cernit.

71. σφύσδειν] Hesych. explicat φλεγμαίνειν, καίεσθαι, quo patet de gravi morbo, quum aestu febrique iactantur homines, hoc verbum intelligendum esse. Vulgo minus accurate vertunt dolere.

72. πᾷ τὰς φρένας ἐκπ.] Quint. Smyrn. VII, 262. ποῖ δή νῦν σοι ἐΰς νόος ἐκπεπότηται. Cf. Valcken. ad Herod. p. 276, 43. annot. ad Id. II, 19. — Virgil. Eclog. II, 69. O Corydon, Corydon, quae te dementia cepit. Quin tu aliquid saltem potius, quorum indiget usus, Viminibus mollique paras detexere iunco? Invenies alium, si te hic fastidit, Alexin.

75. τὰν παρ. ἄμελγε] intellige vaccam l. ovem. Proverbium est pastorale, hoc sensu: fruere iis, quae parata sunt, nec cures cetera. — τί τὸν φ. δ. Exspectabas τὴν φεύγουσαν. Sed ultima haec verba conformata videntur ad proverbialem loquutionem τὸν οὐ φιλέοντα διώκεις. Cf. Id. VI. 17.

76. καλλίον'] v. annot. ad Id. X, 54.

79. τὶς φαίν. ἦμες] aliquis, eximius aliquis esse videor. Cf. Matth. Gr. §. 487, 5. Bernhardy Syntax. p. 440. Loquutionem οἴομαι τὶς εἶναι exemplis illustrat Wyttenbach. ad Plutarch. Tom. VI, I. p. 505. et Valcken. in Annot. ad Nov. Testam. p. 404.

Οὕτω τοι Πολύφαμος ἐποίμαινεν τὸν ἔρωτα
Μουσίσδων· ῥᾷον δὲ διᾶγ' ἢ χρυσὸν ἔδωκεν.

81. Sunt quibus hoc loco ἢ εἰ scribendum videtur. Syllabas ἢ εἰ in unam coalescere posse nos non sinit dubitare Alexidis locus apud Athen. p. 244. E., a Meinekio excitatus, ἢ τοῖς Βορεάδαις ἢ εἴ τι θᾶττον ἔτι τρέχει. Sed particulâ hypotheticâ non opus est. De quo ne dubites, lege quae habet Bernhardy Syntax. p. 385.

80. ἐποίμαινεν τὸν ἔρ.] regebat, moderabatur, temperabat amorem. Apte comparat Meineke Orphic. Hermann. p. 507. ποιμαίνων πραπίδεσσιν ἀνόμματον ὠκὺν Ἔρωτα. Neque absimilia sunt quae confert Valcken. ad h. l. βουκολεῖν τὴν λύπην apud Suidam. s. v. αἰώρα, et βουκόλημα τῆς λύπης in loco scriptoris incerti apud Schol. ad Aristoph. Pac. 152. Fr. Iacobs. contendit Anthol. Palat. XII, 99. ἠγρεύθην ὑπ' Ἔρωτος, ὃ μηδ' ὄναρ κ. τ. λ. Adde Dissen. ad Pindar. Nem. VIII. p. 443.

81. ἢ χρ. ἔδ.] ad ἔδωκεν [illegible] est τις cogitandum, immo subiectum, quod vocant, est Polyphemus. Verissime autem monuit Bindemann innui festivâ hâc oratione Niciae artem, quantumvis largis praemiis ornatam, amori tamen mederi non posse. Kiessl. — De suppressâ particulâ hypotheticâ vid. annot. erit.

XII.

ARGUMENTUM.

Hoc Idyllium cum bucolico genere nihil commune habet, sed totum est lyricum. Exprimitur in eo tenerrimus amoris affectus in puerum quendam, qui post trium dierum absentiam in amatoris amplexus redierat — 9. Tum poeta optat, ut hic amor mutuus sit et perpetuus — 26. Odarium denique adiicitur in Megarensium laudem, quod ad Dioclis, paederastae in illâ civitate clarissimi, tumulum anniversaria osculorum certamina instituerint. F. I.

Multae de hoc carmine, eius auctore atque dialecto prostant virorum doctorum sententiae, quibus pronuntiatis res nondum ad liquidum perducta est. Nolo equidem ea repetere, quae ab aliis iam in medium prolata fuerunt, quippe quae apud Kiessling. legi possint. Blomfieldii tantum et Reinholdi, utpote recentiorum Kiesslingio, iudicia referam. Ac Britannus quidem (in Glossar. ad Aeschyl. Pers. 694) paucis defunctus verbis poetae ionici, non Theocriti, esse affirmat hoc carmen. Reinholdus vero (in dissert. de genuinis Th. carmin. p. 45.) fusius de hac re disseruit, cuius disputationis finis hic est: carmen esse ionici versificatoris, et grammatici disciplinam redolere. Nativum Theocriti leporem in eo prorsus desiderari, et mollis quem spiret poema amoris affectum a virili Theocriti ingenio, ab eius vi et gravitate abhorrere. Hinc suspicionem sibi subnatam esse, auctorem esse Chium Theocritum sophistam.

Ne his refutandis diu immoremur, quae nostra sit de hoc carmine sententia, proferre nobis liceat. Ac primum quidem nullam video causam, quae nos cogat, ut Theocrito illud abiudicemus. Immo argumenta tam externa quam interna nobis suadent, ut eum ipsum auctorem habeamus. Nam ut Scholiastas et Theocriti et aliorum poetarum taceam, qui omnes Theocritum auctorem agnoscunt, satis antiqui iique

haud facile contemnendi testes sunt **Athenaeus** et **Iulianus** imperator, quorum ille verba *ὅσον μῆλον βραβύλοιο*, quae versu 3. leguntur, tanquam Theocritea laudat Deipnos. II. p. 50. A., hic vero duobus in locis sine ullâ suspicione huius carminis, tanquam Theocritei, mentionem facit. Alter locus est in Epist. ad Liban. p. 374., ubi haec dicit: *εἴπερ ἀληθῆ φησιν ὁ Σικελιώτης ποιητής, ἐν ἤματι φάσκων τοὺς ποθοῦντας γηράσκειν.* Alter est in Misopog. p. 338., quem ex emendatione **Meinekii** ad v. 14. exhibebo: *ὁ πώγων — οὐκ ἐπιτρέπων καθαρὰ λείοις καὶ διὰ τοῦτο, οἶμαι, γλυκερώτερα χείλεσι χείλη προςμάττειν, ὅπερ ἤδη τις ἔφη τῶν ἐργασαμένων σὺν τῷ Πανὶ καὶ τῇ Καλλιόπῃ εἰς τὸν Δάφνιν ποιήματα*, quae verba etiam eum in finem transscripsi, quod inde patet Iulianum, elegantem cuiusvis pulcritudinis arbitrum, easdem veneres eandemque suavitatem, quam in ceteris Theocriteis Idylliis, in hoc quoque deprehendisse. De tertio loco, Orat. VIII. p. 244., quo Iulianum respexisse credit **Toup.** ad Suidam P. II. p. 44. Theocritum, res minus certa est. — Tum neque in argumento neque in eius tractatione quidquam reperiri potest, quod a Theocrito, dorico poetâ, alienum sit censendum. Etenim constat puerorum amorem apud Doriensium praecipue gentes increbuisse, nobilem praesertim illum atque generosum, qualem hic habemus. Cf. **Welcker.** Sappho, p. 39. **Fr. Iacobs.** vermischte Schriften. Tom. 3. p. 216 sq. Omnem turpitudinis suspicionem abiiciendam esse docet festi ratio, quod publice instituitur; pueri victores coronis ornati ad matris gremium redeunt. De simili pulcritudinis certamine inter Eleos nobis refert **Theophrast.** apud Athen. p. 609. F. Argumentum igitur quod attinet, id dorico poetae convenire non est quod dubites. — Videamus iam de eius tractatione. Lyricum hoc argumentum, quanquam a bucolico genere diversissimum, videtur tamen poeta ita tractavisse, ut, quod **Fr. Iacobs.** de sequenti epico fere poemate pulcre animadvertit, bucolicâ quâdam suavitate id condiret. Lyricam quidem dignitatem poetam ubique videas bene servantem et sublimiore spiritu insurgentem. Lyricum poema prodit sententiarum copulatio, haud arcto aliquoties vinculo coniunctarum. Vid. ad v. 23, 25, 27. Attamen, ut alia mittam, comparatio, quae v. 3 — 7. instituitur, ita est expressa, ut bucolicum poetam facile agnoscas; spirat totus hic locus pastoralem Musam et cum aliis similibus Theocriteis, quales sunt VIII, 76 — 80. IX, 31 — 36., recte contendi potest. Aliud haud leve argumentum, quo Theocrito hoc Idyllium vindices, accedit ex numerorum ratione. Ex versibus enim triginta septem, quibus constat, plus quam viginti ad bucolicorum versuum rationem sunt facti. Quibus omnibus collatis non dubitaverim equidem, quin carmen vere Theocriteum nos habeamus.

Restat, ut de dialecto, quâ usus sit Theocritus in hoc Idyllio, agamus. Codex Parisiens. et Glossae Laurentin. adscriptum habent

Ἰάδι ἢ Δωρίδι. In argumento Graeco legitur *γέγραπται Ἰάδι διαλέκτῳ.* Codd. quattuor Vaticani et Edit. Florent. hanc notam habent *Ἰακόν, τῇ κοινῇ Ἰάδι.* Plurimi quidem codd., etiam ii, qui alias Dorismos non amant, tum editt. veteres doricas servant formas, ita ut I. A. Iacobs., Halensis Theocriti editor, vir diligentissimus, doricas formas in utrisque regnare dicat. Primus D. Heinsius formas vocum Ionicas ubicunque revocavit. Valckenarius, tam temerariâ, quod mireris, ratione probatâ, doricas formas ex codd. et primis edd. se plane non memoraturum esse dicit. Recentiores editt. Valckenarium plus minusve sequuti sunt. Unum igitur vides Heinsium agmen duxisse reliquorum, ipsique adeo Valckenario imposuisse. Heinsium vero, quod affirmare ausim, tum falsa de auctore concepta movit opinio, tum scholiastarum annotatio, *Ἰάδι διαλέκτῳ* scriptum esse hoc carmen. Itaque non dubitari posse arbitror, quin doricae formae, ubicunque optimorum codd. auctoritate firmentur, reduci debeant, hac cautione adhibitâ, ut invitis codd. nihil mutetur. Ita tamen fiet, ut iuxta Dorismos complures Ionicae formae, vel, ut rectius dicam, formae, quae Dorismo ad Ionicam nonnihil emollito cum Ionica dialecto communes sunt, haud paucae remaneant. Equidem in dialecto nihil novavi, quod eam mihi praescripsi legem, ut sententiam quidem meam pronuntiarem, nihil tamen ipse, ubi aliqua remanere possit dubitatio, in hac editione mutarem.

Multo certiora de his omnibus teneremus, si modo placuisset Wartono Eratosthenis argumentum in hoc Idyllium edere, quod in Cod. Vaticano quinto exstat et plura continet quam quae adhuc evulgata sunt. Cf. Theocr. edit. Warton. Tom. II. p. 135.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΔΩΔΕΚΑΤΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.

Ἐπιγράφεται μὲν τὸ εἰδύλλιον Ἀΐτας, γέγραπται δὲ Ἰάδι διαλέκτῳ· ὁ δὲ λόγος ἐκ τοῦ ποιητικοῦ προσώπου πρὸς ἐρώμενον. Ἐπιγέγραπται δὲ οὕτως, ἐπεὶ καὶ τοὺς ἐρωμένους ἀΐτας ἔνιοι καλοῦσιν, ὡς Θεσσαλοί· καὶ Ἀλκμὰν *) τὰς ἐπεράστους κόρας ἀΐτας λέγει· οἱ δέ φασιν ἀΐτας τοὺς φίλους μεταθέσει τοῦ ἀντιστοίχου **)· ἢ ἀΐτας, οἱονεὶ μὴ ἰταμούς· ἢ ἀΐτας ὁ σύμπνους καὶ συναίτης καὶ συμπολίτης. Εἰ δὲ ἐπὶ ἐρωμένου τάττοιτο, ἀΐτης ἂν λέγοιτο ἀπὸ τοῦ ἄειν καὶ εἰςπνεῖν τὸν ἔρωτα τῷ ἀγαπῶντι· ἐκτίθεται δὲ

*) non commemoravit hunc locum Welckerus in fragmentis Alcmanis Lyrici. Kiessl.

**) nempe *ἀΐτας* esse positum pro *ἴτας*. Vocales enim *αι* et *ι* sunt *ἀντίστοιχοι*. — In sequentibus post *ὁ ἐρῶν* lacunae signum ponendum. Etiam *θεασάμενος* suspectum est. Boissonade.

ὅπως ὁ ἐρῶν ... καὶ οὐ φείδεται θεασάμενος τοὺς τοῦ ἐρωμένου χαρακτῆρας· εὔχεται δὲ τῶν δύο ψυχῶν ἁρμογὴν αὐτοῖς γενέσθαι, καὶ φιλίας ἀσφάλειαν μέχρι τέλους ἐμμένουσαν, ἵνα καὶ μετὰ θάνατον οἱ μετ' αὐτοὺς φημίσωσιν αὐτῶν τὴν ὁμόνοιαν, λέγοντες ἐκ τοῦ χρυσοῦ γένους γεγενῆσθαι αὐτούς, οἵτινες ἀμοιβὴν φιλίας ἔπνευσαν πρὸς ἀλλήλους. Ἐπαινεῖ δὲ τοὺς Μεγαρεῖς ἐπὶ τῷ τετιμηκέναι Διοκλέα, ὑπερασπίσαντα τοῦ ἰδίου ἐρωμένου, ἢ ὑπὲρ τῆς ἐκείνου τελευτῆς ἐμπεσόντα εἰς πόλεμον· ὅθεν καὶ τοὺς Μεγαρεῖς θάψαι αὐτὸν δημοσίᾳ καὶ τιμᾶν ὡς ἥρωα, ἀγῶνά τε ἐπ' αὐτῷ ποιεῖν, ἐν ᾧ τοὺς καλοὺς περὶ φιλημάτων ἀγωνίζεσθαι· τὸν δὲ καταφιλήσαντά τινα ἥδιστον, τοῦτον ὑπὸ τῶν ἄλλων στεφανοῦσθαι.

Α Ι Τ Η Σ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ ιβ'.

Ἤλυθες, ὦ φίλε κοῦρε, τρίτῃ σὺν νυκτὶ καὶ ἠοῖ;
Ἤλυθες; οἱ δὲ ποθεῦντες ἐν ἤματι γηράσκουσιν.

Idyll. XII. 1. ἤλυθες; ... ἤλυθες;] interrogatio bis posita, quo vehementior amoris affectus designetur apud eum, qui suis vixdum oculis confidit. Catull. IX, 3. Venistine domum ad tuos Penates? Venisti? — O mihi nuntii beati. Sic ibi interpungendum. Virgil. Aen. III, 312. — τρίτῃ σὺν ν. καὶ ἠοῖ, post tres dies. Sic Graeci saepe in dierum numero computando noctes simul memorant. Pindar. Pyth. IV, 231. ἀθρόαις πέντε δραπὼν νύκτεσσιν ἔν θ' ἁμέραις ἱερὸν εὐζώας ἄωτον. Noctem vero in his praeponunt etiam pedestris orationis scriptores. Vid. Bornemann. ad Xenoph. Apol. p. 75.

2. οἱ δὲ ποθ. ἐν ἤμ. γηρ.] qui amant ob desiderium uno die senes sibi facti, i. ad senectutem pervenisse sibi videntur. Virgil. Eclog. VII, 43. si mihi non haec lux toto sit longior anno. Sententia a veteribus saepe expressa. Vid. Animadv. ad Anthol. Gr. Tom. I. P. II. p. 370. Boisson. ad Aristaen. I, 1. p. 207. Eandem tanquam παλαιὸν λόγον commemorat Firmicus, seculi quinti scriptor, in Epist. IV. et XXXI.

Ὅσσον ἔαρ χειμῶνος, ὅσον μῆλον βραβύλοιο
Ἥδιον, ὅσσον ὄϊς σφετέρης λασιωτέρη ἀρνός,
Ὅσσον παρθενικὴ προφέρει τριγάμοιο γυναικός,
Ὅσσον ἐλαφροτέρη μόσχου νεβρός, ὅσσον ἀηδὼν
Συμπάντων λιγύφωνος ἀοιδοτάτη πετεηνῶν·
Τόσσον ἔμ' εὔφρηνας σὺ φανείς· σκιερὴν δ' ὑπὸ φηγὸν
Ἠελίου φρύγοντος ὁδοιπόρος ἔδραμον ὥς τις.
Εἴθ' ὁμαλοὶ πνεύσειαν ἐπ' ἀμφοτέροισιν Ἔρωτες
Νῶϊν, ἐπεσσομένοις δὲ γενοίμεθα πᾶσιν ἀοιδή·

9. φρύγοντος] alii φρύττοντος. Vid. annot. ad Id. IX, 12.

3. Magnum autem in modum me exhilarasti. Quae notio ut magis in sensus incurrat, exquisitissimis eam amplificavit poeta comparationibus.

4. ἀρνός] feminino genere recurrit haec vox etiam Id. XI, 74. XVIII, 41. — σφετέρης, sui agni, quem peperit et lactat.

5. παρθενική] i. e. παρθένος. Sic Id. XVIII, 2. Forma tam Homero, quam tragicis usurpata. Vid. Seidler. ad Eurip. Electr. 174.

6. νεβρός] feminino genere etiam Id. XIII, 62. dicitur.

7. ἀοιδοτάτη πετ.] pro ἀοιδοτέρη. Sed superlativum adhibuit, dum eam avem cum omnibus sui generis comparat. Sic Hom. Il. XXII, 139. κίρκος ἐλαφρότατος πετεηνῶν. Vid. apta ex Homero tragicisque exempla apud Blomfield. ad Aeschyl. Pers. 189. Welcker. ad Theognid. v. 246. p. 97. Bernhardy Syntax. p. 439. — Tum ἀοιδοτάτη pro usitatiore ἀοιδότατον. Vid. Matth. Gr. §. 459. Bernhardy l. d.

8. Comparationis ratio paullo insolentior suadet, ni fallor, ut haec sic accipiamus: tantum interest inter cruciatus desiderii praeteritorum dierum, quos sine te peregi, interque laetitiam, qua nunc fruor, quantum inter etc. F. I.

10. εἴθ' ὁμ. πνεύσ.] utinam par nobis insit atque maneat amor, s. ut Terentii Eunuch. I, 2, 11. verbis utar, utinam sit mihi pars aequa amoris tecum, ut exemplum amoris maximi posteris habeamur. — πνεύσ. Ἔρ. Verbum πνεῖν cum compositis frequens de Amore. Vid. Valcken. ad Eurip. Hippol. p. 227. Hinc explicandus Meleagr. XXIX, 3. κυμαίνει δ' ὁ βαρὺ πνεύσας πόθος. Etiam Latini hoc dicendi genus frequentant, Tibull. II, 1, 80. Felix cui placidus leniter afflat Amor.

11. πᾶσιν ἀοιδή] de quo posteri narrent exemplumque sumant. Homer. Od. VIII, 580. ἵνα ᾖσι καὶ ἐσσομένοισιν ἀοιδή. Cf. Od. III, 204. Pindar. Pyth. III, 199. ἀνθρώπων φάτις eodem sensu. ἀοίδιμος Id. XIII, 9. Homer. Il. VI, 358. ὡς καὶ ὀπίσσω Ἀνθρώποισι πελώμεθ' ἀοίδιμοι ἐσσομένοισι. Vid. Animadv. ad Anthol. Gr. Tom. III. P. II. p. 161. Aristoph. Pac. 148. μὴ — λόγον παράσχῃς καὶ τραγῳδία γένῃ. Propert I, 15, 24. Tu quoque uti fieres nobilis historia. Ovid. Amor. III, 1, 21. Fabula (nec sentis) totâ iactaris in urbe. Horat. Epod. XI, 8. Heu! — fabula quanta fui. Cf. Epist. I, 13, 9.

„Δοιὼ δή τινε τῶδε μετ' ἀμφοτέροισι γενέσθην
„Φῶθ'· ὁ μὲν εἴσπνηλος, φαίη χὠ'μυκλαΐζων.
„Τὸν δ' ἕτερον πάλιν, ὥς κεν ὁ Θεσσαλὸς εἴποι, ἀΐταν.
„Ἀλλήλους δ' ἐφίλησαν ἴσῳ ζυγῷ. ἦ ῥα τότ' ἦσαν
„Χρύσειοι πάλαι ἄνδρες, ὅκ' ἀντεφίλησ' ὁ φιληθείς.

12. **Meineke** vellet poeta scripsisset: οἴω δή τινε. Eidem haud improbabilis videtur haec in sequentibus coniectura: τώδε μετὰ προτέροισι γενέσθην.

14. Locus ob constructionis difficultatem varie tentatus. **Boisso-**

12. Inde ab hoc versu usque ad v. 16. sequitur splendida illa apud posteros cantilena, qua se et amores suos in perpetuam memoriam poeta tenerrimo amoris affectu celebratum iri v. 11. sperat et optat. Talem nuntium sibi post multa saecula e vivis in Orcum apportari precatur mox v. 20, 21. Iam vero egregie sese habent illae Laconum et Thessalorum inter posteros vernaculae voces. Non enim inter paucos forte popularium tantum suorum hanc sibi famam fore poeta ponit; sed audit animo praesagiente, diversis diversarum gentium linguis se celebrari, famâ de se et amoribus suis tantum non ad omnes mortales perlatâ. Qua quidem imagine nulla facile splendidior cogitari potuit. **Graefe** epist. crit. de bucol. p. 48., cuius explicationem consensu suo probat **Meineke**. — δοιὼ δή τινε τῶδε. Similem verborum iuncturam habet **Hom.** Od. IV, 26. ξείνω δή τινε τώδε, quem locum **Toupius** primus excitavit. — μετ' ἀμφοτέρ. Patet haec posita esse pro μετ' ἀλλήλοισι, cuius usus aliud exemplum neque **Meinekius** novit, neque ego novi. In Theocrito tamen, utpote vulgarem loquendi rationem nobis saepe obscuram sectanti, talia magis notanda quam dubia sunt reddenda. Illi loquutioni μετ' ἀμφ. γενέσθαι opponitur ἀπ' ἀλλάλων εἶναι Id. XIV, 46.

13. ὁ μὲν εἴσπνηλος] vox, ut ipse poeta significat, ex Amyclaeorum i. e. Laconum dialecto petita descendit a verbo εἰσπνεῖν, quod proprium Lacedaemoniis valebat **inspirare amorem**. **Plutarch.** Cleomen. 3. ἐραστοῦ γεγονότος· τοῦτο γὰρ ἐμπνεῖσθαι Λακεδαιμόνιοι λέγουσιν. **Aelian.** Var. hist. III, 12. αὐτοὶ γοῦν δέονται τῶν ἐραστῶν εἰσπνεῖν αὐτοῖς. Vid. **Welcker.** über die Sappho p. 48. **Müller.** Dorier. Tom. II. P. II. p. 290. Vetus vocis forma videtur εἰσπνήλας fuisse. Is usus verbi εἰσπνεῖν latiore significatu ad alios Graecos transiit. Cf. annot. ad v. 10., ubi Theocritus etymi fortasse respectu habito dixit πνεύσειαν ἐπ' ἀμφ. Ἔρ. Verbo ἐμπνεῖν in re amatoria utitur **Plato** Conv. VI, 9. p. 179, 13. ubi vid. **Fischer.** **Xenoph.** Conviv. IV, 15. cum annot. **Bornemanni.** — Ceterum hic versus ob insuavem conformationem notandus est. Potuerit imprudenti poetae humani aliquid accidere; sed quid, si contendamus Theocritum, diligentem alias versificatorem, numeris salebrosis scabrum et elumbem Amyclaeensium sermonem significare voluisse?

14. Sensus apertus, **amasium** apud Thessalos vocari ἀΐταν. Constructio vero minus aperta, quam recte sic expedit **Meineke**, ut statuat duas constructiones commixtas esse: τὸν δ' ἕτερον ὁ Θεσσαλὸς ἂν εἴποι ἀΐταν, et ὁ δ' ἕτερος, ὡς ἂν ὁ Θεσσαλὸς εἴποι, ἀΐτας.

Εἰ γὰρ τοῦτο, πάτερ Κρονίδη, πέλοι, εἰ γάρ, ἀγήρῳ
Ἀθάνατοι· γενεαῖς δὲ διηκοσίῃσιν ἔπειτα
Ἀγγείλειεν ἐμοί τις ἀνέξοδον εἰς Ἀχέροντα·
„Ἡ σὴ νῦν φιλότης καὶ τοῦ χαρίεντος ἀΐτεω
„Πᾶσι διὰ στόματος, μετὰ δ' ἠϊθέοισι μάλιστα.

nade ex Salmasii lectione, quae utrum ex ipsius ingenio an ex codice profecta sit, dubium est, τῶν δ' ἕτερος πάλιν, ὥς κεν ὁ Θεσσαλὸς εἴποι, ἀΐτας.

15. Wassenbergii coniecturam ἦ ῥά ποτ' ἦσαν Χρύσειοι οἱ πάλαι ἄνδρες probat Valckenarius.

Plane sic loquutus est Aeschyl. Pers. 187., quem idem affert, τούτω στάσιν τιν', ὡς ἐγὼ 'δοκοῦν ὁρᾶν, τεύχειν ἐν ἀλλήλαισι. Est haec dicendi libertas, quam Graeci, utpote qui in fingendo sermone non tam anxie grammatices leges servabant, saepenumero, etiam in pedestri oratione, sibi indulgent. Cf. Bernhardy Syntax. p. 464. — De voce ἀΐτης qui plura desiderat, legat Welcker. über die Sappho p. 47. Müller. Dorier. Tom. II. P. II. p. 290. Creuzer. ad Plotin. Praefat. p. XXVIII. Matthiae ad Alcaei Reliquias p. 33. Haud absurda eorum est derivatio, qui ab ἄω, ἄημι ducunt, ut ἀΐτης sit is, cui ab alio inspiratur, inflatur amor.

15. ἴσῳ ζυγῷ] qui mutuo amore tenentur, eidem iugo alligati dicuntur. Fr. Iacobs. Animadv. ad Anthol. Gr. Tom. II. P. III. p. 177. Cf. scriptor nescio quis apud Suid. in ἴσῳ ζυγῷ· φιληθεὶς τὸ λεγόμενον ἴσῳ ζυγῷ. Themist. Orat. IX. p. 128. A. δύο ξυνωρίδας ὁμηλίκων σχεδὸν ... ἴσα βαινόντων, ἴσα πνεόντων: imagine ducta ab equis eidem iugo submissis. Horat. Od. III, 9, 18. Plin. Epp. III, 9, 8. cum uterque pari iugo non pro se, sed pro causâ niteretur. Propert. III, 23, 28. tu bene conveniens non sinis ire iugum.

16. χρυσ. π. ἄνδρ.] temporis notatio per τότε facta accuratius definitur additâ voce πάλαι, quae ideo est addita, quod dixit poeta χρύσειοι, significans homines, qui olim aetate aureâ, aurei ipsi ingenio, vixerunt. Tales homines sunt etiam hi duo, qui se amant pari iugo. Kiessling. — χρύσεος in laudem dicitur de iis, qui morum elegantiâ et suavitate vel animi probitate sunt conspicui. Fr. Iacobs. laudat Antiphan. apud Athen. XIII. p. 572. A. ἦθός τι χρυσοῦν πρὸς ἀρετὴν κεκτημένης. nunc addit Huschke Anal. litter. p. 333. Vid. eundem in Anim. ad Anthol. Gr. Tom. II. P. I. p. 9. Tom. II. P. II. p. 55. Horat. Od. I, 5, 9. Insolens, qui nunc te fruitur credulus aureâ.

17. Utinam mihi dii hoc votum, ut noster amor exemplum posteris maneat, impleant. — εἰ γάρ. Cum vi hae optandi particulae repetuntur.

19. Post ducentas aetates ut talis de amore suo ad ipsum perferatur nuntius ad inferos optat. Similiter apud Pindarum Olymp. XIV, 28. Echo iubetur patri defuncto victoris pueri nuntium de huius victoriâ afferre, ad quem locum vide Boeckh. Explicatt. p. 222. Apud Virgil. Aen. IV, 387. Dido Dabis, improbe, ait, poenas. Audiam et haec Manis veniet mihi fama sub imos. Utrumque locum comparavit F. I.

21. πᾶσι διὰ στόματος] Plutarch. de consolat. ad Apoll. c. 14. μνησθήσομαι δὲ τῶν ἄρτων ἐμ-

Ἀλλ' ἤτοι τούτων μὲν ὑπέρτεροι οὐρανίωνες
Ἔσσονθ', ὅσσ' ἐθέλουσιν· ἐγὼ δὲ σὲ τὸν καλὸν αἰνέων,
Ψεύδεα ῥινὸς ὕπερθεν ἀραιῆς οὐκ ἀναφύσω.
Ἢν γάρ καί τι δάκῃς, τὸ μὲν ἀβλαβὲς εὐθὺς ἔθηκας,
Διπλάσιον δ' ὤνησας· ἔχων δ' ἐπίμετρον ἀπῆλθον.
  Νισαῖοι Μεγαρῆες, ἀριστεύοντες ἐρετμοῖς,
Ὄλβιοι οἰκείοιτε, τὸν Ἀττικὸν ὡς περίαλλα

23. ὅσσ'] hoc, Kiessl. iam probatum, cum Boisson. recepi ex uno cod. pro vulgato ὡς. Iunctura ὅσσ' ἐθέλ. Theocritea videtur. Id. VIII, 7. ὅσσον θέλω. XV, 41. δάκρυε ὅσσ' ἐθέλεις.

φανεστάτων καὶ πᾶσι διὰ στόματος, ad quem locum vid. Fr. Iacobs. In Socrat. p. 316.

22. τούτων μὲν ὑπέρτ.] harum rerum domini erunt dii, s. hae res sunt in potestate deorum. Sic Id. XV, 94. μὴ φύῃ ὃς ἁμῶν καρτερὸς εἴη. Utrobique ὑπέρτερον εἶναι et καρτερὸν εἶναι positum est pro κρατεῖν.

23. ὅσσ' ἐθέλ.] quantum volunt, h. e. pro voluntate suâ. Sensus est: de meâ post mortem laude dii statuant ut volent; te vero ego laudabo tuamque praedicabo pulcritudinem, in qua praedicatione non vereor, ne mendacii convincar.

24. ψεύδεα ... ἀναφύσω] de dictionis ratione cf. Bernhardy Syntax. p. 56. — ῥινὸς — ἀραιῆς, angustum vocat nasum, satis significanter, quod pustula in eo tanto facilius in oculos incurrat mendaciique signum prodat. Qui in epitheto ἀραιῆς, ad nasum relato, offendunt, non meminerunt loci Homerici, Il. XVI, 161., ubi lupis γλῶσσαι ἀραιαί tribuuntur. — Ceterum de superstitione ipsâ, quam hic significat Theocritus, vide quae ad Id. IX, 30. scripsimus.

25. δάκῃς] δάκνειν, ut Latinorum pungere, haud raro ad animum transfertur. Vid. Stallbaum. ad Plat. Sympos. p. 148. — Haec vero ita cum antecedentibus cohaerent, ut, quum antea τὸν καλὸν αἰνέων dixerit, primum, quod verborum ratio postulat, tantum de pueri pulcritudine loquatur; tum vero latiorem vocis καλόν significationem persequutus, facilitatem etiam pueri eiusque animum placabilem laudet. — In sententiam comparari potest Meleagr. XLIII. (Br. Analecta. Vol. I. p. 14.); καλὸς γάρ, ναὶ Κύπριν, ὅλος καλός· εἰ δ' ἀνιηρός, Οἶδε τὸ πικρὸν Ἔρως συγκεράσαι μέλιτι.

26. διπλάσιον] observa Dorienses α in his vocabulis corripere, quanquam Iones διπλήσιος etc. habent. Cf. Spitzner. Pros. §. 56. m. — ἔχων δ' ἐπίμ. ἀπ., cum incremento amoris abeo. — Nam qui iniuriâ afficitur, is, si in integrum restituitur, iustum μέτρον accipit, sin autem διπλάσιον ei tribuitur, accipit ἐπίμετρον. Kiessling.

27. Haud facile dicas, qui nexus sit huius disgressionis cum antecedentibus. Sententiarum cohaerentiam equidem hanc statuerim: Utinam tale exemplum noster amor apud posteros maneat, quale monumentum amoris Diocli apud Megarenses exstat, qui eius memoriam ludis annuis celebrant. Incipit vero poeta a laude Megarensium, qui tantum pretium illius amori statuerint. — Νισαῖοι Μεγαρῆες. Nisaei Megarenses dicuntur, quo distinguantur a Siculis Megarensibus. Athen. XIV. p. 659. c. τὸν Μαίσωνα Πολέμων ἐν τοῖς πρὸς Τιμαῖον ἐκ τῶν ἐν Σικελίᾳ φησὶν εἶναι Μεγαρέων,

Ξεῖνον ἐτιμήσασθε Διοκλέα τὸν φιλόπαιδα·
Αἰεί οἱ περὶ τύμβον ἀολλέες εἴαρι πρώτῳ
Κοῦροι ἐριδμαίνουσι φιλήματος ἄκρα φέρεσθαι.
Ὅς δέ κε προςμάξῃ γλυκερώτερα χείλεσι χείλη,
Βριθόμενος στεφάνοισιν ἑὴν ἐς μητέρ' ἀπῆλθεν.
Ὄλβιος, ὅςτις παισὶ φιλήματα κεῖνα διαιτᾷ.
Ἦ που τὸν χαροπὸν Γανυμήδεα πόλλ' ἐπιβωστρεῖ,

24. ἀραιῆς] ἀκραίης corrigit Koehlerus.

καὶ οὐκ ἐκ τῶν Νισαίων. Aliter statuit Welcker in praefat. ad Theogn. p. LXXVIII., ita disserens: Νισαῖοι Μεγαρεῖς Theocriti non esse videntur, quos vult Scholiastes, Megarenses Nisaei cognominati, sed Nisaei, Megarensis civitatis, cuius pars erant, titulo ornati, maritimae urbis incolae. — Forma Μεγαρῆες occurrit etiam Id. XV, 50. Sed dicuntur etiam Μεγαρέες apud Apollon. Rhod. II, 747. Μεγαρῆς Aristoph. Pac. 490. Inscript. in Boeckh. Thes. 1050. p. 553.

29. De Diocle haec tradunt Scholia, quibus fides haud deroganda videtur, donec certiora et meliora aliunde allata fuerint. Diocles ex Athenis profugus venit Megara, ubi puerum, quem amaret, invenit. In proelio quodam amasium clypeo suo protegens ab hostium impetu tutum praestitit, ita ut puer quidem salvus evaserit, ipse vero interficeretur. Mortuum Megarenses sepulcro ornaverunt et heroum in numerum retulerunt; quin in eius honorem reique praeclare ab eo gestae sempiternam memoriam ludos, Dioclea nominatos, instituerunt, qui quotannis primo vere celebrabantur. Pueri formosi in iis certabant de praemio, quod suavissime alterum exosculanti dabatur. Sed neque gymnica certamina a Diocleis abfuisse puta. Vid. Boeckh. Explicatt. ad Pindar. Olymp. VII, 157. p. 176. Memorari videntur in Inscript. Thesaur. 1091., ubi de muliere Dioclea cogitabat Boeckhius. Quanto in honore Diocles fuerit Megaris, patet etiam inde, quod per eum Megarenses iurabant. Aristoph. Acharn. 740. Dindorf. Id praecipue in hac re notabile, quod Atticus fuit, cui Megarenses tantum honorem tribuerunt. Cf. Welcker. über die Sappho p. 39. Praefat. ad Theogn. p. LXXIX. — In accusativo Διοκλέα nota vocalem correptam. Vid. Spitzner. Prosod. §. 20, 2. c.

30. περὶ τύμβον] ad heroum civiumque honoratorum sepulcra ludos atque certamina saepius instituta esse constat.

32. προςμάξῃ] Argentar. Epigramm. IV. Anthol. Tom. II. p. 242. χείλεα δὲ γλυκεροῖς χείλεσι συμπιέσας. Infra Id. XX, 4. χείλεα θλίβειν. Wuest. — In προςμάξῃ iam videtur respici imago, quae hoc Idyllium terminat, de lapide Lydio. F. I. — γλυκερ., dulciora aliis.

33. ἑὴν ἐς μητέρ'] Pindar. Pyth. VIII, 121. οὐδὲ μολόντων πὰρ ματέρ' ἀμφὶ γέλως γλυκὺς ὦρσεν χάριν. — Insuper notandus usus praepositionis ἐς, quae de motu personae admodum raro usurpatur. Vid. Bernhardy Syntax. p. 214.

34. φιλ. διαιτᾷ] accipe de iudice, osculorum arbitro, διαιτητῇ. F. I. — Cf. Polluc. Onomast. VIII, 64. et 126 sqq.

35. Γανυμ.] Ganymedes invo-

Λυδίῃ ἶσον ἔχειν πέτρῃ στόμα, χρυσὸν ὁποίῃ
Πεύθονται, μὴ φαῦλον, ἐτήτυμον ἀργυραμοιβοί.

37. Graefius suspicatur legendum esse: πεύθοντ', εἰ μὴ φαῦλος.

catur, quippe qui unus omnium suavissime exosculatur. Vid. Hemsterh. ad Lucian. D. D. IV. Tom. I. p. 212. — Eum χαροπόν dicit, quod ad vegetos Ganymedis oculos referendum. Anthol. Pal. V, 153. αἱ χαροπαὶ Κλεοφῶντος — γλυκεροῦ βλέμματος ἀστεροπαί. Ibid. 156. ἁ φιλέρως χαροποῖς Ἀσκληπιὰς οἷα Γαλήνης Ὄμμασι συμπείθει πάντας ἐρωτοπλοεῖν. — Sensus est: Invocat Ganymedem, ut os habeat ad osculorum suavitatem explorandam tam idoneum, quam lapis Lydius est ad aurum probandum.

36. Notanda constructio Γανυμήδεα ἐπιβωστρεῖ, ἔχειν στόμα. Subiecto mutato posterius verbum ad eum ipsum, qui preces fundit, refertur. Sic Pindar. Olymp. V, 51.

37. πεύθονται] πειρᾶν de eadem re apud Pindar. Pyth. X, 105. Cf. Animadv. in Anth. Gr. Tom. I. P. I. p. 280. Welcker. ad Theogn. 835. p. 119. Insignis est locus Bacchyl. Fr. XX. Λυδία μὲν γὰρ λίθος μανύει χρυσόν (aurum explorat et genuinum arguit), ἀνδρῶν δ' ἀρετὰν σοφία τε παγκρατής τ' ἐλέγχει Ἀλάθεια. — μὴ φαῦλον, ἐτήτυμον. Toupius coniungit ἐτήτυμον πεύθεσθαι, vere et accurate explorare, ipsâ verborum collocatione et, ni fallor, etiam significatione dissuadente. Equidem cum Fr. Iacobs. ἐτήτυμον existimo arcte cum χρυσόν iungendum, et pro prolepsi habendum esse: genuinum aurum explorant, ut non falsum et adulteratum esse illud certo experimento constet.

XIII.

ARGUMENTUM.

Pauca de Amoris in Deos hominesque potentia praefatus — 4. poeta ad fabulam de Hylae raptu aditum sibi parat a consuetudinis, quae inter Hylam fuerit et Herculem, descriptione — 15. Argonautae quum ad terram Cianorum, quae gens ad Propontidis habitabat litora, appulissent, Hylas ab Hercule ad aquam afferendam mittitur — 39. Ille dum ex fonte in loco amoenissimo haurit, a Nymphis, eximia pueri pulcritudine captis, in aquam detrahitur — 54. Iam Hercules, puero diutius moranti aliquid accidisse suspicatus, ad eum quaerendum properat. Dum vero animo perturbato per omnia vagatur, Argonautae, illum ultro navem deseruisse existimantes, ancoras solvunt — 70. Quo facto Hercules pedes Colchidem petit. F. I.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΤΡΙΤΟΥ ΚΑΙ ΔΕΚΑΤΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.

Ἐπιγράφεται τὸ παρὸν εἰδύλλιον Ὕλας. Πάλιν δὲ τῷ Νικίᾳ προςδιαλέγεται, ὡς καὶ ἐν τῷ Κύκλωπι· ἐκτίθεται δὲ τὰ περὶ τὸν Ὕλαν καὶ Ἡρακλέα· τοῦ μὲν Ὕλα τὴν ὑπὸ τῶν Νυμφῶν ἁρπαγήν, τοῦ δὲ Ἡρακλέους τὴν πλάνην καὶ τὴν ὑπὲρ τοῦ Ὕλα βάσανον. Ἰστέον, ὅτι ὁ Ὕλας παῖς ὑπῆρχε Θεοδάμαντος τοῦ δρυτόμου, οὗ ἤρα Ἡρακλῆς· οἱ δὲ ὑπὸ βουκόλων Ἀμφιτρύωνος καὶ Θεστιάδου. Ἀμφιβάλλουσι † τινὸς υἱὸν τὸν Ἔρωτα· Ἡσίοδος μὲν γὰρ Χάους καὶ Γῆς· Σιμωνίδης Ἄρεος καὶ Ἀφροδίτης· Ἀκουσίλαος Νυ-

κτὸς καὶ Αἰθέρος· Ἀλκαῖος Ἴριδος*) καὶ Ζεφύρου· Σαπφὼ Ἀφροδίτης**) καὶ Οὐρανοῦ, καὶ ἄλλοι ἄλλων.

*) Recte Meineke Ἴριδος. Vulgo Ἔριδος. Vide Matthiae ad Alcaei Reliquias p. 16. Ceterum vere observat Boisson., quae de Amoris genealogiâ leguntur, male hic collocata esse. Constituunt, eodem auctore, laceram veterum scholiarum particulam et pertinent ad prima Idyllii verba de incerto Amoris genitore.

**) Corrigendum Σαπφὼ δὲ Γῆς καὶ Οὐρανοῦ. Vid. Sapph. Fragm. ed. Neue, p. 97.

ΥΛΑΣ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ ιγʹ.

Οὐχ ἁμῖν τὸν Ἔρωτα μόνοις ἔτεχ', ὡς ἐδοκεῦμες,
Νικία, ᾧτινι τοῦτο θεῶν ποκα τέκνον ἔγεντο·
Οὐχ ἁμῖν τὰ καλὰ πράτοις καλὰ φαίνεται ἦμες,
Οἳ θνατοὶ πελόμεσθα, τὸ δ' αὔριον οὐκ ἐσορῶμες·
Ἀλλὰ καὶ Ἀμφιτρύωνος ὁ χαλκεοκάρδιος υἱός,

Idyll. XIII. 1. Maximam Amoris potentiam expositurus poeta non solum homines ei obnoxios esse, sed etiam deos eius vim expertos esse dicit, Herculis fortissimi exemplo proposito. Hanc sententiam ita exornat: non nobis solum hominibus Amorem genuit, quicunque eius parens fuit.

2. ᾧτινι τοῦτο θ.] dictum hoc ex vulgari veterum superstitione, secundum quam nemo Amoris patrem novit. Nota suavis de hac re apud Platonem Sympos. 6. disputatio Aristophanis. Cf. Fr. Iacobs. Delect. Epigram. p. 133. Stallbaum. ad Plat. Sympos. p. 38. Hinc antiquissimum ferebant hunc deum, maiorem ipso Iapeto. Luciano dialog. 2. p. 205. dicitur ἀρχαιότερος Ἰαπέτου, ubi vid. Hemsterh.

3. τὰ καλά] cf. de mensurâ huius vocis quae ad Id. VI, 19. observavimus.

4. τὸ δ' αὔριον] homines mortales immortali Herculi opponens mortales ne crastini quidem diei fortunam scire dicit. Saepe poetae, quum mortalium conditionem angustis terminis circumscriptam significare volunt, ita loquuntur. Cf. Anacr. XV, 10. Fr. Iacobs. Delect. Epigr. p. 229.

5. ὁ χαλκεοκ.] qui ferreum s. durum pectus habet. Ho-

Ὃς τὸν λῖν ὑπέμεινε τὸν ἄγριον, ἤρατο παιδὸς
Τῶ χαρίεντος Ὕλα, τῶ τὰν πλοκαμῖδα φορεῦντος·
Καί νιν πάντ' ἐδίδαξε, πατὴρ ὡσεὶ φίλον υἷα,
Ὅσσα μαθὼν ἀγαθὸς καὶ ἀοίδιμος αὐτὸς ἔγεντο·
Χωρὶς δ' οὐδέποκ' ἦς· οὐδ' εἰ μέσον ἆμαρ ὄροιτο,
Οὔθ' ὁπόκ' ~~ὄκα~~ λεύκιππος ἀνατρέχει ἐς Διὸς ἀώς,
Οὔθ' ὁπόκ' ὀρτάλιχοι μινυροὶ ποτὶ κοῖτον ὁρῷεν,

Idyll. XIII. 11. οὔθ' ὄκα] Meineke corrigit οὔθ' ὁπόχ' ἁ λ. ἀνατρέχει. indicativum, quem omnes codd. tuentur, cum Fr. Iacobs, non sollicitandum existimo. Recentiores cum Schaefero ἀνατρέχοι. — ἐς Διός frustra ab Heinsio tentatum; frustra etiam a Blomfield. in glossar. ad Aesch. Pers. 892., ἐξ ἁλός proponente.

Tat. Od. I, 3, 9. Illi ... aes circa pectus erat. Vid. Fr. Iacobs. ad Achill. Tat. V, 22. p. 815.

6. τὸν λῖν] hac nominis forma iam Homerus usus est Il. XI, 480. Vid. Passov. in Lex.; de accentu vide Spitzn. Pros. §. 36, 1. c. — τὸν ἄγριον] Haud temere posuisse videtur poeta hoc epitheton, quod alias Amori tribuitur, ut in illo Meleagri epigr., quod in annot. ad v. 2. excitavimus, Delect. Epigr. p. 182. τὸν Ἔρωτα, τὸν ἄγριον. Vult, ni fallor, hoc: Hercules, qui ferocem leonem substitit, ferociori tamen Amori cedere debuit.

7. τὰν πλοκαμῖδα] i. e. τοὺς πλοκαμούς. Vox tam de longioribus capillis, quam de crinibus usurpata. Vid. Anim. ad Anthol. Tom. II. P. III. p. 199. Longiore vero capillo insignis est Hylas, utpote puer ingenuus ac nobiliore loco natus. Cf. quae de Hylâ disputavit Meineke ad Euphor. p. 177.

8. ὡσεὶ φίλον υἷα] Hylam suum omnia edocet Hercules, quibus puer amatus aliquando inclaresceret. Transfert enim poeta ad antiquissima tempora suae gentis morem, ex quo pueris dilectis iidem et amatores et praeceptores exsisterent. Vid. Welcker. Praefat. ad Theogn. p. LXXVIII.

9. ἀοίδιμος] rebus praeclare gestis conspicuus et propterea carminibus celebratus. Pindar. Olymp. XIV, 3. Herod. II, 79. Sic εὐαίνητος apud eundem Pindar. Pyth. IV, 315. Cf. annot. ad Id. XII, 11.

10. Hercules puerum nunquam a se dimisit. Simplicem hanc sententiam egregie ita exornat poeta, ut eam per partes persequatur, talibus metaphoris adhibitis, quae bucolicâ suâ suavitate valde placent. — Ceterum attende ad orationem per εἰ et ὅτε variatam. Per εἰ ... ὄροιτο meridianum tempus significatur, quotiescunque illud redit; per ὄκα ... ἀνατρέχει tempus matutinum, tanquam praesens, innuitur, quo, ni fallor, admodum vivida redditur oratio.

11. ἀνατρ. ἐς Διὸς ἀώς] Aurora coelum ascendere fingitur. Id. II, 147. σάμερον, ἁνίκα πέρ τε ποτ' οὐρανὸν ἔτρεχον ἵπποι, Ἀῶ τὰν ῥοδόπαχυν ἀπ' Ὠκεανοῖο φέροισαι. Hom. Il. II, 48. Ἠὼς μέν ῥα θεὰ προσεβήσατο μακρὸν Ὄλυμπον.

12. Pulcra temporis vespertini descriptio: quando gallina in trabe fuliginosâ sedens, motis alis pullos admonet, ut quieti se dent. — ὀρτάλιχοι] saepe in universum de avium pullis usurpatur,

Σεισαμένας πτερὰ ματρὸς ἐπ' αἰθαλόεντι πετεύρῳ·
Ὡς αὐτῷ κατὰ θυμὸν ὁ παῖς πεποναμένος εἴη,
Αὐτῷ δ' εὖ ἕλκων ἐς ἀλαθινὸν ἄνδρ' ἀποβαίη.
Ἀλλ' ὅκα τὸ χρύσειον ἔπλει μετὰ κῶας Ἰήσων
Αἰσονίδας, οἱ δ' αὐτῷ ἀριστῆες συνέποντο,
Πασᾶν ἐκ πολίων προλελεγμένοι ὧν ὄφελός τι,
Ἵκετο χὡ ταλαεργὸς ἐς ἀφνειὰν Ἰωλκὸν
Ἀλκμήνας υἱὸς Μιδεάτιδος ἡρωΐνας·
Σὺν δ' αὐτῷ κατέβαινεν Ὕλας εὔεδρον ἐς Ἀργώ,

15. αὐτῷ δ' εὖ ἕλκων] Stephanus aliique coniiciunt αὐτῷ δ' ἐξ ἕλκων legendum esse, hoc sensu: exemplum ab eo ducens. Alii alia tentant, plurima parum probabiliter. Fr. Iacobsio in mentem venit αὐτῷ δ' εὖ ἰκελῶν, se ipsum ei similem reddens, cogitate αὐτόν. In Anthol. Palat. IX, 83. verbum ἰκελοῦν positum significatione assimilandi, θηρσὶν κείνους ἰκελώσας.

16. Ἰήσων] Kiessl. ex duobus Codd. Ἰάσων, ob v. 67, ubi

sed de pullis gallinaceis Boeotos dixisse auctor est Schol. ad Arist. Acharn. 871. Strattis in Phoeniss. apud Athen. XIV, p. 621. d. tradit Thebanos gallum gallinaceum ὀρτάλιχον dixisse. Vid. Blomfield. in Glossar. ad Aeschyl. Agam. 53.

15. εὖ ἕλκων] lectio, si vera est, ita cum H. Vossio atque Kiessl. interpretanda, ut imaginem petitam esse dicamus a bobus, qui arando rectos sulcos ducunt. Addit Kiessl. hanc metaphoram quodammodo praeparatam esse verbo πεπονημένος. At habet haec interpretatio nescio quid incommodi; locum nondum persanatum credo.

16. μετὰ κῶας] ad petendum vellus aureum, quae praepositionis μετά vis satis nota. Vid. Brunck. ad Apoll. Rhod. I, 4. Pflugk. ad Eurip. Med. 6. Sic Pindar. Pyth. IV, 120. τὸ πάγχρυσον νάκος κριοῦ· μετὰ γὰρ κεῖνο πλευσάντων Μινυᾶν. — κῶας vox propria est de vellere aureo. Pindar. Pyth. IV, 411. dicit κῶας αἰγλᾶεν χρυσέῳ θυσάνῳ, et v. 286. δέρμα κρίου βαθύμαλλον.

17. ἀριστῆες] fortissimi viri, qui iidem optimates erant. Cf. de hac voce Elmsl. observat. ad Eurip. Med. 5.

18. ὧν ὄφελός τι] loquutio etiam in pedestri oratione usurpata, ut Xenoph. Histor. Gr. V, 3, 6. VI, 2, 12. Vid. Valcken. ad Herodot. p. 650. Stallbaum. ad Plat. Euthyphr. p. 31, ad Apolog. p. 51. Horat. Od. I, 12, 42. utilem bello tulit. — Ceterum in vulgari oratione dicendum erat προλελεγμένων ὧν ὄφελός τι.

19. χὡ ταλαεργός] sic in Eurip. Herc. fur. 1191. ὁ πολύπονος. — Ἰαολκόν. Huc convenichant heroes. Pindar. Pyth. IV, 334.

20. Μιδεάτιδος ἡρ.] Sic Alcmene audit etiam Id. XXIV, 1. ἁ Μιδεᾶτις Ἀλκμήνα. Apud Eurip. Alc. 854. est ἡ Τιρυνθία Ἀλκμήνη.

22. Κυαν. συνδρομ.] Pindar. Pyth. IV, 370. συνδρόμων πετρᾶν. Alias eaedem rupes πλαγκταί, erraticae, appellantur. Vid. Pflugk. ad Eurip. Med. 2.

24. αἰετὸς ὥς] comparatio cum aquilâ facta solam Argûs celeritatem spectat. Vid. Pflugk. ad Eurip. Androm. 862. — λαῖτμα

Ἄτις Κυανεᾶν οὐχ ἥψατο συνδρομάδων ναῦς,
Ἀλλὰ διεξάϊξε, βαθὺν δ' εἰςέδραμε Φᾶσιν,
Αἰετὸς ὥς, μέγα λαῖτμα, ἀφ' ὧ τότε χοιράδες ἔσταν.
Ἆμος δ' ἀντέλλοντι Πελειάδες, ἐσχατιαὶ δὲ
Ἄρνα νέον βόσκοντι, τετραμμένω εἴαρος ἤδη,
Τᾶμος ναυτιλίας μιμνάσκετο θεῖος ἄωτος
Ἡρώων, κοίλαν δὲ καθιδρυνθέντες ἐς Ἀργὼ
Ἑλλάσποντον ἵκοντο νότῳ τρίτον ἆμαρ ἀέντι·

omnes codd. Ἰάσονος. Sed Ἰήσων utroque loco probum, ut Πρίηπος Id. I, 21, 81. Cf. annot. ad Id. IX, 32.

19. Boisson. versum ita exhibet: Ἵκετο χὡ ταλαεργὸς ἀνὴρ ἐς ἀφνειὸν Ἰωλκὸν, multis quidem codd. addicentibus, sed non consulto aurium iudicio.

29. Distinctionem, vulgo ante νότῳ positam, delevi, quod hi dativi non sunt absoluti.

ἀφ' ὧ. Nota insolentiorem in his verbis hiatum, qui tanto magis offendit, quo facilius eum vitare poterat poeta scribendo λαῖτμ' ἐξ ὧ. Vid. Fr. Iacobs. ad Anthol. Palat. III, 1. p. XXVI. — μέγα λαῖτμα, intellige ἁλός s. θαλάσσης, quod plerumque adiicitur, ut ab Apollon. Rhod. IV, 980. — ἀφ' ὧ τότε, rara verborum structura, cuius alterum exemplum mihi non succurrit. Sed similia vide apud Bornemann. ad Xenoph. Conviv. p. 186. — Quod ad singularum enuntiationum nexum attinet, hunc ordinem exspectabas: ἀλλὰ διεξάϊξεν — ἀφ' ὧ τότε χοιράδες ἔσταν — αἰετὸς ὥς, μέγα λαῖτμα, βαθὺν δ' εἰςέδραμε Φᾶσιν. Ad poetam vero tuendum adscribam verba Lobeckii ad Aiac. p. 294., hunc cum aliis locum tractantis: „Non ut proximum quodque est, ita ad illud reliqua congruunt, sed quasi intermissione quâdam quiescit interdum constructio et suspenditur, donec ad institutum ordinem redeat."

25. Verno tempore, ad navigandum opportuno, navigationi se commiserunt Argonautae. — Πελειάδες. Pleadum ortus matutino tempore incidebat in extremum Aprilem et in Maii initium, et serenam tempestatem portendere putabatur. — ἐσχατιαὶ δέ. Agni verno tempore, quum quartum fere aetatis mensem egressi essent, a matribus depellebantur et seorsim in agris remotioribus pascebantur. ἐσχατιαί sunt agri, praesertim qui montibus proximi iacent. Vide quos affert Fr. Iacobs. Animadv. in Anthol. Tom. III. P. I. p. 405. Recte, puto, laudant Eurip. Cycl. 27. παῖδές μοι κλιτύων ἐν ἐσχάτοις νέμουσι μῆλα νέα.

27. θεῖος ἄωτος] divinus flos heroum; ἄωτον enim et ἄνθος de iis rebus, quae in suo genere sunt praestantissimae, usurpari satis constat. Cf. annot. ad Id. II, 2. Etiam Pindar. Pyth. IV, 335. de Argonautis ναυτᾶν ἄωτος. In utroque poetâ, et lyrico et bucolico, usum masculini generis formae observa, quae in doricâ dialecto usitata fuisse videtur. Cf. Buttmann. Lexil. II. p. 15 sqq.

29. νότῳ ... ἀέντι] noto tertium diem iam flante, i. e. post trium dierum cursum.

Εἴσω δ' ὅρμον ἔθεντο Προποντίδος, ἔνθα Κιανῶν
Αὔλακας εὐρύνοντι βόες τρίβοντες ἄροτρα.
Ἐκβάντες δ' ἐπὶ θῖνα, κατὰ ζυγὰ δαῖτα πένοντο
Δειελινοί· πολλοὶ δὲ μίαν στορέσαντο χαμεύναν.
Λειμὼν γάρ σφιν ἔκειτο, μέγα στιβάδεσσιν ὄνειαρ·
Ἔνθεν βούτομον ὀξὺ βαθύν τ' ἐτάμοντο κύπειρον.
Κῷχεθ' Ὕλας ὁ ξανθὸς ὕδωρ ἐπιδόρπιον οἰσῶν
Αὐτῷ θ' Ἡρακλῆϊ καὶ ἀστεμφεῖ Τελαμῶνι,
Οἳ μίαν ἄμφω ἑταῖροι ἀεὶ δαίνυντο τράπεζαν,

38. **Hemsterh.** coniecit *ἀμφὶ ἕτ.*
40. Alii *εἱμένῳ ἐν χόρτῳ.* — *θρύα.* Minus recte apud alios legitur *θρία.* Vid. **Fr. Iacobs.** in Not. Crit. ad Anthol. Palat. p. 622. coll. **Spitzner.** Prosod. §. 58. not. 2.

Notus nobis est **der Südwestwind**, quo vento Argonautis opus erat, qui ex Thessaliâ versus septemtrionem cursum dirigerent. Ceterum noli putare dativos hîc pro genitivis positos esse; hi enim temporis tantum notionem includerent, sed per dativos exprimitur res, cuius ope atque auxilio aliquid fit. Eodem fere sensu, sed significantius paullo, **Pindarus** praepositionem adiecit **Pyth.** IV, 361. *σὺν νότου δ' αὔραις.*

30. *ὅρμον ἔθεντο*] pro *ὡρμίσαντο ἐν Προποντίδι*, **navem statuerunt in Propontide**, vel ad terram appulerunt. — *ἔνθα Κ.*, **ubi habitant Ciani.** Sic **Virgil.** Aen. III, 14. **Thraces arant**, i. e. habitant. De **Cianis** haec tradit **Schol.** ad Apollon. Rhod. I, 1177. *Ἔστι Κίος πόλις Μυσίας, κληθεῖσα οὕτως ἀπὸ Κίου τοῦ ἀφηγησαμένου τῆς Μιλησίων ἀποικίας, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν Κιανῶν πολιτείᾳ.* **Prusa** urbs, quae postea inclaruit, in hac regione sita erat.

32. *κατὰ ζυγά*] **bini (Bank für Bank).** Imago iam non a iugo, cui bina armenta iungebantur, sed a transtris navis, in quibus bini sedebant, petita est. — *δαῖτα πένοντο*, **strenue coenam parabant.** Formula Homerica, ut Il. XVIII, 558. Od. XIV, 251.

33. *δειελινοί*] cf. annotat. ad Id. VII, 21. — *χαμεύναν* humilem lectum intellige, super terram stratum. Cf. not. ad Id. VII, 67.

34. *μέγα . . ὄνειαρ*] Sic infra, quem locum **Meinek.** excitavit, Id. XVII, 35. *ὄφελος μέγα γειναμένοισι.* Aptius etiam comparatur **Hesiod.** Oper. 31. *ἐν . . . ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ.* Cf. *ἔργα καὶ ἡμ.* 319. — *λειμὼν ἔκειτο*, **in planitiem extendebatur, porrigebatur pratum.**

35. *βούτομον*] **sparganium, (Igelsknospe). Billerbeck.** Flor. class. p. 228. — *βαθύν*, **qui in altum progerminat, longo cauli.** De cypero vid. not. ad Id. V, 45.

36. *ὕδωρ ἐπιδόρπιον*] **Apollon. Rhod.** I, 1208. *ὕδωρ ποτιδόρπιον.*

38. *δαίνυντο τράπεζαν*] **coenam unâ comedebant.** Erant igitur *ὁμοτράπεζοι*, quo nomine apud **Xenoph.** Anab. I, 8, 25. III, 2, 4. contubernales significantur. *τράπεζαν δαίνυσθαι* ne paullo insolentius dictum existimes, similia multa admodum trita erant apud Graecos, ut *ἕψειν χύτραν*, alia, de quibus vide **Bernhardy** Syntax p. 109 sq.

Χάλκεον ἄγγος ἔχων· τάχα δὲ κράναν ἐνόησεν
Ἡμένῳ ἐν χώρῳ· περὶ δὲ θρύα πολλὰ πεφύκη,
Κυάνεόν τε χελιδόνιον, χλοερόν τ' ἀδίαντον,
Καὶ θάλλοντα σέλινα, καὶ εἰλιτενὴς ἄγρωστις·
Ὕδατι δ' ἐν μέσσῳ Νύμφαι χορὸν ἀρτίζοντο,
Νύμφαι ἀκοίμητοι, δειναὶ θεαὶ ἀγροιώταις,
Εὐνίκα καὶ Μαλὶς, ἔαρ θ' ὁρόωσα Νυχεία.
Ἤτοι ὁ κῶρος ἐπεῖχε ποτῷ πολυχανδέα κρωσσόν,
Βάψαι ἐπειγόμενος· ταὶ δ' ἐν χερὶ πᾶσαι ἔφυσαν·
Πασάων γὰρ ἔρως ἁπαλὰς φρένας ἀμφεκάλυψεν

45. *Εὐνείκα*] undeviginti codd. hanc scripturam exhibent, quam cum Kiessl. praetulimus alteri *Εὐνίκα*.

46. *ποτῷ*] Kiessl. *ποτῶ*, quod cum *πολυχανδέα* coniungit.

48. *ἀμφεκάλυψεν*] Valcken. ex uno Cod. *ἀμφεδόνησεν*. In

40. *ἡμένῳ ἐν χώρῳ*] in loco declivi. *ἧσθαι* et *καθῆσθαι* Graecis usitatum de regionibus pressis. Cf. Fr. Iacobs. ad Achill. Tat. I, 1. p. 396.

41. *χελιδόνιον*] Schoellkraut. Billerb. Fl. class. p. 136. — *ἀδίαντον*, Frauenhaar. Graecis etiam *πολύτριχον* et *καλλίτριχον* dicitur. Photius Lex. *ἀδίαντον φυτόν, παρ' ὕδασι φυόμενον, τὸ καλούμενον πολύτριχον*. Billerb. Flor. class. p. 251. — Ceterum observa varia haec plantarum palustrium nomina per *τε* — *τε* — *καὶ* — *καί* enumerari.

42. *εἰλιτενής*] cuius radices per paludem porriguntur. — *ἄγρωστις*, Windhalm. Billerb. Fl. class. p. 23.

43. *χορὸν ἀρτίζ.*] choreas duxisse illas nymphas Apoll. Rhod. quoque auctor est. I, 1223.

44. *Νύμφαι ἀκοίμ.*] pervigiles vel insomnes dicuntur Nymphae, quod aquae, quibus praesunt, sunt perennes. Aeschyl. Prometh. 139. *ἀκοιμήτῳ ῥεύματι*, i. e. *ἀεννάῳ*. — *δειναὶ θεαί*. Timendae sunt Nymphae omninoque numina sylvestria agricolis, qui, iis conspectis, in furorem agi credebantur; hinc *νυμφόληπτοι*, lymphati dicti. Vid. Voss. ad Virgil. Eclog. VI, 13. p. 295.

45. *Εὐνείκα*] inter Nerei filias commemoratur Eunice ab Hesiod. Theog. 247. — *Νυχεία*. Huius nominis Nympha est in Epigram. incert. CCCLXIV. Vid. Animadv. in Anthol. Tom. III. P. II. p. 80. — *ἔαρ ὁρόωσα*, quae vultum habet veris instar nitentem, i. e. quae vultu suo hilaritatem prodit. De dictionis ratione, aliis exemplis bene multis comparatis, disputat Bernhardy Syntax p. 111. — Similiter Horat. Od. IV, 5, 6. instar enim veris vultus tuus affulsit.

46. *ἐπεῖχε ποτῷ*] aquae admovit. *ποτόν* de fonte dixit etiam Sophocl. Philoct. 1447., notante Meinekio.

47. *ταὶ δ' ἐν χερὶ ἔφ.*] Hom. Il. VI, 253. *ἔν τ' ἄρα οἱ φῦ χειρί*.

48. *φρένας ἀμφεκάλυψεν*] Homerica loquendi formula. Il. III, 442. *ἔρως φρένας ἀμφεκάλυψεν*. Il. XIV, 294. *ὡς δ' ἴδεν, ὥς μιν ἔρως φρένας ἀμφεκάλυψεν*. Apollon. Rhod. I, 1232. *τὴν δὲ φρένας ἐπτοίησε Κύπρις*. — Ceterum Theocritus narrat ab omnibus simul Nymphis Hylam raptum esse; alii, ut Apollon. Rhod. I, 1229. Valer. Flacc. III, 561., ab unâ tantum Nymphâ eum raptum esse fingunt.

Ἀργείῳ ἐπὶ παιδί· κατήριπε δ' ἐς μέλαν ὕδωρ
Ἀθρόος, ὡς ὅκα πυρσὸς ἀπ' οὐρανῶ ἤριπεν ἀστὴρ
Ἀθρόος ἐν πόντῳ· ναύταις δέ τις εἶπεν ἑταῖρος,
Κουφότερ', ὦ παῖδες, ποιεῖσθ' ὅπλα· πλευστικὸς οὖρος.
Νύμφαι μὲν σφετέροις ἐπὶ γούνασι κῶρον ἔχοισαι
Δακρυόεντ', ἀγανοῖσι παρεψύχοντ' ἐπέεσσιν·
Ἀμφιτρυωνιάδας δὲ ταρασσόμενος περὶ παιδὶ
Ὤιχετο, Μαιωτιστὶ λαβὼν εὐκαμπέα τόξα,
Καὶ ῥόπαλον, τό οἱ αἰὲν ἐχάνδανε δεξιτερὰ χείρ·
Τρὶς μὲν Ὕλαν ἄυσεν, ὅσον βαθὺς ἤρυγε λαιμός·

aliquot codd. ἐξεφόβησεν vel exhibetur in ipso verborum ordine vel variane lectio supra scripta est, unde Fr. Iacobs. suspicatur ἐξεσόβησεν antiquitus scriptum fuisse. Vide argumenta, quibus hanc emendationem adstruit, apud ipsum in Praefat. ad Bion. et Mosch. p. XXIII. Animadv. in Anthol. Gr. Tom. III. P. I. p. 72.

51. Alii ναύτας δέ τις εἶπεν ἑταίροις.

50. Decidit in aquam praeceps, stellae cadentis instar. Sed imaginem poetice exornat et per plures versus continuat. Stellae cadentes enim ex vulgari superstitione ventum et tempestates praedicere putabantur. Hom. Il. IV, 72. οἷον δ' ἀστέρα ἧκε Κρόνου παῖς . . . ναύτῃσι τέρας ..... λαμπρόν. Cf. Virgil. Georg. I, 365. ibique Voss. Hinc poeta quum stellae cadentis comparationem ob celeritatem, qua demittitur in mare, fecisset, imaginem amplificaturus addit, tali viso oblato aliquem unâ navigantem commonefacere nautas, ut ea, quibus opus sit, praeparent ad iter ulterius faciendum. ἑταῖρος enim est qui navigio proficiscitur. — Observa imaginis pulcritudinem haud parum augeri ipsis versus numeris. Versus enim ex solis dactylis constans omnique caesurâ destitutus optime depingit stellae delapsum, celerem quidem, at per distincta quasi intervalla (ruckweise) factum.

52. κουφ. ποιεῖτε ὅπλα] quae ad navigandum opus sunt expedite. ὅπλα latissimo sensu dicuntur omnia instrumenta navalia, velut funes, vela, remi. — Tum κουφ. ποιεῖτε est μετεώριζετε. Hoc fit, quum remissis funibus vela panduntur.

53. σφετέροις ἐπὶ γούν.] suis genibus. Hic pronominis σφέτερος pro ἑός usus frequens hac aetate. — Ad sententiam cf. Pindar. Pyth. IX, 107. ἐπιγουνίδιον κατθηκάμεναι βρέφος αὐταῖς.

55. περὶ παιδί] de usu praepos. περί cum dat. v. Schaefer. ad Long. p. 337. Cf. Id. I, 54.

56. Μαιωτιστί] adverbium iunge non cum λαβών, sed cum εὐκαμπέα. Arcus sinuatus erat, ut similis esset Scythico arcui; referebat formam literae Σ, quae antiquitus exarabatur M. Rem docte explanavit Passow in Boettiger Archaeol. u. Kunst. I. Band. I. Stück. p. 151. — Porro non praetereundum, quod suspicatur Müller Dorier Tom. II. P. II, 464., primum fuisse Herodorum, qui in libris de Ponticâ Heracleâ tradiderit Herculem Theutare Scythâ

Τρὶς δ' ἄρ' ὁ παῖς ὑπάκουσεν· ἀραιὰ δ' ἵκετο φωνὰ
Ἐξ ὕδατος, παρεὼν δὲ μάλα σχεδόν, εἴδετο πόῤῥω.
Ὡς δ' ὁπόκ' ἠϋγένειος ἀπόπροθι λῖς ἐσακούσας
Νεβρῶ φθεγξαμένας τις ἐν ὤρεσιν ὠμοφάγος λῖς,
Ἐξ εὐνᾶς ἔσπευσεν ἑτοιμοτάταν ἐπὶ δαῖτα·
Ἡρακλέης τοιοῦτος ἐν ἀτρίπτοισιν ἀκάνθαις
Παῖδα ποθῶν δεδόνατο, πολὺν δ' ἐπελάμβανε χῶρον.
Σχέτλιοι οἱ φιλέοντες· ἀλώμενος ὅσσ' ἐμόγησεν
Ὤρεα καὶ δρυμώς· τὰ δ' Ἰάσονος ὕστερα πάντ' ἦς.
Ναῦς μένεν ἄρμεν' ἔχοισα μετάρσια τῶν παρεόντων

54. Aliquot codd. παρεψύχοντ'. Ernest. ad Callim. in Cer. reponere volebat παραψήχειν, coll. Apollon. Rhod. III, 1102. μειλιχίοισι καταψήχων ὀάροισι.

62. De integritate h. l. ob pronomen τις praepositum dubitat Bernhardy Syntax. p. 442., causâ, quantum equidem video, non satis idoneâ.

praeceptore usum esse in arte sagittas iaculandi.

58. Comparari debet Hom. Il. XI, 462. τρὶς μὲν ἔπειτ' ἤϋσεν, ὅσον κεφαλὴ χάδε φωτός, Τρὶς δ' ἄϊεν ἰάχοντος Ἀρηΐφιλος Μενέλαος, ex quo loco patet, ὑπάκουσεν recte verti audivit. Hemsterhus. volebat: respondit; qui vocis ὑπακούειν usus forensis tantum est, ni fallor, minime poeticus. — Numerus ternarius in talibus sollemnis est.

62. τὶς — ὠμ. λῖς] de pronomine τὶς substantivo praeposito vid. annot. ad Id. 1, 32. — Quemadmodum hîc λῖς .... τὶς λῖς positum, sic loco simillimo apud Aeschyl. Agamemn. 659., quem Kiessl. in Indice p. 1026. attulit, ἡμᾶς γε ... τὶς ἐξέκλεψεν .... θεός τις. — Aoristus in comparationibus valde usitatus. Cf. Homer. Iliad. III, 33 — 36.

65. ἐπελάμβανε] peragravit. ἐπιλαμβάνειν proprie ita dicitur, ut sit: ad eam partem, quam quis peragravit, aliam porro partem adsumere. Respondet Graeco Latinorum carpere. Notandus tamen hic usus verbi, cuius aliud exemplum non novi. Reiskius haud male addit: propria fortasse illa graecitas aevo Theocriteo fuit, quod aevum multa sibi propria habuit.

66. σχέτλιοι οἱ φιλ.] miram haec subita ad amantes facta alloquutio habet vim, plenaque est affectus. — ἀλώμενος. Iungitur hoc participium cum accusativo ὤρεα καὶ δρυμώς. Eurip. Hel. 539. πορθμοὺς δ' ἀλᾶσθαι μυρίους πεπλωκότα. Apollod. II, 1, 3. [Ἰὼ] πολλὴν χέρσον πλανηθεῖσα .... ἧκεν εἰς Αἴγυπτον. Ita passim verbis eundi accusativus additur. Cf. annot. ad Id. XXX, 8. Fr. Iacobs. Anim. in Anthol. Gr. Vol. III. P. II. p. 459. Reisig. enarrat. Soph. Oed. Col. p. CCVI. Mehlhorn. ad Anacr. ξβ', 9. p. 212. Graecos imitantur Latini. Ovid. Fast. I, 122. libera perpetuas ambulat illa vias.

68. ναῦς μένεν ἄρμεν' ἔχ.] navis stabat malis sublatis, i. e. ad navigationem parata. Mali enim, quum navis staret in an-

Ἱστία δ' ἠΐθεοι μεσονύκτιον ἐξεκάθαιρον,
Ἡρακλῆα μένοντες· ὁ δ', ᾇ πόδες ἆγον, ἐχώρει
Μαινόμενος· χαλεπὰ γὰρ ἔσω θεὸς ἧπαρ ἄμυσσεν.
Οὕτω μὲν κάλλιστος Ὕλας μακάρων ἀριθμεῖται.
Ἡρακλέην δ' ἥρωες ἐκερτόμεον λιποναύταν,
Οὕνεκεν ἠρώησε τριακοντάζυγον Ἀργώ·
Πεσδᾶ δ' ἐς Κόλχως τε καὶ ἄξενον ἵκετο Φᾶσιν.

69. Pro ἱστία Reiskius satis probabiliter emendat ἴκρια.
71. Alii χαλεπός, quod recepit Kiessl.

choris, demissi erant; iidem nunc tolluntur, ut navis ad navigandum reddatur idonea. Virgil. Aen. V, 829. iubet ocius omnis Attolli malos, intendi bracchia velis. ἅρμενα non tantum antennas atque vela significat, sed latiore significatu etiam malos, omnino quicquid ex ligno paratur in nave. Hesiod. ἔργα καὶ ἡμ. 752. ὑλοτόμον τε ταμεῖν θαλαμήϊα δοῦρα, Νήϊά τε ξύλα πολλά, τά τ' ἄρμενα νηυσὶ πέλονται.

69. Ex iis vero, qui aderant, iuvenes vela purgabant; sed rectius dixeris, tabulata navis purgabant, qui sensus prodit ex Reiskianâ emendatione ἴκρια. — Totus locus multa interpretibus negotia facessivit, tam ob ἅρμενα secus intellectum, quam ob insolentem particulae δέ collocationem. Hanc tamen satis defendisse videtur Welcker praefat. ad Theogn. p. XCVIII. Cf. quos excitavimus annot. ad Id. VI, 39., quibus adde Iacob. ad Lucian. Toxar. p. 113. — μεσονύκτιον adverbii loco positum. Vid. Fr. Iacobs. Animadv. in Anthol. Gr. Tom. II. P. I. p. 200.

70. ᾇ πόδες ἆγον] quo ferebant pedes, i. e. temere, sine consilio. Dicitur de iis, qui non certam, quam persequantur, viam insistunt, sed temerario cursu in quaevis loca se deduci patiuntur. Sic Id. XIV, 42. Cf. Voss. ad Virg. Eclog. IX, 1.

71. χαλεπὰ θεός] est Venus. Plane sic χαλεπὴ Κύπρις in Asclepiadae Epigr. Vid. Delect. Epigr. p. 228. ibique F. I. — ἧπαρ cf. annot. ad Id. XI, 16.

72. μακάρων ἀριθμ.] beatis diis adnumeratur. Nota verbi ἀριθμεῖσθαι cum genitivo constructio. Eurip. Bacch. 1316. τῶν φιλτάτων ἀριθμήσει τέκνων.

73. Ἡρακλέην] rarior accusativi forma pro Ἡρακλέα. Cf. Matth. Gr. §. 78. p. 176. — λιποναύταν, Atticis λιπόνεως, Aeschylo Agam. 205. λιπόναυς dicitur; vid. Blomfield. in Glossar.

74. ἠρώησε τρ. Ἀργ.] ex usu vocis Homerico exspectabas ἠρώησε τριακονταζύγου Ἀργοῦς. Vid. Buttmann. Lexil. I. p. 71. — Argo audit τριακοντάζυγος, i. e. utrimque tricenis remigibus impulsa, ἑξηκόντορος.

XIV.

Argumentum.

Etiam hoc Idyllium totum est mimicum. Inducitur in eo Aeschines quidam, qui a puellâ, quam amabat, relictus, causas dissidii Thyonicho exponit. Paratur haec narratio aegritudinis, qua ille laborat, significatione — 9., quumque ille causam tristitiae in universum indicasset, comparationis, unde dissidium cum puellâ originem cepisset, historiam enarrat — 47. Narratione finitâ, Aeschines amico consilium aperit tristitiae leniendae causâ trans mare navigandi — 56., quod Thyonichus probans, illi, ut in Ptolemaei copiis stipendium faciat, persuadere conatur — 59. Sequitur elegans regis praedicatio — 65., unde verisimile fit hoc Idyllium aut Alexandriae esse scriptum, aut certe eo consilio esse compositum, ut regis oculis subiiceretur. F. I.

Egregium sine dubio poema, in quo pangendo Theocritus mimum aliquem Sophroneum videtur sequutus esse. Quemadmodum enim carmen, quod sequitur, decimum quintum, auctore Argumenti teste, ad imitationem muliebrium Sophronis mimorum factum est, ita hoc, iudice etiam Hermanno ad v. 22., ad virilium mimorum exemplum compositum videtur. Suadent id nobis quum personae, quae inducuntur, tum earum mores ac vitae ratio; inprimis creberrimus proverbiorum usus. De Sophrone auctor est Demetrius de eloquut. §. 157. *σχεδὸν πάσας ἐκ τῶν δραμάτων αὐτοῦ τὰς παροιμίας ἐκλέξαι ἔστιν.* Ducem sequutus est in hac re Sophron naturam ipsam et sermonem populi proprium, ubique proverbia inferre amantis. Videmus id quotidie in nostris etiam vilioris conditionis hominibus, qui loquutiones eiusmodi saepenumero, nec loco satis apto, verbis suis inferciunt. Et incredibile paene est, quo pretio apud populum sint et quantum valeant apud ipsum proverbia, quae in maiorum ore iam fuerunt eorumque usu atque experientiâ approbata sunt; verum utique est eorum tantam esse in

vitâ communi auctoritatem, quantam scholae axiomatibus tribuunt. Bene etiam animadvertit hoc Demetrius l. c., dum addit: φύσει γὰρ χαρίεν πρᾶγμά ἐστιν ἡ παροιμία. Festivum hinc merito dixeris Aeschinis sermonem.

Personae, quas inducit Theocritus in hoc carmine, sunt omnes fictae; poetae enim intererat non singulos quosdam homines perstringere, sed certum quendam popularium suorum ordinem ob oculos ponere. Unus, quem v. 5. traducit, philosophus Pythagoricus, videtur verus aliquis fuisse, qui, quum Syracusis versaretur, victu atque habitu deridendum se praeberet Syracusanis; videtur etiam is, quod disertis verbis additur, Atheniensis fuisse; at de Platone, quem Scholiastes innui vult, minime cogitandum esse nobis persuasum plane est. — Primarias partes agit Aeschines quidam, quem militem calidioris animi tibi cogites, qui ζηλότυπος puellam immani fere animo verberat. Egregie ad nostrum carmen penitus intelligendum faciunt multi veterum poetarum loci, quos Huschkius in Analect. crit. in Anthol. Gr. p. 171 — 186. ad Agathiae Scholiastici epigramma explicandum attulit. — Aeschinis puella amata est Cynisca, quam a nonnullis eius uxorem habitam esse miror. Fortasse qui ita statuerent offensi sunt eo, quod puellam haud facile sibi persuaderent in amatoris aedibus convivio interfuisse; sed hunc veterum fuisse morem aptis allatis exemplis docet Wunderlich. ad Tibull. I, 5, 65. — Ad convivium convocati praeterea aderant Argivus aliquis, cuius nomen tacetur, Apis Thessalus, Cleonicus miles. Hi omnes etsi non de infimâ plebe, tamen non nobili loco nati fuisse cogitandi sunt. Aeschines ipse, qui coenam paraverat, non admodum locuples fuisse videtur, quippe qui apud Ptolemaeum stipendia facturus erat.

Locus, ubi res aguntur, in praedio est prope Syracusas. Eum certe in Siciliâ quaerendum esse iam auctor argumenti tradit verbis: τὰ δὲ πράγματα ἐν Σικελίᾳ. Unum est quod quaeras, qui fiat, ut Thracium vinum, quod v. 15. commemoratur, in hominis Siculi non locupletis domo reperiatur. Hanc tamen difficultatem sustulisse nobis videmur in annotat. ad h. v. In reliquis vero nihil, opinor, inest, quod obstet, quominus statuamus in Siciliâ haud procul a Syracusis hanc rem actam esse fingi.

Alia vero eaque maioris momenti haec quaestio est, quae in tempore accuratius definiendo versatur, quo scriptum sit hoc carmen a Theocrito, et in indicando consilio, quod in eo pangendo poeta habuerit. Atque de hac quidem re Spohnius in lectt. Theocritt. Spec. primo tam docte et tam subtiliter disputavit, nihil ut iis, quae ab eo prolata sunt, addere possimus, nedum ut quidquam rectius proferre queamus. Liceat igitur nobis summam disputationis viri doctissimi hic repetere. Quum Theocritus iuvenilem suam aetatem degeret, Syracusae non solum internis et civilibus turbis dilaceratae, sed saepius etiam

externo hoste pressae sunt; quae misera urbis conditio statim post Agathoclis mortem Olymp. CXXII, 4. a Chr. 289. incepit, nec nisi Hieronis beneficio in melius est mutata, qui anno 275. praetor factus et anno 270 rex salutatus est. Hae turbae, quibus urbs patria Theocriti et universa Sicilia vexatae tenebantur, effecerunt, ut multi Syracusanorum illis temporibus e patriae infortunio elapsi in terras exteras peregrinarentur. In horum numero ipse Theocritus fuit, qui, quum aliquamdiu Philetae disciplinâ Coï usus esset, Alexandriam ad Ptolemaeum Philadelphum se contulit ab eoque honorifice exceptus est. Hoc igitur ipso tempore, quo Alexandriae degebat, a rege benigne habitus, hoc carmen composuisse videtur, eo consilio, ut populares suos, qui, quo se converterent, nescii essent, invitaret, ut militatum irent in Aegyptum sub munificentissimi regis auspiciis. Id quidem consilium quamvis primarium fuisse videatur, occasione tamen hac oblatâ ita usus est poeta, ut satis urbane simul adspergeret regis laudes, easdem vero tam prudenter temperaret, ut regis munificentiam ac liberalitatem sapientiâ regi diceret; quo novum eius virtutibus adiicere ornamentum simulque prohibere voluit, quominus quivis erro aureos sibi montes in Aegypto somniaret. Quae quidem omnia quum reputamus, admodum probabile fit Theocritum hoc Idyllium Alexandriae scripsisse, ut regis oculis subiiceretur, tum vero, ipso fortasse rege probante, Syracusas misisse, ut fortissimi quique populares excitarentur ad militiam apud regem Aegypti subeundam.

Quum Theocritus post annum 284 Alexandriam se contulisse videatur, Hiero vero anno 275 praetor Syracusis factus sit, intra hoc novem annorum spatium hoc carmen compositum esse veri est simillimum.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΤΕΤΑΡΤΟΥ ΚΑΙ ΔΕΚΑΤΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.

Ἐν τούτῳ τῷ εἰδυλλίῳ ὑπόθεσίς ἐστι καταστάσεως ἐρωτικῆς καὶ κοινῆς, τοῦ Κυνίσκας ἔρωτος· ἡ γὰρ γυνὴ τοῦ Αἰσχίνου μᾶλλον προςέκειτο Λύκῳ τινί, καταφρονοῦσα τοῦ Αἰσχίνου. Θυωνύχου δέ τινος ἑταίρου προσιόντος αὐτῷ διὰ χρόνου, † δικαίως εἰςάγεται, καὶ προλέγει. Τὰ δὲ πράγματα ἐν Σικελίᾳ.

ΚΥΝΙΣΚΑΣ ΕΡΩΣ: Η ΘΥΩΝΙΧΟΣ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ ιδ'.

ΑΙΣΧΙΝΗΣ ΚΑΙ ΘΥΩΝΙΧΟΣ.

ΑΙΣΧΙΝΗΣ.

Χαίρην πολλὰ τὸν ἄνδρα Θυώνιχον.

ΘΥΩΝΙΧΟΣ.

Ἀλλὰ τὺ αὐτόν,
Αἰσχίνα.

ΑΙΣΧΙΝΗΣ.

Ὡς χρόνιος.

ΘΥΩΝΙΧΟΣ.

Χρόνιος; τί δέ τοι τὸ μέλημα;

Idyll. XIV. 1. Reisk. coniecit ἄλλα τοιαῦτα, sc. βούλομαι alia talia veniant Aeschini, quod recepit Boisson. Sed quod hic ait, hanc lectionem in multis codd. inventam esse, in eo errare videtur vir praestantissimus. Nostra lectio et ipsa Reiskii ingenio debetur, a codd. aliquatenus firmata, qui τὺ αὐτά, τὺ αὐτό, τὸ αὐτό, alia praebent.

Idyll. XIV. 1. Χαίρην τὸν ἄνδρα Θ.] vide de hac salutandi formulâ Nitzsch. ad Platon. Ion. p. 23. Matth. Gr. §. 416. p. 764. — ἀλλὰ τὺ αὐτόν, immo te ipsum ego, sc. salvere iubeo.

2. ὡς χρόνιος] quam serus. Arcessitus Thyonichus ab Aeschine non cessaverat quidem, sed hic morae impatiens sero illum advenire queritur. Quod miratur Thyonichus; simul ex illâ amici impatientiâ suspicatur eum habere quae cum ipso communicare valde cupiat. F. I.

ΑΙΣΧΙΝΗΣ.

Πράσσομες οὐχ ὡς λῷστα, Θυώνιχε.

ΘΥΩΝΙΧΟΣ.

Ταῦτ' ἄρα λεπτός,
Χὠ μύσταξ πολὺς οὗτος, ἀϋσταλέοι δὲ κίκιννοι.
Τοιοῦτος πρώαν τις ἀφίκετο Πυθαγορίκτας,
Ὠχρὸς κἀνυπόδατος· Ἀθηναῖος δ' ἔφατ' ἦμεν.
Ἤρατο μὰν καὶ τῆνος, ἐμὶν δοκεῖ, ὀπτῶ ἀλεύρω.

ΑΙΣΧΙΝΗΣ.

Παίσδεις, ὦ 'γάθ', ἔχων· ἐμὲ δ' ἁ χαρίεσσα Κυνίσκα

4. Vulgo οὗτος ἄν, αὐαλέοι. Correxerunt Warton. et Naeke. Boisson. οὗτος ἄρ' αὐαλέοι.

3. ταῦτ'] ob id, hinc. Cf. Pflugk. ad Eurip. Hecub. 13. — λεπτός est Aeschines macie confectus. — Sensus: In squalore macilenti hominis fere nihil praeter ossa et capilli apparebant. Cf. Fr. Iacobs. Anthol. Palat. p. 746.

4. μύσταξ] barba circum labia; iam pro quavis barbâ. — ἀϋσταλέοι, sicci i. e. oleo et unguento non delibuti. Alciphr. Epist. I, 36. p. 161. καὶ αὐχμηρὰν μὲν ἔχω τὴν κεφαλὴν, μηδὲ ἰδοῦσαν τὸν χρόνον τοῦτον μύρον. Iuvenal. IX, 12. vultus gravis, horrida siccae Silva comae, nullus totâ nitor in cute.

5. Πυθαγορίκτας] Apud Athen. Lib. IV. p. 161. A. B. Pythagoraeorum serioris aevi victus et habitus traducitur. Inprimis huc facit locus Alexidis in Πυθαγοριζούσῃ· ἔδει ὑπομεῖναι μικρὸν Ἀσιτίαν, ῥύπον, ῥίγος, σιώπην, στυγνότητ', ἀλουσίαν. Tum p. 163. E. de Diodoro quodam, Πυθαγορικὸς δόξας εἶναι ... τῶν Κυνικῶν τρόπον ἔζη, κομῶν καὶ ῥυπῶν καὶ ἀνυποδητῶν, a quo hoc institutum ad plures eiusdem familiae philosophos manasse videtur, τῶν πρὸ αὐτοῦ Πυθαγορικῶν λαμπρᾷ τε ἐσθῆτι ἀμφιεννυμένων, καὶ ἀλείμμασι κουρᾷ τε τῇ συνήθει χρωμένων. F. I.

6. ὠχρὸς κἀνυπ.] Aristoph. Nubb. 103. τοὺς ὠχριοῦντας, τοὺς ἀνυποδήτους λέγεις; — Ἀθηναῖος. Siculus poeta Athenienses ut famelicos contemnit. Cf. Id. IV, 21 sqq. F. I. — Philosophum aliquem Atheniensem, qui illo tempore in Siciliam venerit, innui a poetâ minime dubito. Sed Platonem hunc esse, ut Scholiastes vult, vix credo.

7. Sensus hic videtur esse: tu macer es et horridus, amore mulieris; sic ille quoque Pythagoricus ossa tantum ac pellis erat, propter amorem non mulieris quidem, sed panis. Famelicum tibi cogita philosophum, qui, quum carne vesci vetitum esset Pythagoricis, neque panem haberet. Admodum festivam ita reddi orationem non est quod moneam.

8. παίσδεις ... ἔχων] iocaris, ut soles, vel pro more tuo. Quam Atticam vulgo dicunt elegantiam, vides hic in ore militis, unde recte colligas in vulgari omnino consuetudine hanc dictionem usitatam fuisse. Ceterum eam in iocandi verbis inprimis obtinuisse constat, ut παίζεις ἔχων, φλυαρεῖς ἔχων. Cf. Matth. Gr. §. 567. p. 1120.

Ὑβρίσδει· λασῶ δὲ μανεὶς ποκα, θρὶξ ἀνὰ μέσσον.

ΘΥΩΝΙΧΟΣ.

Τοιοῦτος μὲν ἀεὶ τύ, φίλ' Αἰσχίνα, ἄσυχος, ὀξύς,
Πάντ' ἐθέλων κατὰ καιρόν· ὅμως δ' εἶπον, τί τὸ καινόν;

ΑΙΣΧΙΝΗΣ.

Ὡργεῖος κἠγὼν καὶ ὁ Θεσσαλὸς ἱπποδιώκτας
Ἆπις καὶ Κλεύνικος ἐπίνομες ὁ στρατιώτας

11. *εἶπον*, quod Meinek. quoque exhibere voluit, scripsimus pro Stephani commento *εἰπόν*. Primus Buttmannus ad Platon. Men. p. 70. hoc observavit, formam *εἰπόν*, quoties in nostris Graecorum script. editionibus occurrat, auctorem habere H. Stephanum.
17. *βολβ. τις κοχλ.* maxime probabilis mihi quoque videtur

9. *ὑβρίσδει*] vulgo vertunt: me contumeliâ afficit. Rectius, ni fallor: me fastidit, me spernit amantem. — *λασῶ δὲ μ.*, fiet aliquando, ut vobis non opinantibus in insaniam incidam. — *θρὶξ ἀνὰ μ.* sc. *τοῦ μανῆναι*, minimum absum ab insaniâ.

10. *τοιοῦτος μὲν ἀεὶ τύ*] Platonica his similia Heindorfius collegit ad Plat. Tom. II, p. 172. — *ἄσυχος, ὀξύς.* Terent. Heaut. III, 1, 31. vehemens in utramque partem, Menedeme, es nimis. Tranquillus erat plerumque, ita tamen, ut offensus facile exardesceret. Sic Horat. de se Epist. I, 20, 25. irasci celerem, tamen ut placabilis essem. F. I. — Afferunt interpretes Martial. XII, 47. difficilis, facilis, iucundus, acerbus es idem.

11. *πάντ' ἐθ. κατὰ κ.*] omnia continuo fieri volens. *κατὰ καιρόν* est iusto tempore, h. l. eo tempore, quo tu sumis fieri oportere aliquid, i. e. extemplo, e vestigio. Id. XXV, 66. *μή τι οἱ οὐ κατὰ καιρόν* significat quod tempori non aptum sit. Cf. Dorvill. ad Charit. p. 360. F. I. — *τί τὸ καιν.* non: quid novi? Nam hoc iam compertum habebat. Verte: quid est illud novum, quod te sic accendit?

12. *Ὡργεῖος*] nota id genus hominum, quales hic inducuntur, familiares suos saepe designare non nomine, sed a patriâ; plane ut apud nos ii, qui operam mercenariam factitant apud opifices.

14. *ἐν χώρῳ π. ἐμ.*] ruri apud me, in meo agello. — *κατέκοψα*, abscideram, mactaveram. *κατακόπτειν* proprium in eâ re verbum. — *νεοσσούς*, pullos, gallinaceos puta.

15. *θηλ. χοῖρον*] porcellum lactentem. Porcelli vero lactentes in summis deliciis habebantur, ad quos comedendos multum opus erat vini. — *ἀνῷξα.* Hom. Od. III, 391. *τὸν (οἶνον) ἑνδεκάτῳ ἐνιαυτῷ ὤϊξεν ταμίη.* Dorienses in *ἀνῷξα* augmentum ponunt ex communi regulâ. Cf. Buttm. Gr. ampl. II. P. I. p. 194. — *Βίβλινον*, Thracium vinum intelligunt interpretes, quod *Βιβλίνη* nomen regionis Thraciae fuerit. Sed quum omnis haec res in Siciliâ acta esse putanda sit, qui Thracium vinum exspectas in Aeschinis domo, hominis non prorsus quidem pauperis, sed tamen de plebe? Quod quum vix credas, probabile fit Biblinum vinum hic Syracusanum intelligendum esse, quod Syracusis quoque usitatum

Ἐν χώρῳ παρ' ἐμίν· δύο μὲν κατέκοψα νεοσσώς,
Θηλάζοντά τε χοῖρον· ἀνῷξα δὲ Βίβλινον αὐτοῖς
Εὐώδη, τετόρων ἐτέων σχεδόν, ὡς ἀπὸ λανῶ.
Βολβός τις κοχλίας ἐξηρέθη· ἧς πότος ἁδύς.
Ἤδη δὲ προϊόντος, ἔδοξ' ἐπιχεῖσθαι ἄκρατον
Ὧτινος ἤθελ' ἕκαστος· ἔδει μόνον ὧτινος εἰπῆν.
Ἄμμες μὲν φωνεῦντες ἐπίνομες, ὡς ἐδέδοκτο·

Heraldi coniectura *βολβὸς καὶ κοχλίας*, quod utrumque iam coniungi par est. Alii aliter statuunt. Fuerunt qui vocem *ἐξηρέθη* corruptam inque eo vocabulo loci, unde bulbus desumptus sit, mentionem latere putarent. Quod **Boisson.** coniecit, id ipsum dudum improbare credo.

fuisse auctor est **Athen.** I. p. 31. B. Idem addit **Pollium** quoque hoc vinum Syracusanis dictum esse a Pollio rege, qui vites ex Italiâ in Siciliam transtulerit. Ita etiam **Schweighaeus.** in Animadv. Tom. I. p. 231. Theocriteum locum accipit.

16. *εὐώδη*] vinum bonum, fragrans. In vino bonae notae odor per se bonus, neque de odoribus immistis cogitandum. — *ὡς ἀπὸ λανῶ*, mustaceum saporem dulcemque habebat. Haud recte haec verba cum *εὐώδη* coniungunt; his ultimis vinum a sapore commendatur. Nam veterum vina, rubra pleraque, haud poterant diu conservari, vix in quattuor annorum spatium, praecipue ob modum, quo purgabantur.

17. *βολβ. τις κ.*] bulbos et cochleas quoque se attulisse dicit, quo stomachum excitaret et ad bibendum invitaret. — *ἧς πότ. ἁδ.*, compotatio erat iucunda, et ob vini, quod apponebatur, bonitatem, et ob reliqui apparatus praestantiam.

18. *προϊόντος*] *τοῦ πότου.* Cf. **Lambert. Bos.** p. 406. *πότου* etiam additur. Vid. not. ad **Achill. Tat.** p. 497. **Lucian.** Dial. Meretr. XV. F. I. — Iam quum convivae paullo plus incaluissent vino, placuit, ut ordine quisque nomen puellae quam amaret diceret in eiusque honorem poculum exhauriret. Cf. quae de hoc bibendi more notavimus ad Id. II, 151., quibus adde **Welcker.** ad Theogn. 315. p. 100.

20. Nos quidem ceteri, dicit, nomina edentes bibebamus, quemadmodum constitutum erat. Verum Cynisca, licet ego adessem, nomen tacebat. Quapropter ego ex ieâ quaerebam: *οὐ φθεγξῇ;* annon tibi libet vocem emittere? Tum aliquis ex convivis, qui clandestini puellae amoris suspicionem habebat, notum illud proverbium lepide invertens: quid? inquit, non loqueris? nimirum lupum vidisti. Vulgaris enim veterum erat opinio, ex quâ qui a lupo conspectus fuerit obmutescere putaretur; indeque proverbium illud ad eos etiam, qui inter sermonem ex improviso conticescerent, translatum est. Omnis vero lepos inest in ambiguitate vocis *λύκος.* Nam is ipse, quem deperibat Cynisca, *Λύκος* appellabatur. Id probe sentiens puella pudore plane suffusa est. Iam pergit ille, qui antea per iocum loquutus fuerat, quum suspicionem suam firmari videret, concitatiore sermone: Lycus est, recte, Lycus est.

Ἀ δ' οὐδὲν, παρεόντος ἐμεῦ· τίν' ἔχεν με δοκεῖς νοῦν;
Οὐ φθεγξῇ; — Λύκον εἶδες, ἔπαιξέ τις, ὡς σοφὸς εἶπεν,
Χἤφθα· εὐμαρέως κεν ἀπ' αὐτᾶς καὶ λύχνον ἅψαις.
Ἐντὶ Λύκος, Λύκος ἐντί, Λάβα τῶ γείτονος υἱός,
Εὐμάκης, ἁπαλός, πολλοῖς δοκέων καλὸς ἦμεν·
Τούτω τὸν κλύμενον κἀτετάκετο τῆνον ἔρωτα·

22. λύκον εἶδες] Schaef. coniicit λύκος εἶδέ σ'. Sed ut taceam vulgatam lectionem haud parum commendari a sensu, agnoscit eam etiam Donat. ad Terent. Adelph. IV, 1, 22.

23. Boisson. codd. scripturam sequutus κἤφατο retinuit. Vulgo χ' ἤφθα, quod recte servavit Meineke. Kiessling. scripsit χ' ἄφθη sequutus Graef. epist. crit. p. 57., cum quo facit Thiersch. Gr. Gr. p. 412. Provocant ad Id. II, 25. ubi κῆξαπίνας ἄφθη. Scilicet ἄφθα

21. παρ. ἐμεῦ] licet ego adessem. Sic iam Stroth.; recte. Hoc enim postulant proxima: τίν' ἔχεν με δ. ν. Nullâ certe ratione exspectari poterat, ut Cynisca veri amantis nomen ederet coram eo, quem se amare simulabat. F. I.

22. οὐ φθεγξῇ] Aeschini haec verba sunt tribuenda Cyniscam interroganti. — λύκον εἶδες. Proverbium erat hoc, ut quem lupus prior vidisset, is vocis usu per aliquod tempus privaretur. Themist. Orat. XXI. p. 253., quem locum attulit Meinek., φασὶ τοὺς ὑπὸ λύκου προτέρους ὀφθέντας γίγνεσθαι ἀναύδους. Plin. VIII, 22. Creditur luporum visus esse noxius, vocemque homini, quem priores contemplentur, adimere ad praesens. Cf. Donat. ad Terent. Adelph. IV, 1, 22. Interpp. ad Virgil. Eclog. IX, 53. Sed consultò nunc invertit proverbium, quo magis id ad rem praesentem accommodaret. — ὡς σοφὸς εἶπεν, ut sapiens ait, h. e. ut in proverbio aiunt. Sunt verba convivae illius. Si quid bene aut scite dictum videretur, eius dicti origo referebatur, quum in communem usum abiisset, ad sapientem aliquem hominem. Hinc σοφὸς εἶπεν, σοφὸς ἔφη de proverbio nonnunquam dicitur. Antiphil. Epigr. XX. Br. Anal. Tom. II. p. 174. ἀρκεῖ δ' ἁ μέλλησις, ἔφα σοφός. Cf. Blomfield. Not. ad Aesch. Prom. v. 916.

23. χἤφθα] incensa est, h. e. rubore adeo suffusa est, ut lucernam ex eâ facile accendere potueris. Sunt haec verba Aeschinis, amico rem exponentis.

24, 25. Hos versus ab Aeschine in convivio illo pronuntiatos esse puta. Hinc repetitio verborum ἐντὶ Λύκος explicanda, quae nonnisi fervidiori hominis, dum ipsi rei intererat, animo convenit. Vs. 25. noli ex ironiâ profectum putare. Gracilis erat puer et tenellus: talis itaque, ut puellae placere possit; quin etiam multis videbatur formosus. Quocirca Aeschinis invidiam non sine causâ motam intelligis.

26 — 28. Hi versus sunt narrantis et exponentis rem Thyonicho. Aeschines illo quidem momento iram suam compescebat et diutiùs illi convivio, sedato, ut videbatur, animo, intererat. — τὸν κλύμενον, cuius iam ad multos pervenerat notitia; id quod κλυτόν, ruchtbar. Ad Aeschinem quoque aliqua eius notitia pervenerat, sed obscurior. F. I. — κατετάκετο. τήκεσθαι accusativo hîc iungitur, ut Sophocl. Electr. 122. τίν' ἀεὶ τάκεις οἰμωγάν, quem locum attulit Kiessl. — Vulgaris usus ferebat ἔρωτι, ut est in

Χἀμῖν τοῦτο δι' ὠτὸς ἐγεντό ποχ' ἅσυχον οὕτως.
Οὐ μὰν ἐξήταξα, μάταν εἰς ἄνδρα γενειῶν.
Ἤδη δ' ὦν πόσιος τοὶ τέτταρες ἐν βάθει ἦμες,
Χὠ Λαρισσαῖος τὸν ἐμὸν Λύκον ᾆδεν ἀπ' ἀρχᾶς
Θεσσαλικόν τι μέλισμα· κακαὶ φρένες· ἁ δὲ Κυνίσκα

poeta dicere noluit, quae forma Graecorum auribus, opinor, ingrata futura erat. Quamobrem etiam Id. II, 82. ἰάφθη, non ἰάφθα. Sed idem dixit χῆφθα, quod egregie firmatur Id. I, 82. κῆφα.

32. Recte emendasse videtur Hermann. ἔκλαι' ἐξ. imperfectum et sensui aptius et grammaticae convenientius. Vid. Buttm. Gr. ampl. Tom. II. P. I. p. 169.

fragm. Eubuli apud Athen. XV, p. 379. C.

27. δι' ὠτὸς ἔγεντο] audiebatur, sic clanculum ad aures pervenit. Nota haec apud Graecos circumscriptio per praepos. διά. Cf. Wyttenb. Eclog. hist. p. 388. — ἅσυχον οὕτως, (so ein leises Murmeln,) sic sensim ac leniter ea oratio ad aures meas accidit. Frequens adverbii οὕτως usus, quod usurpatur de rebus obiter dictis et acceptis. Vid. Schaefer. ad Dionys. Meletem. p. 430. Cf. annot. ad Idyll. III, 38.

28. μάταν ... γενειῶν] frustra in virum barbam alens, h. e. sine fructu vir factus, quod adeo imprudens eram, ut rem illam non examinarem. — Barba virilitatis signum pro auctis mentis facultatibus. Sic Id. X, 40. ὤ μοι τῶ πώγωνος, ὃν ἀλιθίως ἀνέφυσα. — εἰς ἄνδρα gravius et vividius quam εἰς τὸν ἄνδρα μεταβαίνων, εἰς ἄνδρας τελῶν, κρινόμενος, καταλεγόμενος, εἰς ἀνδρῶν τέλος ἰών. Vid. Lobeck. ad Phryn. p. 212. Bernhardy Syntax. p. 218. De Latinis cf. Heindorf. ad Horat. Satir. I, 2, 16.

29. πόσιος ἐν βάθει ἦμες] probe potabamus. Stat. Theb. V, 262. mero profundo incaluere. — Facit huc Epigr. Callim. in Anthol. Palat. VII, 454. τὸν βαθὺν οἰνοπότην Ἐρασίξενον.

30. Apis, Thessalus, quum animadvertisset Aeschinem mentione de Lyco factâ haud parum uri, non sine malitiâ Thessalicam aliquam cantilenam, cuius initium per verba κακαὶ φρένες designatur, recitavit; qua quidem cantilenâ similem alius puellae perfidiam haud dubie perstringebat. Quamobrem Cynisca, quum intelligeret se tangi, lacrimas fundit; Aeschines vero, Cyniscam desiderio Lyci flere putans, eam male tractat. — Constructionis rationem primus hic aperuit Meineke, ex cuius sententiâ comma post ἀρχᾶς delevi. Tum verba ita coniungenda: τὸν Λύκον ᾆσε μέλισμα Θεσσ., hoc sensu: Thessalicum carmen in Lycum meum canebat. Locos nostro similes, constructionis ratione habitâ, excitant Porson. ad Eurip. Phoen. 300. Seidler. ad Iphig. Taur. 1061. Eodem modo explicandus esse videtur Pindar. Olymp. III, 4. Θήρωνος ὀλυμπιονίκαν ὕμνον ὀρθώσαις ἀκαμαντοπόδων Ἵππων ἄωτον, ubi Boeckhius commate post ὀρθώσαις posito ultima per appositionem adiecta censet. — τὸν ἐμὸν Λ., meum Lycum, ironice pro: infestissimum mihi.

31. κακαὶ φρένες] initium est cantilenae illius Thessalicae. Cf. notat. ad Id. IV, 32. Eadem verba a Moscho Id. I, 8. usurpantur, sed nihil proficies ex hoc

Ἔκλαεν ἐξαπίνας θαλερώτερον ἢ παρὰ ματρὶ
Παρθένος ἑξαέτις κόλπω ἐπιθυμήσασα.
Τᾶμος ἐγών, τὸν ἴσης τύ, Θυώνιχε, πὺξ ἐπὶ κόῤῥας
Ἤλασα, κἄλλαν αὖθις· ἀνειρύσασα δὲ πέπλως,
Ἔξω ἀπῴχετο θᾶσσον. — Ἐμὸν κακόν, οὔ τοι ἀρέσκω;
Ἄλλος τοι γλυκίων ὑποκόλπιος; ἄλλον ἰοῖσα
Θάλπε φίλον· τήνῳ τὰ σὰ δάκρυα μᾶλα ῥέοντι.

44. εἴκατι] Boisson. ex uno cod. edidit εἴκοτι ob reliquos locos loco. — Aliter hunc locum intelligit Kiessl., cuius haec sunt verba: „Nullo modo hic est cogitandum de Thessalicâ quadam cantilenâ. Immo verba τὸν Λ. ᾄδειν ἀπ᾽ ἀρχ. nonnisi hoc significant: Lycum illum iterum memoravit iocandi et pungendi causâ. Quae iterata Lyci mentio vocatur Thessalica cantilena, quia Thessali erant dicaces. Ut autem hic μέλισμα, sic etiam latine dicitur cantilena. Denique κακαὶ φρένες malim intelligere de Thessalo quam de puellâ: improbum ingenium, der böse Mensch!"

32. ἔκλαεν] notanda haec aoristi forma ob correptam vocalem α, nisi, quod alii suspicantur, corrupta est. Vid. Spitzner. Prosod. §, 52. not. 4. — θαλερώτερον. Coniungitur hoc adverb. cum verbo κλαίειν, quum θαλερὸν δάκρυ dicatur, ut apud Hom. Il. VI, 496. et alibi, χλωρὸν δάκρυ apud Eurip. Med. 906, 922. Helen. 1205.

33. Comparatur Cynisca lacrimas effundens cum puellâ, quae terrore exagitata sinum matris appetit, ubi tutum ei est perfugium. — Nota hiatum in κόλπω ἐπιθυμήσασα. Defenditur iis locis, in quibus praepos. ἐνί hiatum facit. Vid. annot. ad v. 48.

34. πὺξ ἐπὶ κόῤῥας] pugnum in os impegi. Saepissime haec verba apud Graecos iunguntur: pro ἐπὶ κόῤῥης hoc sensu etiam κατὰ κόῤῥης dicitur. Ceterum magnam hanc contumeliam habitam fuisse docent loci Platonis e Gorgiâ, a Valcken. in Epist. ad Ruhnk. edit. a Tittmann. p. 160. allati. Sic Plato τὴν ἄτιμον ταύτην πληγήν dicit. Cf. Wunderlich. ad Tibull. I, 10, 59.

35. κἄλλαν] ita positum quasi praecesserit πληγήν. Similem Aeschyli locum Agamemn. 1393. iam alii attulerunt. Vide quae annotavimus ad Id. XX, 39. Viros doctos ad Lambert. Bos. p. 385. Ast. ad Plat. Legg. Tom. II. p. 433. Fr. Iacobs. ad Achill. Tat. IV, 15. p. 737. Bernhardy Syntax. p. 190. — ἀνειρύσασα δὲ π. Ob festinationem, ut celerius abeat, vestem colligit.

36. ἐμὸν κακόν] Sic Praxinoa Id. XV, 10. maritum suum, ad rixas proclivem, φθονερὸν κακὸν αἰὲν ἐμεῖο dicit. — His conviciis abituram insequitur Aeschines, eamque, quae fortasse ex conspectu iam ablata fuerat, ut huius ordinis locique homines facere solent, verbis contumeliosis lacerare pergit. Ceterum hic eam ex coenaculo se abripuisse dicit, v. 39. demum ipsas aedes eam reliquisse addens. Frustra, ni fallor, difficultates hic movit Kiessl.

37. ὑποκόλπιος] ergo alius tibi dulcior in gremio sedet? De ὑποκόλπιος vid. annot. ad Anthol. Vol. II. P. I. p. 224. Vol. II. P. II. p. 213.

38. τὰ σὰ δάκρ. μᾶλα] Aeschines puellae, quam verberibus pe-

Μάστακα δ' οἷα τέκνοισιν ὑπωροφίοισι χελιδὼν
Ἄψοῤῥον ταχινὰ πέτεται, βίον ἄλλον, ἀγείρεν·
Ὠκυτέρα μαλακᾶς ἀπὸ δίφρακος ἔδραμε τήνα
Ἰθὺ δι' ἀμφιθύρω καὶ δικλίδος, ᾇ πόδες ἆγον·
Αἶνος θήν λέγεταί τις, ἔβα καὶ ταῦρος ἀν' ὕλαν.
Εἴκατι ταίδ', ὀκτὼ ταίδ', ἐννέα ταῖδε, δέκ' ἄλλαι,

Id. IV, 10. V, 86. XV, 139. XV, 51., in quibus plurimi codd. in hac scripturâ consentiunt.

tierat, lacrimas ita interpretatur, ut flagitio suo honestam praetendat speciem aut sibi ipse fumum faciat. Sic omnes in talibus facere solemus, ubi iniuriae in alium factae nobis sumus conscii. — In *δάκρυα μᾶλα* cogites de abundantiâ pomorum, quae per autumnum arbores fundunt. Id. VII, 144. *παρὰ πλευρῇσι δὲ μᾶλα Δαψιλέως ἁμῖν ἐκυλίνδετο.* Idem in simili comparatione spectavisse Moschum Id. IV, 56. *τὰ δέ οἱ θαλερώτερα δάκρυα μήλων .... κατὰ βλεφάρων ἐχέοντο*, mihi persuasissimum est. Memini, sunt verba Fr. Iacobsii, pulcherrime nostram linguam comparantis, me audire veterem cantilenam, in qua erant verba: die Thränen flossen ihm wie Gurkenkerne 'runter.

39. *μάστακα*] Hom. Il. IX, 323. *ὡς δ' ὄρνις ἀπτῆσι νεοσσοῖσι προφέρῃσιν Μάστακ'.* — *μάστακα* coniunge cum *βίον ἄλλον.* Kiessl. ad h. l. recte haec scribit: „perplexior verborum compositio celerem hirundinis volatum et revolatum ad aliud aliudque pabulum quaerendum egregie depingit. Ad Cyniscam nihil nisi celeritas fugae pertinet.“ Adde hanc celeritatis notionem pulcre exprimi tum eo, quod hirundo revolare dicitur, non advolare, tum adiecto *ὠκυτέρα*, quod puella celerius etiam quam hirundo, quae ipsa maximâ iam celeritate utitur, agit. — In *βίον ἄλλον* observanda breviloquentia alium post alium. — *ὑπωροφίοισι.* Quod hirundines nidos ad tectum appingere solent. De scripturâ huius adiectivi vid. Fr. Iacobs. Anthol. Palat. Vol. III. P. I. p. 153.

41. *μαλακᾶς ἀπὸ δίφρακος*] Mireris puellam non in lecto accubuisse, ut ceteros convivas, sed in *δίφρακι.* Illud fortasse non satis decorum habebatur puellae, quod colligo ex Cicer. Verr. I, 27. Philodamus negavit moris esse Graecorum, ut in convivio virorum accumberent mulieres. De matronis apud Romanos id discimus ex Valer. Maxim. II, 1.

42. *ἀμφιθ. καὶ δικλ.*] *δικλὶς* videtur anterior ianua esse, quae totum aedium ambitum claudit; *ἀμφίθυρος* vero ianua, quae in interiorem aedium partem fert, fortasse ipsius vestibuli. — *ᾇ πόδες ἆγον*, vid. annot. ad Id. XIII, 70.

43. *ἔβα καὶ τ.*] ex quo illa nos deseruit, nondum est reversa. In proverbio intellige taurum, qui, ubi gregem dereliquit, in silvam delatus ad pascua vel stabula haud facile redit. Facit huc Sophocl. Oedip. Tyr. 479. *φοιτᾷ γὰρ ὑπ' ἀγρίαν ὕλαν, ἀνά τ' ἄντρα καὶ πέτρας, ὡς ταῦρος.*

44. Haud parum suavitatis redundat in hunc locum inde, quod Aeschines temporis spatium, per quod puellae consuetudine caruerit, non statim per menses, sed ad desiderium suum significandum,

Σάμερον ἑνδεκάτα, ποτίθει δύο, καὶ δύο μᾶνες,
Ἐξ ὧ ἀπ' ἀλλάλων, οὐδὲ Θρᾳκιστὶ κέκαρμαι.
Οἱ δὲ Λύκος νῦν πάντα, Λύκῳ καὶ νυκτὸς ἀνῷκται·
Ἄμμες δ' οὔτε λόγω τινὸς ἄξιοι, οὔτ' ἀριθματοί,
Δύστανοι Μεγάρῆες, ἀτιμοτάτῃ ἐνὶ μοίρᾳ.
Κεὶ μὲν ἀποστέρξαιμι, τὰ πάντα κεν εἰς δέον ἕρποι·
Νῦν δὲ ποθ', ὡς μῦς, φαντί, Θυώνιχε, γευμεθα πίσσας.

45. ποτίθει] ex quattuor codd. Kiessl. et Fr. Iacobs. ποτίθες ediderunt. Forma ποτίθει Schaefero suspecta visa est.

47. Plurimi codd. ἃ δὲ Λύκῳ. Correxerunt recentt.

51. Num fortasse locus ita distinguendus est: νῦν δέ, ποθ' ὡς μῦς,

per singula dierum intervalla designat.

45. σάμερον ἑνδεκ.] his diebus hodiernus undecimus accedit, h. e. praeter illos dies undecim alii sunt. Quod si ita intelligis haec verba, omnis dierum enumeratio bene constat. Nam si viginti diebus octo addis, atque alios novem, his porro decem, quadraginta septem dierum summa efficitur; quibus si undecim alii adnumerantur, quinquaginta octo fiunt, quibus duo dies desunt ad duos menses complendos. — Vulgo quum ἑνδεκ. ita intelligerent, quasi hic unus dies undecimus ad decem illos, quos antea dixerat, accederet, decem ad iustum numerum efficiendum desunt; cui difficultati ita succurrerunt, ut aut μᾶνας scribendum censerent, aut non opus esse contenderent, ut ratio ad assem constaret.

46. ἀπ' ἀλλάλων] ex quo disiuncti sumus. Opponitur μετ' ἀμφοτέροισι γενέσθαι, Id. XII, 12. — οὐδὲ Θρᾳκ. κέκ. Quum quasi in luctu et squalore esset Aeschines, capillos non totonderat, ne tantum quidem, quantum Thraces, qui ut barbari corporis cultum negligunt.

47. οἱ δὲ Λ. ν. πάντα] illi Lycus nunc omnia est, h. e. totam nunc se dedit Lyco. Hoc sensu loquutio πάντα εἶναί τινι etiam apud pedestris orationis scriptores usurpatur. Cf. Bergler. ad Alciphr. II, 3. p. 236. Valcken. ad Herodot. p. 576. Ruhnk. ad Vellei. p. 405. Adde Pflugk. ad Eurip. Androm. 168. Eandem agnoscunt Latini. Ovid. Heroid. XII, 162. Deseror ..., Coniuge, qui nobis omnia solus erat. — νυκτὸς ἀν. Horat. Epod. XV, 13. nec feret assiduas potiori te dare noctes.

48. Ego plane despectus sum ab illâ. Hoc autem ita exprimit, ut sortem suam comparet cum Megarensium conditione, qui in nullo fere apud Graecos habebantur honore. Secundum Oraculum enim, quod Dinias habet ex eoque Scholiast. ad h. l. refert, Apollo Megarensibus, qui superbiâ elati sciscitati fuerant, quo ipsi ponendi essent loco, respondit eos nulli utique loco assignandos esse; ex quo tempore Megarensium calamitas adeo decantata fuit totâ Graeciâ, ut in proverbium abierit. Callimach. Epigram. XXVI. (Fr. Iacobs. Delect. Epigr. p. 131.) τῆς δὲ ταλαίνης Νυμφῆς ὡς Μεγαρέων οὐ λόγος οὔτ' ἀριθμός. Vid. Suid. s. v. οὔτε τρίτοι οὔτε τέταρτοι. Vol. III. p. 529. Tzetz. Chil. ed.

Χῶ τι τὸ φάρμακόν ἐστιν ἀμηχανέοντος ἔρωτος,
Οὐκ οἶδα· πλὰν Σῖμος, ὁ τᾶς Ἐπιχάλκω ἐρασθεὶς,
Ἐκπλεύσας ὑγιὴς ἐπανῆλθ', ἐμὸς ἁλικιώτας.
Πλευσοῦμαι κἠγὼν διαπόντιος, οὔτε κάκιστος,
Οὔτε πρᾶτος ἴσως, ὁμαλὸς δέ τις ὁ στρατιώτας.

ΘΥΩΝΙΧΟΣ.

Ὤφελε μὰν χωρῆν κατὰ νοῦν τεὸν ὧν ἐπιθυμεῖς,

ut *ποτέ* ad fabulam respiciat, ut apud Horat. Satir. II, 6, 79. olim rusticus; quanquam dubito, an *ποτέ* ita praeponi possit.

56. *ὁ στρατιώτας.* Articulus hic merito, opinor, offendit editores. Reiskius coniecit *ὡς στρατ.* pro milite; Meineke *ὁμαλὸς δέ τις ὢν στρατ.*, quae coniectura multis iure probabitur, quanquam eius auctor non recte ad codd. auctoritatem provocat.

Kiessl. IX, 890 — 895. p. 358. Proverb. Graec. p. 345. Zenob. prov. p. 115. Diogenian. Adag. Cent. IV. p. 231. ed. Schott. ex recentioribus inprimis Creuzer. ad Olympiod. in Alcib. P. II. p. 8. Welcker. praefat. ad Theogn. p. XCVI. et ad v. 922. p. 115. Reinganum Megara. p. 57. Ceterum notandum Phot. Lex. p. 453. Herman. s. v. *ὑμεῖς δ' ὦ Μεγ.* aliam proverbii originem tradere.

49. *ἀτιμοτάτῃ ἐνὶ μοίρᾳ*] frequens huiusmodi hiatus longae syllabae et praepositionis *ἐνί*. Plurima exempla vid. apud Fr. Iacobs. Anthol. Pal. Tom. III. P. I. p. XCIV. Tum observa *μοῖραν* de conditione positum, quo sensu etiam *χώρα* dicitur.

50. *κεἰ μὲν ἀποστ.*] si amorem exuere, dimittere possem. Epigram. IV, 14. *εὔχε' ἀποστέρξαι τοὺς Δάφνιδος με πόθους.* — *τὰ π. εἰς δέον*, omnia bene se haberent, ut *εἰς δέον ἐκβέβηκε* Dion. Halicarn. Vol. III. p. 1426. ed. Reisk. Perizon. ad Aelian. III, 8. F. I.

51. Quum semel amoris dulcedinem perceperim, ab eâ avelli non possum, muris instar, qui pice gustatâ invitus tenetur, donec pereat. — *γεύμεθα*, Nota hanc perfecti formam, in qua solita huius temporis reduplicatio omissa est. Buttmanno Gr. ampl. I. p. 325. haec insolentia repetenda videtur a liberiore saepiusque depravatâ linguâ quotidianâ, quali fere Aeschinem usum esse admodum credibile est. Contra Kiessl. censet imperfectum hic requiri ob particulam *ποτέ*, voculam *νῦν* autem, hic non tempus significare, sed ratiocinandi vim habere, quod posterius verissimum est. — Quod ad ipsum proverbium attinet, Boisson. apte illud Demosthenis in Polyclem dictum affert: *γελάσαντα δ' ἔφασαν αὐτὸν εἰπεῖν· „ἄρτι μῦς πίττης γεύεται."* Anecdot. Bekkeri Tom. I. p. 208. Cf. Boisson. ad Nicet. p. 246.

53. *πλάν*] nisi hoc scio, quod etc.

54. *ἐκπλεύσας*] illis temporibus enim plurimi, qui inter mercenarios stipendia facturi erant, ad reges Asiae aut Aegypti sese conferebant, ubi bellis nunquam cessantibus plurimae erant opes colligendi opportunitates. Cf. Boettigeri Excurs. de militibus mercenariis in Specimine editionis Terentii. — *ὑγιής*, sanatus ab amore.

56. *ὁμαλός*] haud malus quidem miles, sed neque inter opti-

Αἰσχίνα. εἰ δ' οὕτως ἄρα σοὶ δοκεῖ, ὥστ' ἀποδαμεῖν,
Μισθοδότας Πτολεμαῖος ἐλευθέρῳ οἷος ἄριστος.

ΑΙΣΧΙΝΗΣ.

Τἄλλα δ' ἀνὴρ ποῖός τις;

ΘΥΩΝΙΧΟΣ.

Ἐλευθέρῳ ὅστις ἄριστος,
Εὐγνώμων, φιλόμωσος, ἐρωτικός, εἰς ἄκρον ἁδύς·
Εἰδὼς τὸν φιλέοντα, τὸν οὐ φιλέοντ' ἔτι μᾶλλον·

59. Variant hic multum codd. et editt. in distribuendis interloquutorum partibus. Boisson. cum editt. aliquot antiquis locum ita distinxit: Θυών. Μισθοδότας Πτολεμαῖος. Αἰσχ. Ἐλευθέρῳ οἷος; Θυών.

mos habendus; qui mediocritatem quandam, sed tamen non sine laude sequitur.

58. ὥστ' ἀποδ.] haec interpretationis loco ad ὥστε adiecta sunt; vid. Matth. Gr. §. 531. not. 2. p. 1038.

59. οἷος ἄριστος] cf. Matth. Gr. §. 445, 6. b.

61. ἐρωτικός] passivâ significatione, dilectus ab Amore, qui est in favore Amoris, elegans, venustus, amabilis. — εἰς ἄκρον, ad summum suavis. Vid. Fr. Iacobs. Anthol. Palat. Tom. III. P. I. p. 206.

64. οἷα χρὴ βασ.] Iunge αἰτεύμενος οἷα χρὴ αἰτεῖσθαι βασιλέα ut verba οὐκ ἀνανεύων in medio sint posita. Hoc certe proximis maxime videtur consentaneum. Verba enim αἰτεῖν δὲ χρὴ pro admonitione accipio, ne quis regis clementiâ et munificentiâ abutatur, plura et maiora sibi dari postulans, quam par sit. F. I. — Errant igitur qui sequentia ita interpretantur: Neque rogari vult omnes ac singulas res, sed ultro beneficia offert. — De formâ accusativi βασιλῆ multos hic affert Kiessl. Vid. Matth. Gr. p. 97.

65. Quare si constitueris militiam sequi, te confer quam celerrime in Aegyptum. Hanc sententiam ita exornat, ut eas res, quibus ad militiam strenue agendam opus sit, nominet, vestitum militis et fortem animum.

66. ἐπ' ἀμφοτέροις βεβ.] utrisque pedibus firmiter innixus. Petita imago a luctâ, ubi magni est momenti ἐπ' ἀμφοτέροις βαίνειν. Aliud quid sonat et alienum ab hoc loco ἐπ' ἀμφοτέρων βαίνειν, quod Kiessl. proponit. Fr. Iacobs. comparat Archiloch. fragm. XXXIV. ibique Liebel. Alibi idem monet dici εὖ βεβηκέναι, διαβεβηκέναι de pugnantibus gradumque obtinentibus.

67. ἐπιόντα ... θρασὺν ἀσπ.] a pedestri scriptore diceretur θρασέως ἐπιόντα. Sed amant ita poetae duo epitheta ponere, quorum alterum fortius. Vid. Dissen. ad Pindar. Nem. I. p. 360.

68. ἀπὸ κροτάφων π.] incipiens a temporibus canities ultra serpit. Cf. Fr. Iacobs. Anim. ad Anthol. Tom. II. P. III. p. 117.

70. ἇς γόνυ χλωρόν] dum genua virent. Iuvenilis vigor comparatur cum virentibus herbis vel plantis, ut ab Argent. Epigr. XIV. Tom. II. p. 245. Hinc ortae loquutiones γόνυ χλωρόν, γυίοις θαλέθειν (Philipp. Epigr. XX.), genua virent (Horat. Epod.

Πολλοῖς πολλὰ διδούς· αἰτεύμενος οὐκ ἀνανεύων
Οἷα χρὴ βασιλῆ· αἰτεῖν δὲ δεῖ οὐκ ἐπὶ παντί,
Αἰσχίνα· ὥςτ' εἴ τοι κατὰ δεξιὸν ὦμον ἀρέσκει
Λῶπος ἄκρον περονᾶσθαι, ἐπ' ἀμφοτέροις δὲ βεβακὼς
Τολμασεῖς ἐπιόντα μένειν θρασὺν ἀσπιδιώταν,
Αἰ τάχος εἰς Αἴγυπτον· ἀπὸ κροτάφων πελόμεσθα
Πάντες γηραλέοι, καὶ ἐπισχερὼ ἐς γένυν ἕρπει
Λευκαίνων ὁ χρόνος· ποιῆν τι δεῖ, ἇς γόνυ χλωρόν.

Ἄριστος. Αἰσχ. Τἄλλα δ' ἀνὴρ ποῖός τις, ἐλευθέρῳ ὅςτις ἄριστος; Θυών. Εὐγνώμων κ. τ. λ., quam rationem valde probo equidem.

64. βασιλῆ] ita cum Kiessl. scripsimus; vulgata lectio est βασιλῆ'; apostrophi signum ante distinctionem non aptum videbatur.

XIII, 6.), virere membris praeviridantibus (Laber. apud Macrob. Saturn. II, 7.). Vid. Fr. Iacobs. ad Anthol. Tom. II. P. II. p. 164.

XV.

ARGUMENTUM.

Quum Adonidis sacra Arsinoës curâ et sumptibus magnâ hominum celebritate Alexandriae agerentur, Theocritus materiam inde arripuit et ipsam reginam totamque Ptolemaeorum familiam splendidis laudibus eleganter ornandi. Quod ut faceret, in hoc Idyllio, quod totum est mimicum, duas inferioris loci mulierculas exhibet, quae Syracusis natae et educatae cum maritis Alexandriam habitatum concesserant, et ut splendidum festi apparatum spectent, unâ cum ancillis in aulam regiam sese conferunt. Plures huius carminis constituendae sunt partes sive scenae, quarum prima in Praxinoës agitur aedibus, quo Gorgo venit, ut amicam arcessat — 43. Post varios sermones, quales inter mulieres haberi solent, rebus domi compositis, ambae ancillis stipatae in viam publicam prodeunt, ubi illis turba hominum undique confluentium stuporem, equi regis forte occursantes terrorem incutiunt. Sequitur brevis cum vetulâ obviam iis factâ confabulatio — 64. Iam in regiae portâ in hominum turbâ misere luctantur, et aegre tandem, ignoto quodam homine opem praestante, in eum locum penetrant, ubi Adonidis sacra fiunt — 77. In ipsâ denique regiâ, dum Adonidis ibi expositam imaginem, dum stragularum vestium reliquique ornatus magnificentiam, dum omnia denique admirantur, de omnibus garriunt, altercatio iis oritur cum spectatore quodam intolerabilem earum garrulitatem aegre ferente — 95. Conticescunt tandem, ut carmen audiant in honorem Adonidis compositum, quod idem Arsinoës et Berenices laudes complectitur — 146. Quo carmine finito post laudes cantatrici tributas domum redire parant. — Egregium poema, tum ob varietatem et festivitatem, qua muliebris indoles repraesentatur, tum ob rerum varietatem in orbe satis exiguo exhibitarum; tum denique ob elegantiam, qua regiae familiae laudes attexuit auctor. F. I.

Pauca tantum sunt, quae argumento Fr. Iacobsii addam; plura aptiorem in ipsâ explicatione locum invenient.

De festo Adonidis, quod Alexandriae iam splendidissime actum repraesentatur a poetâ, multi fuerunt, qui peculiaribus commentationibus agerent. Praeter alias inprimis ob laudabilem, qua plurima fere testimonia veterum congesta sunt, diligentiam digna est quae conferatur commentatio Groddeckii de Adoniis in den Antiquarischen Versuchen, I. Samml. p. 83 — 163. Tum duarum aliarum indices certe hic apponam: Maurer dissertatio de Adonide eiusque cultu religioso. Erlang., 1782. et Fikenscher Erklärung des Mythus vom Adonis. Gothae, 1800., quarum legendarum copia mihi non facta est. De totâ huius mythi ratione conferatur Gruber in der Encyclopaedie von Ersch und Gruber. Tom. I. p. 433 sq.

De tempore, quo Theocritus hoc Idyllium scripsit, nulla potest esse dubitatio post ea, quae Spohnius disputavit. Etenim poeta, quum anno 275. a. Ch. Alexandriâ reversus esset in patriam, quae Hieronis beneficio in feliciorem vindicata erat conditionem, non ita multo post, quum illa Alexandriae oblectamenta recenti adhuc teneret memoriâ, hoc carmen composuit. Alexandriae certe non scriptum esse, neque eo fine factum, ut regiae familiae laudes primarium constituerent argumentum, licet gratum poetae animum ubique agnoscas, patet vel inde, quod praesens in Aegypto Aegyptios non tam acriter notaturus fuisset Theocritus, quam v. 48. et 49. fecit. Tum neque tam accurata singularum rerum enumeratio atque descriptio aptum habitura fuisse videtur locum in hoc carmine, si in eâ ipsâ urbe, ubi omnia acta sunt, compositum fuisset. Itaque in Siciliam redux factus scripsit hoc Idyllium Theocritus.

Quae iam retulimus de tempore atque consilio huius carminis, ea debemus Spohnio, qui egregie meritus est de eius interpretatione tribus programmatis, quae anno 1823 Lipsiae prodierunt. Ac lubentissime profiteor eiusdem viri operâ maximopere me adiutum esse in multis locis huius Idyllii rectius intelligendis. Ante Spohnium constat Valckenarium doctissimo atque uberrimo commentario Adoniazusas illustravisse, et haud pauca, quae ante eum obscura fuerant, clariore luce perfudisse. Omnino certatim concurrerunt VV. DD. ad hoc carmen explanandum, ipsius festivitate haud dubie invitati. Praeter duumviros illos commemorabo Olshausen, Slesvicensem, qui progr. anno 1826 edito familiarem locorum difficiliorum interpretationem conscripsit, et ipsam saepe perutilem legentibus, quanquam doleo Spohnii comment. illo tempore nondum in eius notitiam venisse. Tum Weissgerberum quoque ampliore commentario instructum hoc Idyllium edidisse, ex iis intellexi, quae observationibus ad Id. 11. Friburgi 1828. in lucem editis praemisit. Ipsum tamen libellum mihi nondum contigit

nancisci. — Tandem **Passovius** pro insigni suâ humanitate sententiam suam de singulis aliquot locis, inprimis de rectiore eorum distinctione mihi aperuit; cuius viri doctissimi nomen ad hos versus honoris causâ grato animo attuli.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ἐπιγράφεται μὲν τὸ εἰδύλλιον Συρακούσιαι ἢ Ἀδωνιάζουσαι· τὰ δὲ πράγματά εἰσιν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. Ὑποτίθεται γάρ τινας, Συρακουσίας τὸ γένος, παρεπιδημούσας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ καὶ κατὰ τάξιν ἐπὶ θέαν ἐξιούσας τῆς πομπῆς τοῦ κοσμηθέντος Ἀδώνιδος ὑπὸ Ἀρσινόης τῆς Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου γυναικός. Ἔθος γὰρ εἶχον οἱ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐν τοῖς Ἀδωνίοις καλουμένοις (ἑορτὴ δὲ ἦν ὑπὲρ τοῦ Ἀδώνιδος τελουμένη) κοσμεῖν εἴδωλα τοῦ Ἀδώνιδος, καὶ μετὰ τῶν ὑπερεχουσῶν ἐπὶ τὴν θάλατταν κομίζειν. Παραγίνεται ἡ Γοργὼ πρὸς Πραξινόην, καὶ παραλαβοῦσα αὐτὴν ἐξέρχονται ἐπὶ τὴν θέαν. Παρέπλασε δὲ τὸ ποιημάτιον ἐκ τῶν παρὰ Σώφρονι θαμένων*) τὰ Ἴσθμια. Ἔστι δὲ κεχωρισμένον τοῦ ποιητικοῦ προσώπου· καὶ γὰρ πρόσωπα εἰςάγονται, ἥ τε Γοργὼ καὶ ἡ Πραξινόη καὶ ἡ τῆς Πραξινόης θεράπαινα. Ἄρχεται δὲ Γοργώ. Προϊόντος δὲ τοῦ εἰδυλλίου καὶ ἕτερα πρόσωπα παρειςάγονται, Γραῦς τις, Ἀνήρ, καὶ γυνὴ Ἀοιδός.

(Ultimorum loco haec prostant in Ed. Rom. *Αἱ δὲ Συρακούσιαι, ἐξελθοῦσαι τῶν οἴκων, θαυμάζουσι τὸν ὄχλον, καὶ ὅσα ἐν τῷ ὄχλῳ. Διαγράφει δὲ ὁ Θεόκριτος ἐπιδημούσας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ χαριζόμενος τῇ Βασιλίδι, τόν τε σκυλμὸν καὶ βιασμὸν τῶν ἀνδρῶν, καὶ ᾄδουσάν τινα, καὶ τὴν πολυτέλειαν τῆς Ἀρσινόης δι᾽ ᾠδῆς ἀπαγγέλλουσαν.* **Valckenaer.**

*) Vulgo *θεμένων*. Coniecturam a **Blomfield.** in Mus. Crit. Tom. II. p. 346. propositam *θαμένων*, quod Sophronea dialectus flagitat, iam recepit **Boisson.** De mimo Sophroneo lege quae disputat **Welcker** im Nachtrag zu der Schrift über Aeschylus Trilogie, p. 137.

ΣΥΡΑΚΟΥΣΙΑΙ Η ΑΔΩΝΙΑΖΟΥΣΑΙ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ ιε'.

ΓΟΡΓΩ, ΠΡΑΞΙΝΟΗ, ΓΡΑΥΣ, ΞΕΝΟΣ, [ΕΤΕΡΟΣ ΞΕΝΟΣ, ΓΥΝΗ ΑΟΙΔΟΣ.]

ΓΟΡΓΩ.

Ἔνδοι Πραξινόα;

ΠΡΑΞΙΝΟΗ.

Γοργοῖ φίλα, ὡς χρόνῳ· ἔνδοι.
Θαῦμ', ὅτι καὶ νῦν ἦνθες· ὅρη δίφρον, Εὐνόα, αὐτᾷ·

Idyll. XV. 1. In personarum distinctione sequutus sum Valcken. rationem, qui iudice etiam Meinekio et Passovio rectissime videtur verba loquentibus distribuisse. — Statim in initio scripsi ἔνδοι, quam veriorem esse scripturam docent Herodian. apud Dindorf. Grammat. Gr. minor. Tom. I. p. 7. Goettling. ad Theodos. Gr. p. 233. Cf. Buttmann. Gr. ampl. §. 116, 6. not. 8. T. II. p. 276.

Id. XV. 1. Gorgo, domum ingressa, ex ancillâ Praxinoes, quae forte ex cubiculo exierat, quaerit, an domi sit amica; Praxinoa vero, illius voce auditâ, ancillam non sinit respondere, sed ipsa: intus est, quam quaeris, exclamat. — ὡς χρόνῳ, sc. ἦλθες, tandem aliquando ades. De significatione voc. χρόνῳ vid. Valcken. ad Herodot. IX, 61. — Gorgonem exspectatam puta ad amicam venire, quod etiam inde patet, quod illa v. 5. moram excusat. Spohn. non recte, ex meâ quidem sententiâ, sumit non convenisse antea inter mulieres de viâ ad festum visendum suscipiendâ, ut Gorgo et laetetur inopinato amicae adventu et simul increpet eam, quod raro se invisat.

2. Mirum est, pergit, te vel nunc venire; his verbis significat eam antea quoque raro tantum venisse ad se visendam. Tum vero amicam, per viae moram fatigatam, ad sedendum invitans, Eunoem sellam afferre iubet. — Ad verba ὅρη δίφρον αὐτᾷ comparant Homericum ἴδε πῶμα, Odyss.

Ἔμβαλε καὶ ποτίκρανον.

ΓΟΡΓΩ.

Ἔχει κάλλιστα.

ΠΡΑΞΙΝΟΗ.

Καθίζευ.

ΓΟΡΓΩ.

Ὦ τᾶς ἀδαμάτω ψυχᾶς· μόλις ὔμμιν ἐσώθην,

3. Alii ut doricam formam in carmine δωρικωτάτῳ sectentur, καθίσδευ scribunt invitis codd. Sed Spohnius iure dubitat Theocritum literas σδ pro ζ posuisse, ubi nimis vicinum haberent θ. Hinc ἐρεθίζει, μοχθίζοντες atque similia non sollicitanda esse idem recte observat. Cf. annot. crit. ad Id. XX, 13.

VIII, 443. aptius etiam comparaveris Sophocl. Aiac. 1165. σπεῦσον κοίλην κάπετόν τιν' ἰδεῖν τῷδ', et si totius loci sententiam spectas Hom. Odyss. XIX, 97. Εὐρυνόμη, φέρε δὴ δίφρον καὶ κῶας ἐπ' αὐτοῦ.

3. ποτίκρ.] culcitam, fortasse plumeam (ut apud Cic. Tuscul. III, 19.) sellae iniice. ποτίκρανον est pulvinus, qui sedenti supponitur; Atticis dicitur προσκεφάλαιον, apud Homerum l. d. κῶας. Cf. Blomfield. praefat. ad Aeschyl. Pers. p. V. Tales pulvinos delicatiores secum portabant in theatra. Theophr. Char. II, 5. Nic. Heins. ad Ovid. Amor. I, 160. — ἔχει κάλλ., urbanitatis formula, etiam apud Atticos usitata, qua quis acceptorum gratias agit, et ulterius officium declinat.

4. ὦ τᾶς ἀδ. ψυχ.] o animum fortem et infractum! (Was doch der Mensch aushalten kann!) Admiratur ipsa se tot molestiis et laboribus viae, periculis etiam non succubuisse. Kiessl. affert ex Lucian. Demosth. Encom. extr. ὦ τῆς ἀηττήτου ψυχῆς.

5. Vix salva huc evasi ob magnam hominum et equorum turbam. Per genitivos πολλῶ μὲν ὄχλω causa indicatur. Fr. Iacobs. comparat Dion. Chrys. Orat. XII. p. 380. ἔνθα δὲ ἦν ὁρᾶν πανταχοῦ μὲν ξίφη, πανταχοῦ δὲ θώρακας, πανταχοῦ δὲ δόρατα· πάντα δὲ ἵππων, πάντα δὲ ὅπλων, πάντα δὲ ὡπλισμένων ἀνδρῶν μεστά.

6. παντᾶ κρηπ.] ubique caligae occursabant. Per κρηπῖδας, quae partem armaturae significant, ipsi milites designantur. Eodem sensu etiam ἀσπίς et λόγχη, apud Latinos caliga dicitur. Exempla attulerunt Fr. Iacobs. et Spohn. ad h. l., Schaef. ad Longi Past. p. 373. — χλαμυδ. ἄνδρες sunt equites. χλαμύς enim vestitus est equitum, inprimis Macedonicorum, qui multi haud dubie in Ptolemaei exercitu erant.

7. ἄτρυτος] via vix potest confici, finem habet nullum. De hac significatione vocis ἄτρυτος vide Welcker. ad Theogn. v. 261. p. 97. Via tam longa Pindaro Isthm. IV, 2. dicitur μυρία κέλευθος. — ἑκαστοτέρω, sc. ἢ ὥστε πρὸς σὲ ἐλθεῖν. Cf. Matth. Gr. §. 457. p. 854. — De formâ ἑκαστοτέρω recte monet Kiessl., eam non continuo esse damnandam, quod aliud eius exemplum nusquam legatur. Summâ enim libertate Graeci in formandis comparativis et superlativis usi sunt. — ἔμ' ἀποικεῖς, i. e. ἔμε ἀποικεῖς, quod aptis exemplis defendit Bernhardy Syntax. p. 113. Aristoph. Avv. 86. χὼ κολοιός μ' οἴχεται ὑπὸ τοῦ δέους.

Πραξινόα, πολλῷ μὲν ὄχλω, πολλῶν δὲ τεθρίππων·
Παντᾶ κρηπῖδες, παντᾶ χλαμυδηφόροι ἄνδρες·
Ἁ δ' ὁδὸς ἄτρυτος· τὺ δ' ἑκαστοτέρω ἔμ' ἀποικεῖς.

ΠΡΑΞΙΝΟΗ.

Ταῦθ' ὁ πάραρος τῆνος ἐπ' ἔσχατα γᾶς ἔλαβ' ἐνθών,

7. ἑκαστοτέρω ἔμ' ἀποικεῖς] haec est vulgata lectio. τὺ δ' ἑκαστέρω ἄμμιν ἀποικεῖς correxit Valckenar. Blomfield. in Glossar. ad Aesch. Prom. 687. proponit μεῦ ἀποικεῖς, ab aliis iam occupatum.

8. Pulcre poeta talium mulierum mores describit, quae, simulac conveniunt, statim de viris suis conqueruntur. Quum Gorgo querelam de viae longinquitate in sinum amicae effudisset, haec, eandem cantilenam canens, maritum suum ait hoc domicilium ideo tantum emisse, ut ne facultatem haberet cum amicâ populari saepius garriendi. — ταῦθ', propterea. Cf. Pflugk. ad Eurip. Hec. 13. Spohnius multus est in eo, ut ostendat, ταῦθ' ad ἰλεὸν referre debere. Non enim haec cohaerere: propterea speluncam ille emit, non domum. Non recte vero Spohnius. Nam ille, ut, quod vellet, efficeret, ornatissimum etiam palatium emere poterat, modo remotum esset. Scilicet prae nimiâ cupiditate domicilium mutandi et uxori adversandi non exspectaverat, donec aptius inveniret domicilium, sed hoc gurgustium sumpsit. — ὁ πάραρος, fatuus. De formâ huius vocis egit Valcken. ad h. l., cui adde Matthiae ad Eurip. Troad. 1080. Tom. VIII. p. 99., de significatione praeter eundem Valcken., Blomfield. in glossar. ad Prometh. 371. — ἐπ' ἔσχατα γᾶς, vulgo praecipiunt μέρη cogitandum esse, sed rectius nihil putatur omissum esse. Cf. Schaefer. ad Lamb. Bos. de ellips. p. 222. Nos dicimus: an der Welt Ende. Eadem loquutio apud Themist. Orat. XV. p. 207. A. ἐξ ἐσχάτων εἰς ἔσχατα γῆς. in Oraculo apud Herodot. VII, 140. ὦ μέλεοι, τί κάθησθε; λιπὼν φεῦγ' ἔσχατα γαίης δώματα. De vero tamen huius loquutionis sensu apud Theocritum disceptare possis. Quaeritur enim, utrum haec verba per hyperbolen dicta sint de remotiore urbis parte, an de terrâ Aegypti. Alterum hoc, dixerit fortasse quispiam, non male conveniret Syracusanae mulieri, cui urbs a patriâ urbe remotior non sine contemptu terminus mundi videri appellarique potuerit. Sed rectius, opinor, locus intelligitur ita, ut mulier, more suo rem verbis exaggerans, domum, quae magno ab amicae aedibus intervallo distet, in extremo terrae angulo sitam esse dicat. Quod ut statuam plures rationes me permovent; primum hoc, quod Praxinoe, in suum nunc invectura maritum, non apte convicium proferret, quod in alterius quoque coniugem caderet. Nam Gorgo quoque, Syracusis nata, Alexandriam advecta erat, ut hactenus amica in eâdem conditione versaretur. Tum non credibile est, Praxinoen tantillum honoris habituram fuisse ei loco, cui id debet, ut etiamnunc suavi amicae consortio fruatur. Tandem Alexandria illo tempore omnium bonarum re-

Ἠλεόν, οὐκ οἴκησιν, ὅπως μὴ γείτονες ὦμες
Ἀλλάλαις, ποτ' ἔριν, φθονερὸν κακόν, αἰὲν ὅμοιος.

ΓΟΡΓΩ.

Μὴ λέγε τὸν τεὸν ἄνδρα, φίλα, Δίνωνα τοιαῦτα,
Τῶ μικκῶ παρεόντος· ὅρη, γύναι, ὡς ποθορῇ τυ.

ΠΡΑΞΙΝΟΗ.

Θάρσει, Ζωπυρίων, γλυκερὸν τέκος· οὐ λέγω ἀπφύν.

10. Magna lectionis varietas hoc loco. Plurimi habent: αἰὲν ἐμεῖο, quod cum verbis ποτ' ἔριν coniunctum non aptum sensum habet, docente Spohnio.

11 — 15. Hoc quoque loco multum variant codd. in personarum distinctione. Vulgarem equidem personarum distinctionem retinui, quae Fr. Iacobsio longe accommodatior videtur. Alii v. 13. Gorgoni, 14

rum affluentissima splendoreque regio tam insignis erat, ut omnes ceteras urbes ita superaret, ut insanus tantum aliam urbem cum eâ comparare, nedum ut aliam praeponere posset.

9. ἠλεόν] proprie de lustro ferarum, inprimis de latibulo serpentum. Vid. Valcken. ad h. l. Wuest. — Praxinoe haec addit cum ἤθει, ut mariti stoliditatem etiam disertius significaret. F. I. — ἔλαβε ... ὅπως μὴ ὦμες de coniunctivo post praeteritum vide Rost Gr. §. 122, 9. not. 4.

10. Iunge αἰὲν ὅμοιος ποτ' ἔριν, semper sibi constans in contendendo et adversando. Tum quod maritus audit φθονερὸν κακόν, verte: invidiosum scelus! quasi inviderit uxori felicitatem e viciniâ et consuetudine amicae capiendam. κακόν aliquem dici haud infrequens. Sic Id. XIV, 35. ἐμὸν κακόν.

11 — 15. Nexus hic est: Praxinoe irata acerbis in maritum usa erat dicteriis v. 8 — 10. Zopyrion, parvulus Praxinoes filius, quod patrem suum innui intelligeret, ab ore matris pendens, eius sermonem attento animo exceperat. Hoc animadvertit Gorgo et amicam admonet submissâ voce (μὴ λέγε — ὡς ποθορῇ τυ), ne coram puero talia amplius iactet; tum mater Zopyrionem iubet bono animo esse, sermonem non esse de patre. Gorgo denuo amicae in aures insusurrat: mehercle, puer nos intelligit; simul puerum fallit, altâ voce addens: tuus pater probus vir est. Tum Praxinoe simulat filioli causâ de alio quopiam alius puerili papâ se loqui, vultum tamen ita fingit, ut verum sensum amica facile perspiciat. — Totus locus longe venustissimus est, quod poeta egregie et ad ipsam naturam mores talium mulierum nobis depingit. Hoc etiam ingenio atque rationi mulieris optime convenit, quod licet Dinonis nomen obscurum esse non posset praesentibus, id tamen non reticeat.

12. γύναι] haec vox minime est increpantis, sed blande ac comiter alloquentis: o carissima! Hoc aeque usitatum atque id, quod v. sq. puerum γλυκερὸν τέκος appellet Gorgo, licet non sit eius mater.

14. ναὶ τὰν πότνιαν] per venerandam deam. Proserpinam intelligit, per quam mulieres, et maxime quidem Siculae, iurare consueverant. — ἀπφύς pater dicitur in puerorum ore, qui dimidiata verba tentant; Latinis papa.

15. ἀπφὺς τῆνος] papa quidem ille, de quo agimus, neque vero noster. — πρώαν. Haec vox in eodem versu modo produ-

ΓΟΡΓΩ.

Αἰσθάνεται τὸ βρέφος, ναὶ τὰν πότνιαν· καλὸς ἀπφύς.

ΠΡΑΞΙΝΟΗ.

Ἀπφὺς μὰν τῆνος πρώαν (λέγομες δὲ πρώαν θὴν
Πάντα) νίτρον καὶ φῦκος ἀπὸ σκανᾶς ἀγοράσδων,
Κῆνθε φέρων ἅλας ἄμμιν, ἀνὴρ τρισκαιδεκάπαχυς.

Praxinoae tribuunt, priore versu λέγει reponentes. Porro Spohnius v. 11. ita exhibet: φίλα, τοιαῦτα, Δίνωνα. Sed pauciores codd. ita legunt, et verba sunt nimis abrupta et divulsa. Tandem monendum, v. 14. nos cum Meinekio scripsisse τὰν πότνιαν pro vulgato τὰν πότναν, ob Hermanni praeceptum ad Eurip. Bacch. v. 367. Illud iam Valckenaerio ob codd. consensum genuinum est visum.

cta modo correpta legitur. Vid. annot. ad Id. VI, 19. — λέγομες δὲ πρ., ac nuperum tantum dicimus. Haec quoque verba pueri decipiendi causâ adduntur, matre de re nuper factâ ita loquente, ut eam iam diu ante factam dicat. F. I.

16. Iam exemplum profert malignitatis mariti sui. Etenim quum natrum et fucum eum emere iussisset, salem retulit domum, i. e. pro re inutili utilissimam quidem, sed mulieris mandato minime convenientem. — νίτρον. Cave ne credas id eum nitro nostrae aetatis convenire, sed est potius natrum sive sal alcalinus mineralis, quem hodie vocant. Vid. Creuzer. Commentatt. Herod. I. p. 42 sq., quem excitavit Spohn. — ἀπὸ σκανᾶς. In nundinis, omnino ubi hominum esset celebritas, tentoria vel casas defigebant venditores, in quibus merces suas exponerent. Vid. Casaub. ad Theophr. Char. c. 23. ad Athenae. IV, 20. p. 301. Valcken., qui hos locos attulit, recte addit, eo tempore quo instaret pompa regia Adoniorum, magnam haud dubie hominum frequentiam Alexandriae convenisse, quae multos etiam mercatores in hanc urbem deduxerit.

17. κῆνθε φέρων] nota hanc structuram ἀγοράζων καὶ ἦλθε φέρων· ad prius participium iam verbum exspectabas quale ἔλαβε. Similis licentiae exemplum in Xenoph. Memorr. I, 1, 5. ἐδόκει ἂν ἀμφότερα ταῦτα, εἰ προαγορεύων ὡς ὑπὸ θεοῦ φαινόμενα κἆτα ψευδόμενος ἐφαίνετο., quo loco Heindorf. quoque usus est ad Theocriti versum tuendum. Alia est ratio. Id. IV, 60., ad quem Kiessl. provocat. — ἅλας. Recte, opinor, Fr. Iacobs. Ruhnkenii sententiam amplexus, de his verbis ita scribit: maritum uxor miserat, ut quae ad faciem faciendam essent idonea emeret; ille, ni fallor, pro fuco salem, rem domestico usui accommodatiorem, emit, non ob ignorantiam rei, sed ob invidiam aliquam et ut coniugem suaviter irrideret. — Aliter hunc locum accipit Kiessl., ex cuius sententiâ maritus Praxinoes, quum natrum et fucum emere iussus esset, adeo se decipi passus fuerat a seplasiario, ut illarum rerum loco salem, i. e. nitrum vilissimi generis, quod salis, non nitri et fuci nomine dignum esset, domum detulit; quo summa viri stoliditas notaretur, qui merces vilissimas et sordidas coëmisset. Cui rationi quae obstant duo inprimis sunt. Primum quod in omnibus, quae adversus maritum profert mulier irata, non tam id spectatur, ut hominis stultitia appareat, sed ut eius animus

ΓΟΡΓΩ.

Χῶμὸς ταὐτά γ' ἔχει, φθόρος ἀργυρίω, Διοκλείδας·
Ἑπταδράχμως κυνάδας, γραιᾶν ἀποτίλματα πηρᾶν,
Πέντε πόκως ἔλαβ' ἐχθές· ἅπαν ῥύπον, ἔργον ἐπ' ἔργῳ.
Ἀλλ' ἴθι, τὠμπέχονον καὶ τὰν περονατρίδα λαζεῦ.
Βᾶμες τῶ βασιλῆος ἐς ἀφνειῶ Πτολεμαίω,

19. Recentiores omnes ante Spohnium ἑπτὰ δραχμῶν. Nostram lectionem, omnium codd. auctoritate firmatam, primus ex recentt. recepit Meineke.

24. Verba ἐν ὀλβίῳ ὄλβια πάντα, quae alii Praxinoae tribuunt, cum Spohnio et Meinek. Gorgoni adsignavimus.

25. Locus multis dubitationibus obnoxius, necdum persanatus. Vulgata plurimorum codd. lectio haec est: ὢν εἶδες, χὤν εἶπας ἰδοῖσα κ. τ. λ. Quas alii inierint emendandi vias si quis curiosus velit cognoscere, is evolvat Halensem Ioh. Aug. Iacobsii editionem. Unum addere liceat quod Bornemann. ad Xenoph. Conviv. p. 148. proposuit:

malignus cognoscatur. Deinde non credam, ex graecae linguae indole ἅλας sic de fuco vilissimi generis dici posse. — ἀνὴρ τρισκαιδ., longurio, qui quantus est, bardus et fatuus est. Nempe, ut agunt mulieres, quae ira obcaecatae tantum non omnia in unum aliquem, quem odio habent, cumulant, ad malignitatis criminationem nunc stultitiae quoque addit.

18 — 20. Eiusdem ingenii atque indolis, inquit Gorgo, est meus maritus, pernicies argenti; qui heri quinque ovium vellera pessimae conditionis septenis drachmis emit. Enorme vero pretium, si cogitas ovem circiter decem drachmarum pretio Alexandriae emi potuisse, selectissimae vero ovis pretium in hac urbe non ultra XVI. drachmarum numerum constitisse. Vid. Spohn., qui docte de pretio, quod his rebus tum Alexandriae statutum fuerit, disputat. Ut hoc addam, VII. drachmae Alexandrinae, si ad monetae Germanicae rationem referre velis, efficiunt fere duos thaleros et sedecim grossos. — φθόρος ἀργ. Ita Graecis ὄλεθρος, βάραθρος, τύμβος, Latinis pernicies, exitium, pestis adhibetur.

19. κυνάδας] pilos caninos et veterum perarum lacinias, quas pelles istas nominat, ipsi vellerum nomini praemittit, ut ingenti illo pretio posito stultitia viri tanto magis elucescat. — γραιᾶν plane ut γεραιός et γέρων etiam de rebus dicitur, quod nonnullis fraudi fuit. Vid. annot. ad Id. VII, 17, 20. — ἅπαν ῥύπον, totum ex sordibus constans, i. e. nil nisi sordes. ῥύπον a nominativo ῥύπος descendit; neutrum autem ἅπαν masculino ῥύπον per appositionem adiectum, quod ab usu Graecorum non abhorret. Vid. Passov. über Anl. der. Wört. p. 73. Lobeck ad Phrynich. p. 150. Buttmann. Gr. ampl. I. p. 216. Matth. Gr. §. 437. not. 3. p. 818. nominativum quidem ῥύπος defendit, adiectum tamen ἅπαν eâdem ratione explicat. Qui, quod cum aliis ad hanc formam tuendam Photium et Suidam affert, non videtur idoneo argumento usus esse, quo vitiosa apud Theocritum forma defendatur.

21. Iam Gorgo hortatur amicam, ut secum eat in aulam. — τὠμπέχονον est vestis interior, propria mulierum Doriensium, quae

Θασόμεναι τὸν Ἄδωνιν· ἀκούω χρῆμα καλόν τι
Κοσμῆν τὰν βασίλισσαν· ἐν ὀλβίῳ ὄλβια πάντα.

ΠΡΑΞΙΝΟΗ.

Ὧν εἶδες χὤν εἶπας ἰδοῖσα τὺ τῷ μὴ ἰδόντι.

ΓΟΡΓΩ.

Ἕρπην ὥρα κ' εἴη· ἀεργοῖς αἰὲν ἑορτά.

ὧν εἶδες, τῶν εἶπ' ἱςιδοῖσα τὺ τῷ μὴ ἰδοντι, hoc sensu: de quibus vidisti, de iis narra ut testis oculata ei, qui non vidit. Meineke coniecturam Toupii et Eldickii recepit: ὧν ἴδες ὧν εἴπαις κεν ἰδοῖσα τὺ τῷ μὴ ἰδ. Quae quidem lectio tametsi nobis prae aliis arridet, tamen utpote in loco desperato cum Boisson. vulgatam reliquimus intactam.

26. ἕρπην] oblatum hoc a plurimis codd. praetuli vulgatae ἕρπειν. Vid. Buttmann. Gr. ampl. I. p. 366. — Verba ἀεργοῖς αἰὲν ἑορτά Meineke Praxinoae tribuere malit quam Gorgoni, quod sequentia abruptius a Praxinoâ dicantur.

fibulis ad pectus constringebatur. Duobus constabat pannis et anteriori et posteriori; ad latera aperta erat. Cf. Herodot. V, 87, 88. Fr. Iacobs. Animadv. in Anthol. Tom. II. P. I. p. 76.

24. τὰν βασίλισσαν] formam βασίλισσαν pro βασίλειαν Attici quidem scriptores non frequentant, eadem vero in Alexandrinorum scriptis et in Ptolemaeorum monumentis saepe obvia. Vid. Sturz de dialect. Maced. p. 153. Lobeck. ad Phryn. p. 225. — Nec mirum, addit Gorgo, reginam ad festum celebrandum multa conferre; apud opulentos enim sunt opulenta omnia.

25. Multa molitus nihil reperi, quod mihi satisfaceret. Tandem Fr. Iacobs. sic expedivit hunc locum, ut eius rationem unice amplectendam esse mihi persuaserim. Is igitur haec scribit: vera videtur lectio a Meinekio in ordinem recepta; non tamen existimaverim Praxinoam narrationem rei ab amicâ exspectare. Unde enim suspicetur illam iam aliquid de festo vidisse? Est potius proverbialis loquutio: eundum est, ut ipsae rem videamus; de iis enim, quae ipse vidisti oculis, aliis, qui non viderunt, narres. Est igitur in his verbis cupiditatis significatio, excitatae illius verbis Gorgus: ἀκούω χρῆμα καλόν τι κοσμῆν τὴν βασίλισσαν; ad quae respondet dicens: Facile hoc credo, nam apud opulentos opulenta omnia. Verum de his tum demum recte statuis, quum videris. Eamus igitur; tum, ut est in proverbio, aliis quoque quae vidimus narrare poterimus. Ita simul intelligis, qui fit, ut masculinum genus τῷ μὴ ἰδόντι positum sit. Cf. annot. ad Id. XI, 75.

26. ἀεργοῖς αἰὲν ἑορτά] otiosis sunt semper feriae, i. e. otiosis semper suppetit otium ad confabulandum; nos vero, quae ad Adonidem spectandum exire volumus, festinare iam oportet. Apte haec verba, ni fallor, a Gorgone efferuntur. Idem censet de personâ, cui tribuantur haec verba, aliter iudicans de interpretatione Fr. Iacobs., qui haec scribit: vulgaris distinctio bene convenit Gorgoni festinationem suadenti. Huic exhortationi parens Praxinoe, abrupto cum amicâ colloquio, ancillam iubet quae res requirat ocius afferre.

ΠΡΑΞΙΝΟΗ.

Εὐνόα, αἶρε τὸ νᾶμα, καὶ ἐς μέσον, αἰνόθρυπτε,
Θὲς πάλιν· αἱ γαλέαι μαλακῶς χρήσδοντι καθεύδεν·
Κινεῦ δή, φέρε θᾶσσον ὕδωρ· ὕδατος πρότερον δεῖ.
Ἆδ' ὡς νᾶμα φέρει· δὸς ὅμως· μὴ πουλύ, ἄπληστε,
Ἔγχει ὕδωρ· δύστανε, τί μευ τὸ χιτώνιον ἄρδεις;
Παῦσαι. ὁποῖα θεοῖς ἐδόκει, τοιαῦτα νένιμμαι.

37. Kiessl. προτέθηκα.

27—31. Locus valde impeditus et ita comparatus, ut omnibus satisfacere sperare liceat nemini. Mihi, omnibus diligenter perpensis, hoc maxime probabile visum est cum Spohnio: Praxinoë, ab Gorgone excitata, ut festinaret, nunc subito properat, ut lavetur. Mulier igitur, quae loquendi finem antea invenire non poterat, nunc, ut imperiosae mulieres facere solent, ancillam urget atque increpat, quae ad desiderium instantis dominae non satis festinat. Maximâ autem celeritate et linguae volubilitate singula haec mandata tibi cogita prolata: αἶρε τὸ νᾶμα, tolle laticem inde, ubi nunc est, eumque rursus pone hûc loci. Aquam duabus vocibus, quod fortasse quempiam offendat, νᾶμα et ὕδωρ dicit. Huius rei causam Spohnius quidem attulit hanc: omnis res quum Alexandriae agatur, de aliâ quam de Niliacâ aquâ sermonem esse non posse. Hanc autem propter coeli temperiem in vasis inclusam loco frigido ideoque remoto servatam fuisse, ne calefieret. Vocabulo νᾶμα igitur illam aquae in vase reconditae copiam intelligere Praxinoën; per ὕδωρ vero designari eam, quae iam in usum afferatur. Verum Fr. Iacobsio haec causa, quâ eiusdem rei significatio per diversa vocabula explicetur, non satisfacit. Malim, acute observat, existimare, poetam ridere mulierum sermonem, quae vocabula minus usitata, ut h. l. νᾶμα, cum vulgaribus miscent; illis utentes, quum se aliquid videri volunt, his, ubi partium susceptarum oblitae vulgarem sequuntur consuetudinem. Praxinoë certe νᾶμα dicit, ubi dominae iubentis personam agit; ὕδωρ, ubi irâ incensa loquitur. — Pergit domina ἐς μέσον θὲς πάλιν, ad manus iterum mihi pone. ἐς μέσον signif. in viciniâ, in propinquo, ut ad manus habeam. Vid. Spohn. Recte Fr. Iacobs hanc eiusdem imperii repetitionem habet, quae res probe convenit mulieri, sibi placenti in imperando. Quae interpretatio si vera est, ut nobis certe videtur esse, facile careas subtili Spohnii disputatione de usu particulae πάλιν. — Superba domina, ad cuius exspectationem lentius iret Eunoa, admodum stomachosa, sane quidem, eam inclamat, felibus suaviter dormiendum est. Comparatur hoc proverbio ancilla segnis cum fele, ut sensus sit: nihil agere et quieti totas se dare malunt ancillae delicatae et molles, felum instar. Haud abs re fuerit monere, nos quoque, etsi non ob mollitiem, quam hîc perstringit domina, ancillulas cultiores et delicatas gynaecei feles vocare. Eum, quem nos cum Valcken., Fr. Iacobsio et Spohnio statuimus sensum proverbii, comprobat adiectum αἰνόθρυπτε, quo perdite delicatam, mollem significat, quae prae segnitie nihil velit agere. — Iam magis effervescens κινεῦ δή κτλ. ancillae acclamat Praxinoë: move te ocius, af-

'Α κλὰξ τᾶς μεγάλας πᾶ λάρνακος; ὧδε φέρ' αὐτάν.

ΓΟΡΓΩ.

Πραξινόα, μάλα τοι τὸ καταπτυχὲς ἐμπερόναμα
Τοῦτο πρέπει· λέγε μοι, πόσσω κατέβα τοι ἀφ' ἱστῶ;

ΠΡΑΞΙΝΟΗ.

Μὴ μνάσῃς, Γοργοῖ· πλέον ἀργυρίω καθαρῶ μνᾶν
Ἢ δύο· τοῖς δ' ἔργοις καὶ τὰν ψυχὰν ποτέθηκα.

fer aquam; aquâ opus est, antequam aliud quid agam (πρότερον). — Interea ancilla sublatum illud aquae vas affert; sed irâ et convieiis dominae perturbata rem sinistre agit, unde nova conviciandi materia. Hoc unum Praxinoë agit, ut coram amicâ imperium in ancillam exerceat. — Scilicet misera Eunoë paullo plus aquae infundit; ei igitur hera, ne nimium infundat, imperat. Cessantem adeo denuo excitat. Nunc plusculum etiam quam antea infundit, et ipsam vestem dominae conspergit; quae ob id indignata eam rursus increpat. — Ad verba δὸς ὅμως Fr. Iacobs. comparat Sophron. apud Athen. IX. p. 409. A. τάλαινα Καικόα, κατὰ χειρὸς δοῦσα, ἀπόδος ποθ' ἁμῖν τὰν τράπεζαν.

32. Valcken., cuius explicationem probo, ita accipit: nondum se ex animi sententiâ lotam comtamque vult existimari; sed nunc se hoc Catone contentam esse debere dicit, diis ita volentibus. Aliter vero Kiessl., cui Praxinoë tandem lota est et comta ex animi sententiâ, ut sic purgata ipsis diis probetur.

33. Vestem ut induat, ab Eunoë clavis cistae affertur; qua apertâ vestem promit et induit. Hinc Gorgo novam confabulandi materiam petit. Laudat enim novam vestem deque pretio et labore conficiendi quaerit. — τᾶς λάρνακος. λάρναξ i. q. κιβωτός, cista, in qua vestes recondi solebant.

34. τὸ κατ. ἐμπ.] per haec verba eadem vestis designatur, quam v. 21. περονατρίδα dixerat.

35. πρέπει] bene tibi sedet haec vestis, s. valde facit ad tuum corpus. — κατέβα, quanti constans tibi de telâ descendit, h. e. quanto detexta tibi constitit. Ad usum verbi καταβαίνειν perspiciendum opus est teneamus telam apud veteres in altum erectam stetisse, non vero uti apud nos per transversum fuisse expansam, ita ut opus perfectum de telâ deorsum depromeretur. Hoc quoque iam observatum a Spohnio.

36. Praxinoë ἀκκίζεται, libenter enim immoratur commemorationi vestis et pretiosae et magno studio contextae. F. P. — Noli, inquit, hoc mihi in memoriam revocare. Impendi plus quam duas minas argenteas et insuper ipsa tota fui in hoc opere conficiendo. Igitur lanam tantum et cetera ad opus necessaria, fila fortasse purpurea atque aurea, coemerat; ipsa fuerat opifex. — Duae minae argenteae efficiunt ferme XLV thaleros; vid. Boeckh. Staatshaush. Tom. I. p. 16. Quod pretium magnum quidem, sed non nimium esse fateberis, quum reputaveris purpuram (i. e. si recte coniicio, tantum purpurae, quantum ad unam vestem tingendam opus est) Athenis tribus minis constitisse. Vid. Boeckh. l. d. p. 116.

37. ἢ δύο] ἢ post comparativum hic non redundat. μνᾶν enim

ΓΟΡΓΩ.

Ἀλλὰ κατὰ γνώμαν ἀπέβα τοι.

ΠΡΑΞΙΝΟΗ.

Ναί· καλὸν εἶπας·

Τὠμπέχονον φέρε μοι καὶ τὰν θολίαν· κατὰ κόσμον
Ἀμφίθες· οὐκ ἀξῶ τυ, τέκνον· μορμώ, δάκνει ἵππος.
Δάκρυ' ὅσσ' ἐθέλεις· χωλὸν δ' οὐ δεῖ τυ γενέσθαι.
Ἕρπωμες. Φρυγία, τὸν μικκὸν παῖσδε λαβοῖσα,

38. **Valcken.** πᾶ ποκ' ἔλειπες ex **Eldickii** coniecturâ, quam **Meinek.** quoque recepit. Nostram lectionem sistunt codd.

41. Vulgatum δάκρυε ὅσσ' ἐθ. iam correxit **Porsonus.**

43. Post κάλεσον colon posui. Aliqua inter haec duo mandata pausa cogitanda est, siquidem cane demum intus vocato porta clauditur.

46. Colon, vulgo post ἔργα positum, mutavi in comma, et pleniorem interpunctionem post ὦ τεκών posui, utrumque ex verissimâ Pas-

est genitivus pretii. Vid. **Matth.** Gr. §. 560. not. 2. p. 845. Cf. annotat. ad Id. XX, 27. — τὰν ψυχ. ποτ., animam operi impendi; ich habe mein Leben darangesetzt. Cf. **Fr. Iacobs.** ad Philostr. Imagg. II, 6. p. 434.

38. Praxinoë sumptum ac laborem, quem vesti conficiendae impendisset, admodum operose commemoraverat, ut Gorgo facere non posset, quin eius dexteritatem laudaret. Lubens hanc laudem, quam ipsa quasi provocavit, accipit et approbat, ναί· καλὸν εἶπας dicens: sane, pulcra est vestis; recte dixisti. **Fr. Iacobs.** quoque hanc lectionem probat. Refert ille hanc loquutionem ad breviloquentiam, quae in verbis dicendi et interrogandi non infrequens est. Respondere utique debebat Praxinoë ad Gorgonis, vestem laudantis, verba, antequam orationem ad ancillam converteret, facitque hoc, ἀκκισμῷ, quo antea usa fuerat, omisso.

39. Tandem res eo pervenit, ut ad comtum nihil desideretur, nisi palla et petasus; utrumque, imperante dominâ, affertur ab ancillâ. — τὰν θολίαν dubitant, utrum fuerit petasus an umbella; prius equidem praetulerim. Id certe constat τὰν θολίαν ex viminibus contextam fuisse. Quae sequuntur κατὰ κόσμον ἀμφίθες tantum ad pallam referri debere videntur.

40. Post plurimos conatus iam abiturae sunt mulieres. Zopyrion matrem lacrimis prosequitur, unâ cum matre in plateam exire gestiens. Instanti filiolo voce μορμώ terrorem incutere studet; videtur nostrum esse Wauwau! **Vossius** non male: Bubu da!

41 — 43. Lacrimante parvulo, quod domi sibi sit manendum, plora, inquit, quantum vis, claudum tamen te fieri nolo. Tum parvulum nutrici Phrygiae commendat, canem iubet intro vocari, portam claudi. — παῖσδε λαβ., puerulum assume eumque oblecta ludendo. — τὰν αὐλείαν, vestibuli ianuam, quam canis custodiebat. Omnis copula deest; imperiosam dominam decet singula mandata carptim iacere.

44. Scena mutatur. Prodimus iam in publicum cum bonis mulieribus, in quarum comitatu sunt ancillae Eunoë et Eutychis. Praxinoae, quae nondum viderat turbam, apte hoc datur a poetâ ne-

Τὰν κύν' ἔσω κάλεσον· τὰν αὐλείαν ἀπόκλαξον.
Ὦ θεοί, ὅσσος ὄχλος· πῶς καὶ πόκα τοῦτο περᾶσαι
Χρὴ τὸ κακόν; μύρμακες ἀνάριθμοι καὶ ἄμετροι.
Πολλά τοι, ὦ Πτολεμαῖε, πεποίηται καλὰ ἔργα,
Ἐξ ὧ ἐν ἀθανάτοις ὁ τεκών· οὐδεὶς κακοεργὸς
Δαλεῖται τὸν ἰόντα παρέρπων Αἰγυπτιστί·
Οἷα πρὶν ἐξ ἀπάτας κεκροταμένοι ἄνδρες ἔπαισδον,

sovii correctione, quam vir doctissimus in literis benevole mecum communicavit. Ex vulgari distinctione loco vituperium inest patris defuncti, quod Theocritus ponere nec voluit nec potuit: ex quo pater tuus mortuus est, itinera sunt tuta, h. e. patre tuo vivo viae erant infestae. Mutatâ vero ad Passovii rationem interpunctione haec evadit sententia: multa praeclare abs te facta sunt, ex quo patrem in deos transscripsisti, h. e. ex quo regnas.

gotium, ut in voces subitas prorumpat: o dii boni! quanta est turba! quomodo et quando licet hoc malum superare!

45. ἀνάριθμοι] α in antepenultimâ syllabâ productum, quod Ionibus quoque ἀνήριθμος dicitur. Wuest. — ἄμετρος et ἀμέτρητος numeri auget notionem, nihil ceterum diversum ab ἀνάριθμος. ἀμετρήτων στόλος ἀνδρῶν. Nonn. Dion. XIII. p. 358, 8. Macedon. Epigr. II. γῆρας ἀμετρήτῳ ῥυτίδι πληθόμενον. F. I.

46. Ptolemaeus quem hic dicit, est Ptol. Philadelphus, qui patrem Ptolemaeum Sotera, Lagi filium, et matrem Berenicen in deorum numerum retulit.

48. In turbam se immiscens Praxinoë, ubi, quippe inter Aegyptios versans, non omnis periculi et offensionis olim expers fuisset futura, publicam, quae nunc sit, viarum securitatem laudat eamque inter beneficia Ptolemaei refert. Aegyptios famosos olim fuisse ob fraudes et latrocinia satis constat; hinc minime mirandum eos subinde viatores fraudulento modo aggressos esse atque decepisse. Aeschyl. fragment. incert. 42. δεινοὶ πλέκειν τοι μηχανὰς Αἰγύπτιοι. Cf. Bergler. ad Aristoph. Nubb. 1124. Kuester ad Thesmoph. v. 922. — Adverbium Αἰγυπτιστί, monente Kiessl., non cum solo participio παρέρπων coniungendum, sed ad totam enuntiationem referendum.

49. ἐξ ἀπ. κεκρ.] homines fraudulenti, ex dolis conflati. — ἔπαισδον. Fr. Iacobs. affert Dion. Chrys. in Orat. XXXII. p. 653., qui Alexandrinos alloquutus, ἐπειδή, ait, παίζοντες ἀεὶ διατελεῖτε — καὶ παιδιᾶς μὲν καὶ ἡδονῆς καὶ γέλωτος, ὥστ' εἰπεῖν, οὐδέποτε ἀπορεῖτε. Apud Theocritum vero παίζειν in peiorem sensum adhibitum videtur de quavis fraudulentâ actione. Equidem crediderim leniore hoc vocabulo ipsos fortasse Aegyptios usos esse, quo pravam, cui dediti essent, consuetudinem quodammodo colorarent. Quod si verum statueris, acerbius nihil a Syracusanâ muliere dici potuisse in invisos sibi Aegyptios fateberis. — Verba sequentia alii aliter interpretantur. Sunt enim qui cum Scholiastâ coniungunt ἔπαισδον κακὰ παίγνια, pravum lusum luserunt; sunt alii qui κακὰ παίγνια ad ὁμαλοί referunt. In illorum numero est Spohnius, in horum Kiessl. Est tandem tertia ratio, quae mihi amplectenda videtur cum

Ἀλλάλοις ὁμαλοί, κακὰ παίγνια, πάντες ἐρειοί.
Ἀδίατα Γοργοῖ, τί γενώμεθα; τοὶ πτολεμισταὶ
Ἵπποι τῶ βασιλῆος· ἄνερ φίλε, μή με πατήσῃς.
Ὀρθὸς ἀνέστα ὁ πυῤῥός· ἴδ' ὡς ἄγριος· κυνοθαρσὴς
Εὐνόα, οὐ φευξῇ; διαχρησεῖται τὸν ἄγοντα.
Ὠνάθην μεγάλως, ὅτι μοι τὸ βρέφος μένει ἔνδοι.

ΓΟΡΓΩ.

Θάρσει, Πραξινόα· καὶ δὴ γεγενήμεθ' ὄπισθεν·
Τοὶ δ' ἔβαν ἐς χώραν.

ΠΡΑΞΙΝΟΗ.

Καὐτὰ συναγείρομαι ἤδη.
Ἵππον καὶ τὸν ψυχρὸν ὄφιν ταμάλιστα δεδοίκω
Ἐκ παιδός. σπεύδωμες· ὄσος ὄχλος ἄμμιν ἐπιῤῥεῖ!

ΓΟΡΓΩ.

Ἐξ αὐλᾶς, ὦ μᾶτερ;

50. πάντες ἐρειοί] plurimas haec vox, quae in omnibus codd. legitur, peperit coniecturas. Vossius coniecit, probante Passovio, πάντες ἐλειοί, lauter Rabengesindel.
55. Vulgo ἐνδοῖ. Vid. quae diximus ad v. 1.

Fr. Iacobsio in Animadv. in Anthol. Tom. II. P. III. p. 47., Passovio in lex. s. v. παίγνιον et Meinek., quantum ex huius interpunctione colligi potest, ut commate post ἔπαισδον posito versus 50 tria diversa convicia contineat; sunt enim Aegyptii ἀλλ. ὁμαλοί, omnes sibi similes, κακὰ παίγνια, mali impostores, πάντες ἐρ., omnes nequam. παίγνια tunc nove dictum de iis, qui alios ludibrio habent; dictionis insolentiam excusabit cum multis aliis quotidiani sermonis usus. — Adiectivum ἐρειοί novum in Aegyptios convicium continere debet. Sed significatio est incerta, quum nusquam alibi exstare videatur, nisi, animadvertente Hemsterhusio, in versu Eubuli apud Athen. p. 108. B., ubi tam lectio quam significatio incerta est.

51. τί γενώμεθα;] quid fiet de nobis? — τοὶ πτολ. ἵπποι, equi bellatores regii, quibus rex in bello utitur.

52. Haec verba μή με πατ. ad praetereuntem quempiam convertit, qui ipse paullulum de viâ declinans propius forte ad ipsius corpus pedesve allisus erat.

53. ὀρθ. ἀν.] pedibus anterioribus se attollit in altum.

54. κυν. Εὐν.] nominativus vocativi locum obtinet, quod nos Germani quoque imitamur, quum indignantes aut imperantes loquimur. Vid. Erfurdt. ad Oedip. Tyr. 1446. ad Aiac. 89. Fr. Iacobs. in comment. ad Achill. Tat. p. 466. Matth. Gr. §. 312. p. 614. Bernhardy Syntax p. 67. Cf. Id. V, 102. Osann. Auctar. p. 130. — διαχρ. τὸν ἄγ., perimet ductorem. Accipe hoc ultimum de agasone regio, qui equum manu ducebat.

55. ὠνάθην] pro ὠνήμην, quem aor. pass. neque Attici respuunt.

ΓΡΑΥΣ.
Ἐγών, ὦ τέκνα.
ΓΟΡΓΩ.
Παρενθεῖν
Εὐμαρές;
ΓΡΑΥΣ.
Ἐς Τροίαν πειρώμενοι ἦνθον Ἀχαιοί,
Κάλλιστα παίδων· πείρᾳ θὴν πάντα τελεῖται.
ΓΟΡΓΩ.
Χρησμὼς ἁ πρεσβῦτις ἀπῴχετο θεσπίξασα.
ΠΡΑΞΙΝΟΗ.
Πάντα γυναῖκες ἴσαντι, καὶ ὡς Ζεὺς ἀγάγεθ' Ἥραν.
ΓΟΡΓΩ.
Θᾶσαι, Πραξινόα, περὶ τὰς θύρας ὅσσος ὅμιλος.
ΠΡΑΞΙΝΟΗ.
Θεσπέσιος, Γοργοῖ· δὸς τὰν χέρα μοι· λαβὲ καὶ τύ,

61. In aliquot codd. vetula hic inducitur ionicâ dialecto utens. Ionicas vero formas cur hic inferamus, causa non apparet idonea.

66. Vulgo Θεσπέσιος. Γοργοῖ δὸς κ. τ. λ. Interpunctionem mutavimus a Passovio moniti.

Vid. Buttmann. Gr. ampl. II. P. I. p. 199.

56. γεγ. ὄπισθεν] pone eos sumus, h. e. eos superavimus.

57. ἐς χώραν] in suum quisque locum recesserunt. Fr. Iacobs. haec animadvertit: κατὰ χώραν εἶναι, quietum esse. Aristoph. Plut. 367. οὐδὲ τὸ βλέμμ', αὐτὸ κατὰ χώραν ἔχει, i. e. κατὰ τὸ καθεστηκὸς καὶ ὡς δεῖ. Plutarch. Tom. II. p. 364. E. τὰ μὲν ἀπόῤῥητα κατὰ χώραν ἐῶμεν. Cf. Kiessl.

58. τὸν ψυχρὸν ὄφιν] frigidum anguem. Perpetuum hoc serpentum epitheton. Vid. Welcker. ad Theogn. 1072. p. 132. — δεδοίκω, vid. Buttm. Gr. ampl. T. II. P. I. p. 21.

60. Ex multitudine redeuntem iam e domo regiâ vetulam interrogat Gorgo, quae ducis partes agit: ex aulâ, mea mater? — Affirmantem denuo rogat, an facile sit intrare. Velut vaticinium canens respondet vetula: in urbem Troiam conantes pervenerunt Graeci, filiarum pulcherrima. Loquutio illa proverbialis fuisse videtur, qua rem difficilem esse festiva anus significat.

64. Ridens Gorgo ambigua vetulae verba χρησμώς appellat; sententiam vero in mulierum laudem exornat: omnia mulieres nosse, etiam quomodo Iuppiter Iunonem duxerit, h. e. recondita omnia tenent mulieres. Recte comparatur Plautinum Trinum. I, 2, 168. Sciunt quod Iuno fabulata est cum Iove. Haud multum igitur abest, quin ad mulieres translatum suum fecerit Praxinoë Homericum θεοὶ δέ τε πάντα ἴσασιν (Odyss. IV, 379.). Ceterum Boettiger in libro de Ilithyiâ haec καὶ ὡς Ζεὺς ἀγάγεθ' Ἥραν ad mysticas ceremonias refert.

66. Iam videmus mulieres domo

Εὐνόα, Εὐτυχίδος· πότεχ' αὐτᾷ, μὴ τὺ πλανηθῇς.
Πᾶσαι ἅμ' εἰςένθωμες· ἀπρὶξ ἔχευ, Εὐνόα, ἁμῶν.
Ὦ μοι δειλαία, δίχα μευ τὸ θερίστριον ἤδη
Ἔσχισται, Γοργοῖ. ποτ τῶ Διός, εἴ τι γένοιο
Εὐδαίμων, ὦ ῎νθρωπε, φυλάσσεο τὠμπέχονόν μευ.

ΞΕΝΟΣ.

Οὐκ ἐπ' ἐμὶν μέν, ὅμως δὲ φυλάξομαι.

ΠΡΑΞΙΝΟΗ.

Ἀθρόος ὄχλος·
Ὠθεῦνθ' ὥςπερ ὕες.

75. Vulgo χὀικτίρμονος. Correxit Meineke. Eiusdem emendationem versu sq. sequuti sumus; vulgo interpungitur ὦ δειλά, τὺ βιάζευ. — Vers. 77. ἔνδοι scripsimus pro ἐνδοῖ. Vid. annot. ad v. 1.

78. Post ἄθρησον colon posui. Sequentia exclamationis loco sunt

regiae appropinquare. Ne in introitu altera aberret ab alterâ, Praxinoë Gorgonis manum prehendit; idem praecipit Eunoae: πότεχ' αὐτᾷ, recte Kiessl. explicat: attende ad eam. — Ancilla levior circumspicit curiosa, quid in viciniâ agatur; hinc denuo inculcat domina: ἀπρὶξ ἔχευ, firmiter adhaereto nobis.

69. In ipsis regiae foribus turbâque maximâ vestis Praxinoës laceratur. — Quaerunt, quid sit θερίστριον. Recte statuunt Kiessl. et Spohn. idem esse, quod v. 71. τὸ ἀμπέχονον. Hoc enim generalius nomen est de quavis veste, quae iniicitur corpori ideoque ampla est atque spatiosa. Eius duae sunt species, altera aestiva, levius ideo et tenuius vestimentum, τὸ θερίστριον; altera hiberna, crassius vestimentum, τὸ χείμαστρον. Pro ἀμπέχονον eodem sensu etiam περίβλημα, περιβόλαιον, ἀναβολή, ἀναβόλαιον, ἀναβολάδιον dicebatur.

71. Hominem prope se stantem rogat atque orat, ut caveat, ne palliolum suum pessumdet. Ceterum Fr. Iacobs. animadvertit non probabile esse τὸ ἀμπέχονον syrma traxisse, ita ut pedibus calcari potuerit. Sed undique truditur et propellitur Praxinoë, ita ut a terendo et quassando timuerit vesti. Attende autem ad vividam vim orationis Praxinoae, quae, ut vesti suae parcatur, obsecrationibus et obtestationibus utitur iis, ut de vitae salute agi existimes. — Interiecta verba εἴ τι γέν. εὐδαίμων vertunt: utinam sis felix, quod ne sensui quidem aptum. Debebant ita: si felix fieri vis.

72. Iamiam cogita hospitem valde officiosum non tantum vesti, quod rogatus fuerat, pepercisse, sed adiuvisse etiam mulieres in progrediendo. Hinc urbanitatis caussâ pauca cum eo loquutura Praxinoë verba ἀθρόος — ὕες ad eum convertit. Tandem turbâ superatâ ἐν καλῷ εἶμες hospes ait, in salvo sumus, in locum, ubi non amplius tundamur, pervenimus.

74. Faustissima quaeque, gratias actura, in futurum tempus ei apprecatur Praxinoë. — κεἰς ὥρας, in sequentem annum. Vid. Passov. Lex. Sic Itali quoque, quod opportune observat Fr. Iacobs., bona sibi precantur dicentes: buon giorno, e buon anno! — φίλ' ἀνδρῶν. Observa hoc dicendi genus, quod apud poetas non infrequens est. Aristoph. Ran. 1081. ὦ σχέτλι' ἀνδρῶν. Vide

ΞΕΝΟΣ.

Θάρσει, γύναι· ἐν καλῷ εἰμες.

ΠΡΑΞΙΝΟΗ.

Κεἰς ὥρας, κἤπειτα, φίλ' ἀνδρῶν, ἐν καλῷ εἴης,
Ἄμμε περιστέλλων· χρηστῶ κῴκτίρμονος ἀνδρός.
Φλίβεται Εὐνόα ἄμμιν· ἄγ', ὦ δειλὰ τύ, βιάζευ.
Κάλλιστ'· ἔνδοι πᾶσαι, ὁ τὰν νυὸν εἶπ' ἀποκλάξας.

ΓΟΡΓΩ.

Πραξινόα, πόταγ' ὧδε· τὰ ποικίλα πρᾶτον ἄθρησον·
Λεπτὰ καὶ ὡς χαρίεντα· θεῶν περονάματα φασεῖς.

habenda, nec pendent a verbo ἄθρησον. Cf. Bernhardy Syntax. p. 285.

79. περονάματα] multis coniecturis tentata est haec vox, quae sana esse videtur. Vid. Passov. in Lex.

quos laudat Fr. Iacobs. in Not. Crit. ad Anthol. Palat. p. 889. Monk. ad Eurip. Alc. 472. Pflugk. ad Eurip. Hec. 714. Matth. Gr. §. 320. Bernhardy Syntax. p. 155, 3. §. 464. not. — Admodum facete ad verba hospitis respiciens, ἐν καλῷ εἴης dicit, sed latiore sensu, quam quo verba vers. anteced. posita sunt. — Ut homines dicuntur ἐν καλῷ εἶναι, bene se habere, sic res ἐν καλῷ κεῖσθαι, bene constitutae esse. Vid. Fr. Iacobs. in Comment. ad Achill. Tat. V, 15. p. 791.

75. περιστέλλων] curans, protegens. Vid. Wakefield. ad Sophocl. Philoct. 447.

76. φλίβεται] aeolicam formam dicunt grammatici pro vulgari θλίβεται; rectius dixeris aeolicae et doricae communem.

77. ὁ τὰν νυὸν ἀποκλ.] ipsum sponsum intellige, qui puellam suam in thalamo includit. Iuvenes puellasque tibi cogita ante ianuam thalami congregatos, novos nuptos lacessere atque aditum petere; tum sponsum respondere: intus sunt quotquot debent. Fr. Iacobs. ad sponsi patrem haec malit referre. Huic enim eximie congruere illud officium, ut turbam comitantium retineat, ne simul cum novis nuptis in thalamum irrumpant. Tum ianuâ clausâ ad ludentes conversum eum dicere ἔνδοι πᾶσαι. — νυός alias nurum significat; hic sponsum; eadem ratio vocis γαμβρός est. Cf. Brunck. ad Oedip. Tyr. 70. Latissime omnino patet usus vocabulorum affinitatem significantium apud Graecos. Cf. Dissen. Explicatt. ad Pindar. Nem. p. 398. — Pro ἀποκλάξας in simili loco Id. XVIII, 5. κατεκλάξατο dicitur. Quo loco quis nixus si activam formam hîc non recte se habere contenderet, is erraret.

78. Omnes iam in aulam regiam intrarunt. Hanc tibi splendide exornatam finge; in mediâ aulâ Adonis iacebat in thoro; ubique locorum tapetes strati erant, et picturae in opere textili, Adonidis facta, ut verisimile est, repraesentantes conspiciebantur. Hae picturae atque opera texta mulierum animos inprimis advertunt. — πόταγ', huc accede. προςάγειν intransitivo sensu positum, quo pronomen σέ subintelligitur. — τὰ ποικίλα, opus textum.

79. λεπτὰ καὶ ὡς χαρ.] stragula tenuia! et quam venusta! Erunt fortasse qui ὡς etiam ad λεπτά trahenda putent, ut ratio structurae eadem sit, quae in

ΠΡΑΞΙΝΟΗ.

Πότνι' Ἀθαναία· ποῖαί σφ' ἐπόνασαν ἔριθοι·
Ποῖοι ζωογράφοι τἀκριβέα γράμματ' ἔγραψαν·
Ὡς ἔτυμ' ἑστάκαντι, καὶ ὡς ἔτυμ' ἐνδινεῦντι·
Ἔμψυχ', οὐκ ἐνυφαντά. Σοφόν τι χρῆμ' ὤνθρωπος.
Αὐτὸς δ' ὡς θαητὸς ἐπ' ἀργυρέῳ κατάκειται
Κλισμῷ, πρᾶτον ἴουλον ἀπὸ κροτάφων καταβάλλων,

83. **Gerhard.** in Lectt. Apollon. p. 151. corrigit σοφόν τοι χρ. Sed multum vereor cum **Boisson.**, ne nimiam ille hexametri fingendi diligentiam venatus sit, quam ipse poeta neglexerit.

84. **Kiessl.** hic exhibet cum aliis genitivos ἐπ' ἀργυρέω ... κλισμῶ.

87. Plurimi Codd. in hospitis verbis ionicas formas praebent, quas cum **Spohn.** restitui. Cf. lectionis varietatem, quam **Naekius** in Ap-

praepositionibus saepenumero obtinet. Sed hoc non opus est. Adiectivum λεπτά, ut in vividiore sermone, sine pronomine positum, pro λεπτὰ ταῦτα: vid. **Bernhardy** Syntax. p. 285., tum unâ subtilitatis laude non contenta Gorgo addit καὶ ὡς χαρίεντα. — *περόνημα* quid sit, etiam post doctissimorum hominum disputationes valde dubium. Malim tamen *stamina* vertere; de vestitu enim Adonidis non agi patet ex sequentibus. Nostram rationem probat **Fr. Iacobs.** Ceterum Theocrito haec scribenti obversabatur Homericum illud (Odyss. X, 222.), οἷα θεάων λεπτά τε καὶ χαρίεντα καὶ ἀγλαὰ ἔργα πέλονται, observante **Valcken.**

80. *σφ'*] σφε pro neutro αὐτό dictum, ut doricum ψε Id. IV, 3., ubi vid. annot. Cf. **Buttmann.** Lexil. Tom. I. p. 59.

81. Voces ζωογράφοι et γράμματα intellige de picturis in opere textili exhibitis. In hunc sensum eas voces adhiberi docuerunt **Valcken.** ad h. l., **Fr. Iacobs.** in Animadv. in Anthol. Tom. I. P. I. p. 186. ad Delect. Epigr. p. 18. Sic etiam Latini. **Cic.** in Verr. IV, 1. *nego ullam picturam neque in tabulâ neque in textili fuisse, quin conquisierit.*

82. *ἔτυμ'*] *ad vivum expressa.* — *ἐνδινεῦντι*, *moventur.* Sensu intransitivo usurpatum ad **Homeri** exemplum, Il. XVIII, 494.

83. *ἔμψυχ'*] *spirantia, viventia.* ἔμψυχος admodum frequens de artis operibus, quae ad naturam expressa quasi vivunt. Vid. **Fr. Iacobs.** in Animadv. in Anthol. Tom. I. P. II. p. 102. — Ad adiectiva ἔμψυχα, οὐκ ἐνυφαντά pronomen ταῦτα omissum, ut in sermone affectus pleno fieri solet. Vid. annot. ad v. 79. — Vocem χρῆμα saepe ita apud Graecos circumscriptioni inservire res est notissima.

84. *αὐτός*] *ipse*, Adonis. — ἐπ' ἀργυρέῳ κλισμῷ. κλίνη ἀργυρόπους videtur intelligenda, qualis commemoratur apud **Athen.** II. p. 48. I. ἔπεμψε καὶ κλινὴν αὐτῷ (rex Persarum Entimo) ἀργυρόποδα καὶ στρωμνήν. **F. I.**

85. *ἴουλον ... κατ.*] ἐκβάλλειν ἴουλον ἀρτίχνουν est apud **Philostr.** Imagg. I, 6., ad quem locum vide **Fr. Iacobs.** in Comment. p. 615. **Wernicke** ad Tryph. p. 100. Alibi dicitur ἴουλος ὑπὸ κροτάφοισιν ἕρπειν, παρὰ τὰ ὦτα ἄρτι καθέρπειν, ἐπιτρέχειν τινί. Vid.

Ὁ τρίφιλατος Ἄδωνις, ὃ κὴν Ἀχέροντι φιλεῖται.

ΕΤΕΡΟΣ ΞΕΝΟΣ.

Παύσασθ', ὦ δύστηνοι, ἀνήνυτα κωτίλλοισαι
Τρυγόνες· ἐκκναισεῦντι πλατειάσδοισαι ἅπαντα.

ΓΟΡΓΩ.

Μᾶ, πόθεν ὤνθρωπος; τί δὲ τίν, εἰ κωτίλαι εἰμές;
Πασάμενος ἐπίτασσε· Συρακοσίαις ἐπιτάσσεις;

pend. ad Choeril. fragm. p. 273. exhibet. — Colon post κωτίλλοισαι vulgo positum sustulit Kiessl.

89. Qui sequuntur versus usque ad v. 95., eos omnes uni Praxinoae assignare vult Spohnius. Non recte. Primum enim Praxinoë obstupefacta nescit quid dicat; qua re eius partes suscipit Gorgo. Tum quum eius orationis flumen desinit, eam altera excipit. Utraque igitur, quod mulierum ingenio bene convenit, hospitem dictis suis obruunt.

Fr. Iacobs. in Animadv. in Anthol. Tom. I. P. II. p. 22. Cf. Statii Theb. VI, 58.

86. τρίφιλ.] valde dilectus. Bion. Id. I, 59. θνάσκεις, ὦ τριπόθατε, de eodem Adonide. Alia exempla verborum hac ratione compositorum allata vide in Ruhnken. aliorumque epist. ad Ernest. p. 49.

87. Nullum finem, nullum modum garrulitati invenientes mulieres tantam denique molestiam facessiverunt adstanti alicui hospiti, ut sibi moderari amplius non posset. Ionius fuit ille, quem non tantum loquacitas mulierum, sed invenusta etiam Graeca pronuntiandi ratio maximopere offendisset. Eas igitur increpat suâ dialecto utens: παύσασθ' ... τρυγόνες. Tum vero iis illudit eo, quod ore diducto literas verborum ἐκκναισεῦντι πλατειάσδοισαι ἅπαντα dilatat, Doriensium morem sequutus. Hospitem Doricâ dialecto non uti patet inde, quod eam perstringit, et quod Gorgo v. 93. eius verba ita cepit, quasi vetaretur dorice loqui. Atque hac ratione ipsius loci pulcritudinem haud parum augeri sponte apparet. — ἀνήνυτα, quae nullum finem habent, inepta et infructuosa. Sic ἀτελής apud Pindar. Nem. III. et ἄκραντα γαρυέμεν apud eundem Olymp. II, 158.

88. τρυγόνες] τρυγόνος λαλίστερος in Menandri Plocio olim lectum esse observant Grammatici. Cf. Meineke in Menandr. p. 148. — ἐκκναισεῦντι, molestissimae erunt, taedium creabunt. Heliodor. III, 4. καὶ σὲ ἀποκναίειν ᾤηθην, ἀδολεσχίᾳ τοσαύτῃ προσχορῆ γεγενημένον. Ibid. V, 19. ἠνώχλει πολλάκις καὶ ἀπέκναιε λιπαρῶν. Ex quo loco discis ἀποκναίειν absolute dici. Cf. Ruhnk. ad Timae. p. 42. Qua re idem de ἐκκναίειν statuendum. Kiessl. ἅπαντα pluralem esse ponit, ad ἐκκναισεῦντι referendum, pro ἅπαντας: hae feminae omnia i. e. neminem non enecabunt; quae quidem ratio non unâ de caussâ durissima videtur. — πλατειάσδοισαι ἅπαντα; omnia patulo ore diducentes, seu, ut Gellii voce utar, tractim pronuntiantes. Hospitem illum cogita haec ore diducto efferre et vultum suum plane componere ad mulierum illarum instar, quae non sine rictu nugas suas proferunt.

89. τί δὲ τίν;] per tellurem! quid ad te? quid tua refert?

90. πασ. ἐπιτ.] si quem na-

Ὡς εἰδῇς καὶ τοῦτο, Κορίνθιαι εἶμες ἄνωθεν,
Ὡς καὶ ὁ Βελλεροφῶν· Πελοποννασιστὶ λαλεῦμες·
Δωρίσδεν δ' ἔξεστι, δοκῶ, τοῖς Δωριέεσσι.

ΠΡΑΞΙΝΟΗ.

Μὴ φύη, Μελιτῶδες, ὃς ἁμῶν καρτερὸς εἴη,

94. μὴ φύη] ita scripsimus cum Buttmanno Gr. ampl. T. I. p. 539. et Meinek. pro vulgato μὴ φυῇ.

95. Alii, in quorum numero est Spohn., coniungunt πλὰν ἑνὸς οὐκ ἀλέγω, alii verba οὐκ ἀλέγω absolute posita esse arbitrantur.

ctus fueris servum, vel si quem emeris, ei impera. Syracusanis vero nobis imperare audes? Comparant apposite ad h. l. Sophocl. Oedip. Col. 839. μὴ 'πίτασσ' ἃ μὴ κρατεῖς. Plaut. Pers. II, 4, 2. emere oportet quem tibi obedire velis. Wuest. — Notanda haec superbia, quae ex patriae antiquitate priscâque eius origine petita est. Syracusae, antiqua urbs, auctoritate Alexandriam longe superabant; magis etiam Corinthus, unde Syracusae ducebant originem. F. 1.

91. Notum est Archiâ duce coloniam Corintho missam Syracusis dedisse originem; unde Id. XVI, 83. Syracusae appellantur Ἐφυραῖον ἄστυ. Conf. Thucyd. VI, 3, 77. Kiessl. — Adde quos Fr. Iacobs. in Animadv. in Anthol. Tom. III P. I. p. 253. excitavit. — ὡς εἰδῇς καὶ τοῦτο. εἰδέναι usitatum in minationibus. Hom. Il. I, 184. ἐγὼ δέ κ' ἄγω Βρισηΐδα ... ὄφρ' εὖ εἰδῇς Ὅσσον φέρτερός εἰμι σέθεν. Vid. Fr. Iacobs. ad Eurip. Androm. 590. apud Pflugk.

92. ὁ Βελλερ.] de Bellerophonte Corinthio lege Pindar. Olymp. XIII, 85 sqq. et ad hunc locum interpp.

94. μὴ φύη] de hac optativi aor. 2. formâ vid. Buttmann. Gr. ampl. §. 107. not. 36. T. I. p. 539. et Lexil. I. p. 56. φυίη scribit Matth. Gr. §. 120, 6. §. 397. §. 254. p. 496. — Μελιτῶδες. Intellige Proserpinam, quae Μελιτώδης quoque dicta est, Latinis Mellita. — ὃς καρτ. εἴη, qui nobis imperet; qui imperium in nos exerceat. Hoc sensu dixit Archilochus ὁ δ' Ἀσίης τε καρτερὸς μηλοτρόφου. vid. Spohn. Program. sec. p. 6. Neque absimile quod Id. XII, 22. legitur τούτων ὑπέρτεροι οὐρανίωνες Ἔσσοντ'. Cf. Matth. Gr. §. 361. a.

95. πλὰν ἑνός] praeter unum, Ptolemaeum regem. — οὐκ ἀλ., μή μοι κ. ἀπ., non sum valde sollicita, ne hostorio vacuum modium mihi deradas; h. e. non curo, ne tu me tanquam servam parcâ mensurâ coercere volens, e vacuo modio aliquid demere laboraveris, vel: ne frustra laboraveris nobis imperitans, quippe in quas nullum habes imperium. Scilicet quotidiana frumenti mensura, quae servis dari solebat, erat χοῖνιξ, modius, qui radio s. hostorio abstergebatur. Hinc ad eorum avaritiam, qui servis ne necessarium quidem cibum suppeterent, ludendam proverbium ortum videtur hoc: κενεὰν (sc. χοίνικα) ἀπομάττεσθαι, vacuum modium abstergere. Quo proverbio usa Praxinoë dicit: mea non refert, si tu, avari domini instar, vacuum modium mihi abstergas; nam tuo servitio non utor, neque quicquam abs te accipio. Quasi apud nos aliqua diceret: meinetwegen kannst du mir einen leeren Brotkorb vor-

Πλὰν ἑνός· οὐκ ἀλέγω, μή μοι κενεὰν ἀπομάξῃς.

ΓΟΡΓΩ.

Σίγα, Πραξινόα· μέλλει τὸν Ἄδωνιν ἀείδειν
Ἁ τᾶς Ἀργείας θυγάτηρ πολύϊδρις ἀοιδός,
Ἅτις καὶ Σπέρχιν τὸν ἰάλεμον ἀρίστευσε·
Φθεγξεῖταί τι, σάφ' οἶδα, καλόν· διαθρύπτεται ἤδη.

98. Vox Σπέρχιν iniuriâ tentata. Mirum etiam Spohnium Reiskii coniecturam πέρυσι defendere.

halten, ad aliquem conversa, abs quo alimenta accipit nulla. Hac ratione Spohnius h. locum explicuit suamque explicationem Passovio atque Meinekio probavit. Hoc unum addam. Frustra agunt qui simile huius proverbium ad confirmandam interpretationem nostram ex vett. afferendum esse praecipiunt. Possemus fortasse, si Sophronis mimi aut plures certe comoediae superstites essent; at in tantâ scriptorum, quae vitam quotidianam tangunt, penuriâ minime mirandum est multa Theocritea sine exemplo esse. His perscriptis affertur mihi liber quem Bernhardy de Syntaxi conscripsit. Is ad explicandum Theocriti locum alium ex Aristotele Rhetor. III, 16, 4. affert. νῦν δὲ γελοίως τὴν διήγησίν φασι δεῖν εἶναι ταχεῖαν. καίτοι ὥςπερ ὁ τῷ μάττοντι ἐρομένῳ, πότερον σκληρὰν ἢ μαλακὴν μάξει, τί δ', ἔφη, εὖ, ἀδύνατον. Sed id tantum similitudinis huic loco intercedit cum Theocriteo, quod apud utrumque scriptorem ad μάττεσθαι, et ἀπομάττεσθαι adiectiva ponuntur, substantiva vero cogitanda sunt. Sensus vero longe alius. Apud Aristotelem enim μάζαν haud dubie intelligendum.

98. Verte: quae etiam lugubre carmen in Sperchin canens primas retulit. Σπέρχιν accipe de carmine, quo Sperchis celebrabatur. Sic Ἁρμόδιος, Τελαμών, Σιτάλκης de cantilenis in horum virorum honorem factis dicuntur. Vid. Fr. Iacobs. in Animadv. in Anthol. Tom. I. P. II. p. 372. Istud autem in Sperchidem carmen ἰάλεμος audit. Hoc adiectivum aliis offensioni fuit, qui laeta potius de illis Spartiatis dici potuisse contenderunt. Sed omnem hanc difficultatem iam sustulit Fr. Iacobs., recte observans istam cantilenam non totam Sperchidis historiam complexam esse. Haec enim (quod Matthiae per literas ad me missas mihi significavit, Iacobsii interpretationem probans) laus Xerxis potius fuisset, qua Sperchidis meritum obrueretur; sed cantilena illa profectionem tantum in Asiam, qua ad certam mortem Sperchis mitti videbatur, continebat. Vid. Herodot. VII, 134., ubi Sperthias nominatur. — Tandem quod Σπέρχιν ἀρίστευσεν legitur, id ad eam loquendi rationem dictum est, qua dicitur Ὀλύμπια νικᾶν. Pindar. Olymp. X, 76. στάδιον μὲν ἀρίστευσεν. Vid. Wunderlich. ad Tibull. I, 3, 54. Bernhardy Syntax. p. 111.

99. διαθρύπτ. ἤδη] corpus ad cantandum delicate componit. Ita explicat Blomfield. ad Aesch. Prom. 919. Spohnius contra, qui doctam de huius vocis significationibus disputationem hic protulit, pro κατατήκεσθαι positum arbitratur, ut id, in quo cantatrix διαθρύπτεται, tum corporis habitu et vultu oculisque, animi

ΓΥΝΗ ΑΟΙΔΟΣ.

Δέσποιν', ἃ Γολγώς τε καὶ Ἰδάλιον ἐφίλασας,
Αἰπεινόν τ' Ἔρυκα, χρυσῷ παίσδοισ' Ἀφροδίτα,
Οἷόν τοι τὸν Ἄδωνιν ἀπ' ἀενάω Ἀχέροντος
Μηνὶ δυωδεκάτῳ μαλακαίποδες ἄγαγον Ὧραι,
Βάρδισται μακάρων, Ὧραι φίλαι, ἀλλὰ ποθειναὶ
Ἔρχονται πάντεσσι βροτοῖς, αἰεί τι φέροισαι.

100. Ἰδάλιον ἐφίλασας] offendit me aoristus sic positus et brevis syllaba in exitu hexametri producta, licet in arsi collocata sit. Fortasse legendum πεφίλακας, quandoquidem adhuc in deliciis habet haec loca Venus, ad Homericum illud ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας. — Γολγώς. Haec est Valckenarii correctio pro vulgato Γολγόν, quae forma haud scio an iure improbetur. Quemadmodum enim Ταρσός et Ταρσοί indicibus, tum musicis modis exprimeretur.

100. δέσποιν'] qua voce etiam alibi deae appellantur, ut Demeter apud Pausan. VIII, 37., Persephone apud Aristoph. Thesmoph. 286., animadvertente Weissgerber. in Observatt. ad Id. II. p. 27. — Γολγώς. Hunc versum presse sequutus est Catull. LXIV, 96. quaeque regis Golgos, quaeque Idalium frondosum. Golgi urbs fuit Cypriae, ubi Venus inprimis colebatur; Idalium in Cypro tam promontorii collisque, quam oppidi, his vicini, nomen.

101. Eryx, mons Siciliae, in cuius vertice templum Veneris erat splendidissimum. Praeter locos a Kiessl. allatos vid. Mitscherl. ad Horat. Od. I, 2, 33. — χρυσῷ παίσδ. Est Homericum Veneris epitheton (χρυσέη Ἀφροδίτη), quod Syracusanus poeta circumscripsit. Dea autem, quae ipsa est aurea, aureis etiam παιγνίοις aureoque ornatu utitur. F. I.

102. οἷον] qualem, quam formosum.

103. Horae lentissime quidem, sed tamen exspectatae grataeque omnibus veniunt, quippe quae semper aliquid afferunt. — μαλακαίποδες. Horae, delicatissimae deae, ἁπαλοῖς ποσὶ incedunt. Puellae ἁβρόποδες sunt in Brunck. Analect. ἀδεσπ. DXXI. F. I.

104. βάρδισται] hac superlativi formâ iam Homerus usus est Il. XXIII, 530. Vid. Buttmann. Gr. ampl. T. I. p. 269.

105. ἔρχονται] exspectabas participium. Vid. Dissen. ad Pindar. Olymp. I, 12. (Bibl. Gr. Vol. VI.) — αἰεί τι φέρ., semper aliquid afferentes. Simili modo, observante Spohnio, Hesiod. ἔργ. 825. οὔ τι φέρουσαι dies dicuntur, qui nihil boni afferunt. Alio sensu Platon. Epigr. XIX. Anthol. Gr. Tom. I. p. 106. αἰὼν πάντα φέρει, h. e. omnia fert (aufert) aetas, ut Virgilii verbis, Eclog. IX, 51. utar. Wuest. — Horae, αἱ πάντα φέρουσαι, dictum Heracliti, quod monuit Huschke. Anal. Litter. p. 336. F. I.

106. Venus celebratur etiam propterea, quod Berenicen, Ptolemaei Soteris uxorem, Philadelphi, qui nunc regno praeerat, matrem, deam fecerit, quippe quam deam assessorem fieri iusserat. — Διωναία, sic appellatur Venus a matre Dione. Notandum hoc. Nam quum alii aliter tradant de Veneris origine, ea fabulae ratio, quae Adonin Veneris amasium facit,

Κύπρι Διωναία, τὺ μὲν ἀθανάταν ἀπὸ θνατᾶς,
Ἀνθρώπων ὡς μῦθος, ἐποίησας Βερενίκαν,
Ἀμβροσίαν ἐς στῆθος ἀποστάξασα γυναικός·
Τὶν δὲ χαριζομένα, πολυώνυμε καὶ πολύναε,
Ἁ Βερενικεία θυγάτηρ, Ἑλένᾳ εἰκυῖα,
Ἀρσινόα πάντεσσι καλοῖς ἀτιτάλλει Ἄδωνιν.
Πὰρ μέν οἱ ὥρια κεῖται, ὅσα δρυὸς ἄκρα φέροντι,

ροί, Ἰσσός et Ἰσσοί in usu est, ita fortasse etiam Γολγός et Γολγοί dictum est.

103. μαλακαίποδες] Kiessl. μαλακοὶ πόδας ex uno cod.

105. Kiessl. ita interpungit h. v. ἔρχονται, πάντεσσι βροτ. ἀεὶ τι φέρ.

112. φέροντι] in codd. haud paucis exstat φέρονται, quod praetulit Spohn.

deae matrem ex Cretensium narratione Dionen ponit.

108. Immortalitas per ambrosiam communicatur. Tantalus, Pindaro narrante Olymp. I., nectar et ambrosiam diis subduxit, ut sodales, quibus communicaret deorum alimenta, immortales redderet.

109. Ob hoc Arsinoë, Berenices filia, gratias tibi actura festum Adonidis splendidissime exornavit. — Venerem dicit πολυώνυμον καὶ πολύναον, quo pluribus enim nominibus aliquod numen invocaretur et quo pluribus templis coleretur, eo plus honoris ipsi haberi putabatur.

110. ἁ Βερ. θυγάτ.] Berenicis filia. Hoc schema saepe obvium. Id. XXVIII, 9. Νικίας ... ἀλόχω. Id. XXII, 5. κούρης Θεστιάδος. Pindar. Olymp. IX. Αἰαντεὸς βωμός. Cf. annot. ad Id. VIII, 53. Id. XXVI, 35.

112. πάρ μέν οἱ] nota μέν ante οἱ correptum, cuius rei et apud Homerum aliquot, et apud alios poetas plurima prostant exempla. Vid. Fr. Iacobs. in Not. Crit. ad Anthol. Palat. p. 135. et p. 904., ex quo discas immerito aliquot locos Theocriti, Bionis et Moschi in dubitationem vocasse Meinekium ad Bion. II, 7. Spohnius, qui de eâdem re ad h. l. disputat, omnia huius licentiae exempla a perversâ Grammaticorum doctrinâ derivanda censet: quod ob tantum eiusmodi locorum numerum vix recte contendi posse videtur. — δρυὸς ἄκρα significant fructus arborum cum echinis, sive testis inclusos, ut nuces; tum omnes omnino fructus arboreos, quotquot edi possunt. — Adonidis festum vere celebratum esse sunt qui colligant ex Plutarch. Alcib. cap. 18. Non facile igitur dixeris, unde Arsinoë sub illud anni tempus maturos fructus nacta sit. Huic difficultati ita occurrit Boettiger. Sabin. Tom. I. p. 263., ut statueret cereos fructus, quales Alexandriae summâ cum arte effingi solerent, huic festo adhibitos esse. Verum duo inprimis sunt argumenta, quae me movent, ut aliter statuam. Primum enim falluntur qui Adonia verno tempore acta esse credunt. Nam ex Hieron. ad Ezech. cap. 8. et ex Macrob. Saturn. I. p. 312. edit. Bipont., quos locos Valesius affert ad Ammian. Marcell. XXII, 9, 14. Tom. II. p. 476. Erfurdt., apparet mense Iunio circa aestivum solstitium Adonidis festum quotannis celebratum esse. Cf.

Πὰρ δ' ἁπαλοὶ κᾶποι, πεφυλαγμένοι ἐν ταλαρίσκοις
Ἀργυρέοις, Συρίω δὲ μύρω χρύσει' ἀλάβαστρα·
Εἴδατά θ' ὅσσα γυναῖκες ἐπὶ πλαθάνῳ πονέονται,
Ἄνθεα μίσγοισαι λευκῷ παντοῖ' ἅμ' ἀλεύρῳ,
Ὅσσα τ' ἀπὸ γλυκερῶ μέλιτος, τά τ' ἐν ὑγρῷ ἐλαίῳ,

115. *πονέοντι* **Boisson.** ex coniecturâ **Koenii** et **Toupii** edidit.

Dupuis Origine de tous les cultes Tom. II. p. 59. Alterum, quod contra Boettigerum monendum videtur, hoc est. Etiamsi concederemus, hoc festum Theocriti aetate hieme actum esse, fieri tamen potuisset, ut maturae fruges adfuerint per industriam eorum, qui hortos colerent. Auctorem habeo **Callixenum** Rhodium apud Athen. V, XXV. p. 196. d. in descriptione pompae, quae ab eodem Ptolemaeo Philadelpho Alexandriae celebrata est in honorem Bacchi. Narrat enim id, de quo agit, festum quamvis hieme institutum esset, tabernaculum regium myrtis et lauris aliisque idoneis frondibus obumbratum fuisse; totumque solum floribus cuiusque generis sparsum fuisse. *Ἡ γὰρ Αἴγυπτος*, addit, *καὶ διὰ τὴν τοῦ περιέχοντος εὐκρασίαν καὶ διὰ τοὺς κηπεύοντας τὰ σπανίως καθ' ὥραν ἐνεστηκυῖαν ἐν ἑτέροις φυόμενα τόποις ἄφθονα γεννᾷ καὶ διὰ παντός· .... διὸ δὴ καὶ κατὰ μέσον χειμῶνα τῆς ὑποδοχῆς τότε γενηθείσης, παράδοξος ἡ φαντασία τότε τοῖς ξένοις κατέστη. κ. τ. λ.*

113. *ἁπαλοὶ κᾶποι*] horti Adonidis sunt notissimi. Intellige testas, in quas lactucam, foeniculum, hordeum et triticum conserebant, quae quum celerrime germinarent, brevi etiam marcescebant, quod in causâ est, cur **horti Adonidis** nominentur omnes res fugaces breviterque durantes. Vid. **Nic. Heins.** ad Ovid. Her. XV, 76. **Wyttenb.** ad Plut. d. S. IV, V. p. 79. **Bast.** Epist. crit. p. 193. **Groddeck.** antiquar. Vers. I. Samml. p. 149. Hinc ipsi *ἁπαλοὶ κᾶποι* dicuntur propter molles tenerasque herbas (nobis **quatt**), quales in testis inclusae nascuntur. — Quae in hunc usum a vulgo adhibebantur vasa fictilia, regium splendorem parum decebant; eorum igitur loco calathos vides argenteos positos esse.

114. *χρύσει' ἀλ.*] **aurea unguentaria**, quibus Venus maxime delectatur. Vid. **Fr. Iacobs.** in Animadv. ad Anthol. Gr. Tom. III. P. I. p. 92. Insolita autem est dicendi ratio, ex qua *χρύσεια ἀλάβαστρα* coniunguntur; valde similis ei consuetudini, qua apud Germanos dicitur **ein goldenes Hufeisen, ein messingenes Bügeleisen, ein hölzerner Schleifstein** et quae alia huiuscemodi vulgaris usus trita fecit. — In alabastro unguenta optime servari existimabantur. Vid. **Fr. Iacobs.** ad Delect. Epigr. p. 328.

115. Praeter fructus maturos aderant placentae omnis generis. Tantam vero mulieres pistrices praestiterant artem, ut omne genus animalium atque volucrum opere dulciario effinxissent.

118. *ἑρπετά*] non sunt reptilia tantum animalia, sed ex dorico verbi *ἕρπειν* usu quaevis animantia, quae pedibus incedunt.

119 — 122. Copiosa de h. l. legitur disputatio **Boettigeri** in **Allgem. Litterat. Zeit.** 1803. Tom. IV. p. VII. cuius summa haec est: pergulas, quae hic me-

Πάντ' αὐτῷ πετεηνὰ καὶ ἑρπετὰ τᾷδε πάρεστι.
Χλωραὶ δὲ σκιάδες, μαλακῷ βρίθοισαι ἀνήθῳ,
Δέδμανθ'· οἱ δέ τε κῶροι ὑπερποτόωνται Ἔρωτες,
Οἷοι ἀηδονιδῆες ἐφεζόμενοι ἐπὶ δένδρων
Πωτῶνται, πτερύγων πειρώμενοι, ὄζον ἀπ' ὄζω.

121. ἐφεζόμενοι] multi codd. ἀεξομένων, unde Boissonade ἀεξόμενοι fecit, praeeunte Spohnio.

morentur, non veras et vividas esse cogitandas, sed in texturâ effictas, ita ut gryllorum (nobis Arabesken) iam aliquis usus hic inveniatur; inventionem enim talium ornamentorum frondibus atque lineis distinctorum apud Aegyptios esse quaerendam. Atque hoc quidem tametsi Boettigerus recte contendat, illud tamen mihi non probabile videtur. Quemadmodum enim fruges in hortis Adonidis sunt naturales, ita etiam anethum in umbraculo atque umbraculum ipsum persuasum mihi est vivum fuisse atque viride. Sic in memorabili illâ pompâ, quam a Philadelpho Alexandriae factam nobis describit Callixenus apud Athen. V. p. 196. d., regium tabernaculum ut egregie intus exornatum erat, ita ea pars, quae libero coelo obversa erat, myrtis et lauris aliisque frondibus vivis obumbrata erat. — Ceterum haec pergula, in qua Adonidis simulacrum iacebat, in thalami fere speciem exornata erat ac proprie καλύβη dicebatur. Cf. Ilgen. ad Copam. p. 44. Fr. Iacobs. ad Delect. Epigr. p. 148. — ἀνήθῳ, anetho (Dill) bene olenti inter coronarios flores praecipuus erat apud veteres locus et honor. Cf. Id. VII, 63. Alios aliorum poetarum locos hic excitavit Spohn.

120. κῶροι ... Ἔρ.] pueri Amores supervolitant pullarum avium instar, quae alarum periculum faciunt. Boettigerus quidem in sententiâ, quam de prioribus proposuit, sibi constans, statuit Amores istos in texturâ pictos fuisse. Verum hoc commentum nunc eo molestius est, quod nescias, quó comparatio cum avibus instituta spectet. Haec nobis suadet, ut Amorum simulacra superne fuisse in pergulis existimemus. Fuit quum de Amoribus cogitarem, qui mechanico quodam artificio moverentur; eamque opinionem firmare mihi videbantur ea, quae Facius in Miscellen zur Gesch. u. Kunst des Alterth. p. 40 — 58. de arte veterum in effingendis operibus automatariis, quae maxima fuit, diligenter congessit. Sed meliora me edocuit Fr. Iacobs. Hic enim, poeta, ait, Amores, alis instructos, nullis licet fidiculis commotos, suo iure dicere potuit ὑπερποτᾶσθαι, quam imaginem exornat comparatione cum lusciniarum pullis institutâ. Et hoc quidem poetâ unice dignum videtur.

121. ἀηδονιδῆες] lusciniarum pulli. Cf. annot. ad Id. V, 38. — ἐφεζ. ἐπὶ δένδρων, Id. XI, 17. καθεζόμενος ἐπὶ πέτρας ὑψηλᾶς.

122. πωτῶνται] Similiter Bion. Id. IV, 16. de Amore καὶ πτερόεις ὡς ὄρνις ἐφίπταται ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλους. — ὄζον ἀπ' ὄζω, de ramo in ramum. Cogitandum ἐς ὄζον. Anthol. Pal. IX, 209. auceps ad avem: τίπτε μετακλάζεις πωτωμένη ὄζον ἀπ' ὄζου; Aeschyl. Prometh. 703. γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνομαι, ubi vide plura apud Blomfield. in Glossar.

Ὦ ἔβενος, ὦ χρυσός, ὦ ἐκ λευκῶ ἐλέφαντος
Αἰετώ, οἰνοχόον Κρονίδᾳ Διῒ παῖδα φέροντες.
Πορφύρεοι δὲ τάπητες ἄνω (μαλακώτεροι ὕπνω,
Ἁ Μίλατος ἐρεῖ, χὼ τὰν Σαμίαν καταβόσκων·)
Ἔστρωται κλίνα, τῷ Ἀδώνιδι τῷ καλῷ ἄλλα·
Τὰν μὲν Κύπρις ἔχει, τὰν δ' ὁ ῥοδόπαχυς Ἄδωνις,
Ὀκτωκαιδεκέτης ἢ ἐννεακαίδεχ' ὁ γαμβρός.

124. *αἰετώ ... φέροντες*] corrigunt alii *αἰετῶ ... φέροντος*. Vulgatam recte tuentur Kiessl. et Spohn.

125. Hunc locum primus distinctione adiuvit Bernhardy Syntax. p. 332., quem sequuti sumus. Vulgo ita: *πορφύρεοι δὲ τάπητες ἄνω·*

123. *ὦ ἔβενος*] ultima huius vocis syllaba caesurae vi producta. — *ὦ ... αἰετώ*. A vulgari fabulae ratione eo recedit poëta, quod unius aquilae loco duas posuit, quae Ganymedem Iovi attulerint. Sed quid omnino Ganymedis historia commune habet cum Adonidis factis? Iis, qui ita fortasse quaerent, respondeo aquilas Ganymedem ferentes in pergulâ illâ artificiose exornatâ aut simpliciter pro ornamento habendas esse, ut in gryllis plurima intexi solent, in quibus, modo singula specie sint venusta lepideque excogitata, non id spectatur, ut in eundem cum reliquâ imagine conspirent finem; aut, si quid insit symbolici, comparavisse putaverim artificem Ganymedem puerum, ob pulcritudinem a summo Iove amatum, cum Adonide, ob eandem caussam Veneri caro.

125. *μαλ. ὕπνω*] de loquutione cf. annotat. ad Id. V, 51. — Hic formula est loquendi, qua mercatores, qui plurimi tum Alexandriae confluxerant, usi esse videntur, ut lanam suam emturientibus commendarent.

126. *ἁ Μίλ.*] lana Milesia maximi aestimabatur; hinc *στρώματα Μιλήσια* cupide expetebantur. — *τὰν Σαμ. κατ.*, pastores Samii, non simpliciter ii, qui Samum incolunt. Vid. Spohn. Incolas Sami significaturus Homerus dicit οἳ *Σάμον ἀμφενέμοντο*. Il. II, 634.

127. *ἔστρωται κλίνα*] hoc appositionis loco ad *πορφ. τάπητες* adiectum. Cf. Bernhardy Syntax tam eo loco, quem in annot. criticâ excitavimus, quam p. 422. — *τῷ Ἀδώνιδι τῷ καλῷ*, articulus praemissus nomini proprio, sequente adiectivo cum articulo; ex grammaticorum praeceptis priore loco articulum exspectabas omissum iri. Eius tamen generis exempla quam plurima apud pedestres etiam scriptores reperiri docet Krüger de authentiâ et integr. Anab. Xenoph. p. 61. et annot. ad Anab. VI, 2, 13.

128. *τὰν δ' ὁ ῥοδ.*] brevis vocalis ob sequentem liquidam in arsi producta ex Homeri exemplo, quem bucolici sequuti sunt. Spitzner. de vers. her. p. 52.

129. *ὀκτωκ. ἢ ἐννεακ.*] syntaxis mira, cuius originem quaeras in usu loquendi compendiario vitae quotidianae. Eius tamen exemplum valde simile exstat apud Homerum, quod apte hic attulit Meineke, Il. XXII, 349. *οὐδ' εἴ κεν δεκάκις σε καὶ εἰκοσινήριτ' ἄποινα*. Epigr. incert. *Κόνων δίπηχυς, ἡ γυνὴ δὲ τεττάρων*, sc. *πηχέων*. Vid. Fr. Iacobs. Animadv. in Anth. Gr. Tom. III. P. III. p. 695. — *ὁ γαμβρός*, sponsus.

Οὐ κεντεῖ τὸ φίλαμ'· ἔτι οἱ περὶ χείλεα πυῤῥά.
Νῦν μὲν Κύπρις ἔχοισα τὸν αὐτᾶς χαιρέτω ἄνδρα.
Ἀῶθεν δ' ἄμμες νιν ἅμα δρόσῳ ἀθρόαι ἔξω
Οἰσεῦμες ποτὶ κύματ' ἐπ' ἀϊόνι πτύοντα·
Λύσασαι δὲ κόμαν, καὶ ἐπὶ σφυρὰ κόλπον ἀνεῖσαι,
Στήθεσι φαινομένοις, λιγυρᾶς ἀρξώμεθ' ἀοιδᾶς.
Ἕρπεις, ὦ φίλ' Ἄδωνι, καὶ ἐνθάδε, κἠς Ἀχέροντα,
Ἀμιθέων, ὡς φαντί, μονώτατος· οὔτ' Ἀγαμέμνων

μαλαχ. ... καταβόσκων. Ἔστρωται κλίνα τῷ Ἀδών. τῷ καλῷ ἄλλα, quae sic posita non ita coeunt, ut structura sit tolerabilis.

132. Pro ἅμα Kiessl. dedit ἁμᾶ.

Aeolicum hunc usum dicunt grammatici. Cf. notat. ad v. 77. Boeckh. ad Pindar. Explicatt. p. 168. Neue ad Sapph. fragm. p. 70.

130. ἔτι ... πυῤῥά] adhuc labia circum circa flava sunt, lanugo adhuc flavescit coepitque modo adesse, necdum nigrescit. Sic recte explicat Spohn. Cf. annot. ad Id. VI, 3.

131. ἄνδρα] cf. annot. ad Id. XXX, 20.

133. ἐπ' ἀϊόνι πτ.] similia vide apud Fr. Iacobs. in Anim. in Anthol. Gr. Tom. II. P. II. p. 153.

134. κόλπον ἀν.] haec est pars vestis circa pectus, quae solutâ zonâ demittebatur ad talos. Hoc autem fiebat, quum prae luctu pectora plangerent tunicasque scinderent. Insignis est locus, qui utrum Sapphonis sit an Alcaei, non satis constat (vid. Neue fragm. Sapph. p. 98.), ubi una mulier ceteras, quas κόραι alloquitur, in Adoniis hortatur, ut mortuum Adonidem ita lugeant: κατθνάσκει, Κυθέρη', ἅβρος Ἄδωνις· τί κε θεῖμεν; Καττύπτεσθε, κόραι, καὶ κατερείκεσθε χιτῶνας. Antigone apud Eurip. Phoen. 1499. κράδεμνα δικοῦσα κόμας ἀπ' ἐμᾶς, Στολίδα κροκόεσσαν ἀνεῖσα τρυφᾶς.

136. ἀρξώμεθ'] coniunctivus positus, quo excitet cantrix mulieres, quae aderant nobiliores, ut sequenti die, quum huc redierint, canticum, quod nunc ipsa praeit, unâ repetant. Nobiliores, inquam, mulieres alloquitur. Scilicet Valcken. in Comment. p. 191. rectissime sumit mulierculis, quales hic finguntur Syracusiae, earumque ancillis nonnisi sollemni pompae, quae priore festi die acta sit, interesse licuisse; sequentis vero diei summo mane signum Adonidis a primariis duntaxat matronis ad mare deportatum esse, ubi ablueretur. Nam quod comis solutis et sinibus relaxatis regina ceteraeque matronae Adonin lugerent iterum ex hominum conspectu sublatum, id non credibile est coram multis de plebe mulieribus factum esse. Ne vero tales mulierculae prorsus arcani essent expertes (sic recte pergit Valcken.) summo mane sequentis diei celebrandi, Sicyonia cantrix, tum recantandum a religiosis cultricibus, breve canticum ipso sollemnis pompae die iam decantabat. Hanc Valckenarii sententiam assensu suo comprobavit Spohn. Program. III.

137. μονώτατος] de hac superlativi formâ vid. Matthiae Gr. §. 133, 5. p. 257. Eam nec pedestris orationis scriptoribus inusitatam esse docent loci a Schaefero Melet. Crit. p. 102. memorati. Cf. Blume ad Lycurg. Leocr. p. 113. — Tum quod particulae ne-

Τοῦτ' ἔπαθ', οὔτ' Αἴας ὁ μέγας βαρυμάνιος ἥρως,
Οὔθ' Ἕκτωρ Ἑκάβας ὁ γεραίτατος εἴκατι παίδων,
Οὐ Πατροκλῆς, οὐ Πύῤῥος ἀπὸ Τροίας ἐπανελθών,
Οὔθ', οἱ ἔτι πρότεροι, Λαπίθαι καὶ Δευκαλίωνες,
Οὐ Πελοπηϊάδαι τε καὶ Ἄργεος ἄκρα Πελασγοί.
Ἵλαθι νῦν, φίλ' Ἄδωνι, καὶ ἐς νέωτ' εὐθυμήσαις.
Καὶ νῦν ἦνθες, Ἄδωνι, καί, ὅκκ' ἀφίκῃ, φίλος ἥξεις.

139. *γεραίτατος*] Kiessl. *γεραίτερος*, quod in paucioribus codd. est. Superlativus ob librorum auctoritatem praeferendus, quanquam comparativus ob *πάντων* non spernendus. Vid. Nitzsch. ad Hom. Od. II, 337.

145. Toupii rationem nos sequuti sumus in distinguendo hoc versu. Spohnius hunc locum ita disponit et ita scribit: *Γοργ. Πραξινόα, τί χρῆμα σοφώτερον; ἁ θήλεια Ὀλβία! ὅσσα ἴσατι! Πραξ. Πανολβία! ὡς γλυκὺ φωνεῖ! Γοργ. Ὥρα ὅμως κ. τ. λ.* Versu primo *τί χρ*.

gandi hoc ordine sese excipiunt *οὔτ' ... οὔτ' ... οὔθ' ... οὐ ... οὐ ... οὔθ' ... οὐ*, id ex licentiâ explicandum, cui interdum Graeci poetae indulserunt. Vid. Schaefer. ad Sophocl. Oedip. Col. 972. Wunderlich. ad Tibull. I, 6, 46.

138. *βαρυμάνιος*] ita vocatur Aias, quod eius ira ipsi tam funesta erat. Vid. Pflugk. ad Eurip. Med. 176., ubi Medeae *βαρύθυμος ὀργή* tribuitur. Cf. Lobeck. ad Soph. Aiac. 205. p. 251.

139. In hoc Priamidarum, qui ex Hecubâ editi sint, numero Simonidem auctorem sequitur Theocritus, observante Scholiastâ. Homerus undeviginti tantum liberos Hecubae novit. Vid. Il. XXIV, 496. Cic. Tuscul. I, 35. filios Priamo septemdecim iustâ uxore natos narrat. Ad quem loc. vide interpp. Porro Hectorem dicit Theocritus maximum natu ex illis liberis; idem iam tradit Herodotus. Vid. Musgrav. ad Eurip. Troad. 610., ubi Hecuba Hectorem *τέκνων ἀμῶν πρεσβυγενές* nominat.

141. *Δευκαλίωνες*] Deucalionis filii, qui proprie *Δευκαλιωνίδαι* dici debebant, Hellen et Amphictyon, quorum ille universo populo nomen dedit, ipse pater illustrium filiorum factus, hic nobilissimi apud Graecos conventus auctor exstitit; dignus ergo uterque, qui cum Patroclo ceterisque componatur. Kiessl. malit de solo Deucalione accipere, quem in finem *Πηλεῖς*, *Ἀγχίσας*, *Ὠρίωνας* etc. affert. Sed hae formae in sensum satis diversum adhibentur; significant enim homines Peleo, Anchisae, Orioni, reliquis similes. — Ex Lapithis multi virtute ac rebus praeclare gestis conspicui. Cf. Homer. Il. I, 263.

142. *Πελοπηϊάδαι*] eadem forma insolentior est apud Pindar. Nem. VIII, 21. Cf. Matth. Gr. §. 100. — Pelasgi dicuntur *Ἄργεος ἄκρα*, i. e. praestantissimi Argorum viri. Adiectivum *ἄκρος* sensu morali adhiberi ne dubites, lege quae habet Werfer. Act. Monac. Fasc. 1. p. 78. Fr. Iacobs. ad Delect. Epigr. p. 280. Kiessl. *ἄκρα Ἄργεος* eos dici putat, qui tempore extremi sunt, *αὐτοχθόνας*.

143. *ἵλαθι ... καὶ εὐθ.*] optativum commutat cum imperativo, ut Pindar. Olymp. XIII, 36. *ἀφθόνητος γένοιο, Ζεῦ πάτερ ... καὶ ... εὔθυνε.* Hephaest. Enchir. p. 12. *χαίροις, ὦ Νύμφα, χαιρέτω*

ΓΟΡΓΩ.

Πραξινόα, τὸ χρῆμα σοφώτερον ἁ θήλεια·
Ὀλβία, ὅσσα ἴσατι· πανολβία, ὡς γλυκυφωνεῖ.
Ὥρα ὅμως κἠς οἶκον· ἀνάριστος Διοκλείδας.
Χὡνὴρ ὄξος ἅπαν· πεινᾶντι δὲ μηδὲ ποτένθῃς.
Χαῖρε, Ἄδων' ἀγαπατέ, καὶ ἐς χαίροντας ἀφικνεῦ.

est coniectura H. Vossii. Sequenti versu vulgo legebatur *γλυκύφωνος*, unde Valcken. ex aliquot codd. edidit *γλυκυφωνεῖ*, quod cum Mein. servandum duximus.

148. Alii *ὀξὶς ἄγαν.*

149. Ob hiatum, qui fortasse excusandus, et elisionem vocalis *ῐ*, quae insolentior est, varie tentatus hic versus. Hermann. vult legi: *χαῖρ' ἀγαπάτ' ὦ Ἄδωνι.* Spohnius hiatum excusandum ratus proponit *χαῖρ' ἀγαπατὲ Ἄδωνι καί.* Hiatum Gerhard quoque (Lectt. Apollon. p. 184.) defendit Homerico *χαῖρε ἄναξ.*

δ' ὁ γαμβρός. — *ἐς νέωτ'*, in proximum annum. Xenoph. Cyrop. VIII, 6, 7. *ὡς εἰς νέωτα στρατείας ἐσομένης.* Vid. Valcken. ad h. l.

145. Si verba *τὸ χρῆμα* sana sunt, quod crediderim, ita explicanda videntur cum Fr. Iacobs., ut *τὸ χρῆμα ἡ θήλεια* idem sit, quod *τὸ χρῆμα τῆς θηλείας*, ut Eurip. Phoen. 206. *φιλόψογον χρῆμα θηλειῶν.* Quemadmodum autem loco Theocriteo *ἡ θήλεια* pro appositione est, ita contra apud Lucian. Dial. Mar. VI, 1. *παραγίγνεται παρθένος, πάγκαλόν τι χρῆμα;* pro quo apud eundem Herod. cap. 5. est *καλόν τι χρῆμα παρθένου.* Saepissime in hac loquutione articulum addi docent exempla collecta a Fritzschio in Quaest. Lucian. p. 76.; haud raro eum omitti loci evincunt apud Boisson. ad Gregor. Cor. p. 325 sq. — Tum comparativi *σοφώτερον* haec est vis: doctior illa est quam exspectaveris, quam credideris. Vid. Nitzsch. ad Platon. Ion. p. 59. coll. Bernhardy Syntax. p. 433.

148. *ὄξος ἅπαν*] merum acetum. Fr. Iacobs. affert in recent. edit. locum Aristoph. Vesp. 1077. *ἐμαχόμεσθ' αὐτοῖσι θυμὸν ὀξίνην πεπωκότες.* et Plaut. Bacch. III, 3, 1. Nunc experiar sitne tibi acetum cor acre in pectore.

XVI.

Argumentum.

Scriptum est hoc carmen in laudem Hieronis, Hieroclis filii, regis tum eximiâ temperantiâ et moderatione, tum bellicâ laude in pugnis cum Carthaginiensibus partâ praeclarissimi. Procedit poeta a querelis de turpi plurimorum principum avaritiâ, quae et gloriae et laudis studium restinguat, nec eos poetas, virtutis praecones, meritis praemiis afficere sinat, quum tamen nihil sit praeclarius, nihil exoptatius quam posteritatis cum laude memoria, quae, nisi poetarum studio accedente, comparari nequeat — 59. Tum ad Hieronis virtutes celebrandas progreditur ita, ut eum ex sordidorum illorum numero eximens munificentiae et liberalitatis laude exornet — 82. Subiiciuntur vota pro futurâ urbis Syracusarum incolumitate — 97., et Hieronis, cui illa invidendam suam felicitatem debeat, famam per omnem terrarum orbem illustrem fore auguratur — 103. In poematis exitu Gratias invocat rogatque, ut carminibus suis gratiam inter homines concilient. F. I.

Omnem de tempore, quo hoc Idyllium scriptum sit, disquisitionem cum pulvisculo, quod aiunt, excussit Spohnius in Program. I. Lectt. Theocr., ut nobis nihil aliud reliquerit agendum, nisi ut summam eorum, quae acute disputavit, iam referamus. Etenim quae v. 76 — 81. leguntur, ad id tempus nos deducunt, quo primum Hiero docuit Syracusanos fortiter pugnare contra Poenos et Mamertinos. Hinc admodum probabile fit, ut eo fere tempore Theocritum hoc carmen edidisse putemus, quo Hiero a civibus, qui ex summis angustiis turbisque civilibus emersi animum reciperent, hostesque victos, urbes plerasque subactas viderent, rex modo esset salutatus; aut certe proxime antequam ille ad regnum eveheretur anno 271. aut 270. a. Ch. His apprime conveniunt ea, quae a versu 85 — 97. sequuntur. Postquam enim Hiero

feliciter contra Carthaginienses pugnaverat, sperare iam licebat Siculis, fore, ut mox ex totâ insulâ hostes expellerentur; nec spes deerat firmae ac stabilis pacis, quae cum Carthaginiensibus undique pressis componeretur.

Alterum est, ut quaeramus, quo istud carmen scriptum sit consilio. Et primarium quidem apparet finem fuisse laudes, quas Hieroni largâ manu tribuit poeta. Non solum tamen. Iure enim miraremur prudentem alioquin poetam, qui, si nihil aliud spectaverit, nisi laudes illius regis, maiorem carminis partem querelis impleverit de turpi aliorum principum avaritiâ. Hoc certe omnes confitebuntur, carmen ita comparatum esse, ut, licet Hieronis laudes complectatur, huius tamen oculis a poetâ subiici non potuerit. Igitur aliud circumspiciamus. In quo quaerendo inde exordiamur, ut videamus, in qua rerum conditione Theocritus eo tempore versatus fuerit. Postquam aliquamdiu Alexandriae versatus fuerat, videtur exeunte anno 275. a. Ch., quod regis favorem non talem fortasse expertus erat, qualem speraverat, in patriam, per Hieronem iam pacatam, rediisse. Hic quum ipse non haberet amplas facultates, fautorem aliquem ac patronum liberalem frustra quaesivisse videtur. Neque Hieronem nancisci potuerat patronum, quanquam non regis culpâ id factum est, quod hic rebus bellicis illo tempore quum maxime occupatus esset. De regis igitur gratiâ nondum desperaturus aegritudinem tamen animi, in quam inciderat, hoc carmine exprimit ita temperatam, ut Hieronis laudes adsperserit. Regi autem ipsi non scripsit, sed regis fortasse amico, cuius patrocinio nixus praesidium sibi firmaret apud illum. Quae adhuc disputavimus, ex ipso carmine colligi debent. V. 68. dicit Theocritus se quaerere talem, cui acceptus sit; porro aditum ad alios poetis, nisi a Musis adiuventur, haud facilem esse. Tum v. 98. de aliis poetis loquitur, qui Hieronis laudes celebraturi sint; sed idem v. 106. modeste affirmat se, nisi invitatum, non venturum esse.

Nostra igitur de hoc carmine sententia haec est, id a Theocrito circiter annum 273 — 270. a. Ch. scriptum esse, eo quidem fine, ut per amicum quendam regis huic commendaretur.

Pauca addam de dialecto. Quum proxime hoc carmen accedat ad hymnorum genus, ex argumento iam regnare in eo et praevalere epicam dialectum recte ponas. Atque haud scio an eo referri debeat, quod v. 2. auctor ipse profitetur se constituisse *ὑμνεῖν ἀθανάτους*, *ὑμνεῖν κλέα ἀνδρῶν*. Epicam dialectum monstrant etiam codd., licet magna eorum in singulis locis sit inconstantia, magnus dissensus. Sic fluctuant locis diversis inter *μᾶλα* et *μῆλα* (cf. annot. crit. ad v. 39.), inter *ἀνήριθμος* et *ἀνάριθμος* (cf. annot. ad v. 64.), inter *ἀδωρήτως* v. 7. et *πολλούς* etc., in aliis locis. Eodem refer, quod codicibus adstipulantibus, v. 3. legitur *Μῶσαι*, v. 19. *Μουσάων*, v. 69, 107. *Μοίσαις*. Et haec quidem in codicibus discrepantia est tanta, ut eam totam

librariis vix tribuere possis. Nam aliis quidem in locis terminationes verborum sunt doricae, ubi vulgares haud facile substituas; in aliis sunt epicae, quae et ipsae recte locum videntur habere, veluti v. 69 et v. 79., ubi ad hiatus arcendos vulgaribus formis opus est. Quamobrem, quum haec omnia reputo interque se confero, dialectus huius carminis ita temperata videtur, ut eam nec epicam plane nec doricam dicam, sed ut medium quendam inter utrumque locum occupet.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΕΚΤΟΥ ΚΑΙ ΔΕΚΑΤΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.

*Τοῦτο τὸ εἰδύλλιον γέγραπται εἰς Ἱέρωνα τὸν Ἱεροκλέους, τὸν ἔσχατον Σικελίας τύραννον. Κατέσχε δὲ τὴν ἀρχήν, στρατηγὸς ἀποδειχθεὶς *) ὑπὸ τῶν πολιτῶν, καὶ φθείρας τὰς δυνάμεις, ὥστε τύραννον αὐτὸν ἀγορευθῆναι **). Μετὰ δὲ τοῦτον ἦρξεν Ἱέρων ὁ Γέλωνος. Μηδὲν οὖν εἰληφὼς παρὰ τοῦ Ἱέρωνος ὁ Θεόκριτος τὸ εἰδύλλιον τοῦτο πεποίηκε, καὶ Χάριτας αὐτὸ ἐπέγραψεν· ἐν ᾧ καὶ τὰ τοῦ Σιμωνίδου ἐμφαίνει κιβώτια. Λέγουσι γὰρ αὐτὸν ἔχειν δύο κιβώτια, τὸ μὲν Χαρίτων, τὸ δὲ Διδόντων. Ὅτε οὖν τις παρ᾽ αὐτὸν παρεγένετο χάριν αἰτούμενος, ἐκέλευε φέρειν τὰ κιβώτια· εὑρίσκετο οὖν τὸ μὲν τῶν Χαρίτων κενόν, τὸ δὲ τῶν Διδόντων πλῆρες· καὶ οὕτως ὁ τὴν δωρεὰν αἰτούμενος ἀνεκόπτετο.*

*) Correxit Schaefer. Vulgo ὑποδειχθείς.

**) Schaeferus malit ἀναγορευθῆναι.

ΧΑΡΙΤΕΣ Η ΙΕΡΩΝ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ ιϛʹ.

Αἰεὶ τοῦτο Διὸς κώραις μέλει, αἰὲν ἀοιδοῖς,
Ὑμνεῖν ἀθανάτους, ὑμνεῖν ἀγαθῶν κλέα ἀνδρῶν.
Μῶσαι μὲν θεαί ἐντι, θεοὺς θεαὶ ἀείδοντι·
Ἄμμες δὲ βροτοὶ οἵδε, βροτοὺς βροτοὶ ἀείδωμες.
Τίς γὰρ τῶν, ὁπόσοι γλαυκὰν ναίουσιν ὑπ' ἀῶ,

Idyll. XVI. 4. Dedimus hunc versum cum Mein. qualem scribi voluit Kiessl. cum antiquioribus aliquot editt. Vulgo legitur ἄμμες δὲ βροτοί, οἱ δὲ βροτοὺς βροτοὶ ἀείδωντι.

Idyll. XVI. 1—8. Nexus sententiarum hic est: Quum mihi sit propositum hominum laudes canere, ecquis est qui lubenter mea carmina audiat proque iis mihi rependat pecuniam?

1. Διὸς κώρ.] Iovis filiabus, i. e. Musis. Cf. v. 70.

2. κλέα ἀνδρῶν] Homerica formula. Il. IX, 189, 524. Od. VIII, 73., unde excusandus hiatus. Homericos locos respiciens Hermias in Platon. Phaedr. p. 155. Ast. ἡ ποιητική, inquit, ᾄδει κλέα ἀνδρῶν καὶ διὰ τούτων παιδεύει τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος.

4. οἵδε] mortales hic sumus. οἵδε δεικτικῶς est accipiendum. Cf. Schaefer. Meletem. Crit. p. 74.

5. τίς γάρ] sic saepe ponitur particula γάρ in interrogatione, ut ad suppressam aliquam cogitationem referri debeat. Hermann. ad Viger. p. 829, 300. Oratio tamen hoc loco est paullo abruptior, qualis quidem, ut recte observat Kiessl., indignantem docet poetam. Tum ad cohaerentiam sequentium quod attinet, Gratiarum, quae iniicitur, mentione ita utitur poeta, ut continuatâ metaphorâ dearum tristitiam describat usque ad v. 13., quo institutus orationis cursus quasi post parenthesin repetitur. — γλαυκὰν ... ὑπ' ἀῶ, splendidam auroram. γλαυκός hic, ut alibi saepe, fulgorem significat. Vid. Fr. Iacobs. Animadv. in Anthol. Tom. II. P. II. p. 250. et, qui exquisita quaedam ex hoc genere dedit, Nitzsch. in Comment. ad Odyss. I, 44. — Tandem ναίειν ὑπ' ἀῶ dictum est ut ὅσσοι ἔασιν ὑπ' ἠῶ τ' ἠέλιόν τε, Hom. Il. V, 267.

Ἀμετέρας χάριτας πετάσας ὑποδέξεται οἴκῳ
Ἀσπασίως, οὐδ' αὖθις ἀδωρήτως ἀποπεμψεῖ;
Αἱ δὲ σκυζόμεναι γυμνοῖς ποσὶν οἴκαδ' ἴασι,
Πολλά με τωθάσδοισαι, ὅτ' ἀλιθίαν ὁδὸν ἦνθον·
Ὀκνηραὶ δὲ πάλιν κενεᾶς ἐπὶ πυθμένι χηλῶ
Ψυχροῖς ἐν γονάτεσσι κάρη μίμνοντι βαλοῖσαι,
Ἔνθ' αὔη σφίσιν ἕδρα, ἐπὰν ἄπρακτοι ἵκωνται.
Τίς τῶν νῦν τοιόςδε; τίς εὖ εἰπόντα φιλασεῖ;
Οὐκ οἶδ'· οὐ γὰρ ἔτ' ἄνδρες ἐπ' ἔργμασιν, ὡς πάρος, ἐσθλοῖς
Αἰνεῖσθαι σπεύδοντι· νενίκανται δ' ὑπὸ κερδέων.

9. Scribendum τωθάζοισαι v. τωθάζουσαι, coll. annot. ad Id. XV, 8.

12. αὔη] tantus est codd. in voce αὔη dissensus, ut satius mihi visum sit vulgatam cum Meinek. servare.

6. *χάριτας*] carminibus suis tribuit poeta quae Gratiis tribuenda erant. Similem habes *προςωποποιίαν* apud Horat. I. Epist. XX., ubi Epistolarum suarum volumen cum puellâ, in publicum prodire gestiente, comparat. F. I. — *πετάσας*, intellige *τὸν οἶκον*.

8. *γυμνοῖς ποσίν*] nudis pedibus, utpote contristatae, quae squalido corpore incedunt.

10. Simonideum colorem quis non agnoscit? Plutarch. Mor. Tom. III. p. 93. ὁ *Σιμωνίδης ἔλεγε, τὰς κιβωτοὺς ἀνοίγων διὰ χρόνου, τὴν μὲν τῶν μισθῶν ἀεὶ μεστὴν, τὴν δὲ τῶν χαρίτων εὑρίσκειν κενήν.* Ita Schaeferus ad h. l. Omnino plura in hoc carmine, quod totus de Aleuadis locus ostendit, ex Simonide derivata videntur.

11. *ψυχροῖς*] ad penuriae et egestatis significationem facit hoc epitheton. Aristoph. Plut. 263. *ὁ δεσπότης γάρ φησιν ὑμᾶς ἡδέως ἅπαντας ψυχροῦ βίου καὶ δυςκόλου ζήσειν ἀπαλλαγέντας.* F. I. — Gratiae caput in gremio deponunt; quae positio est eorum, qui tristitiâ affecti sunt. Cebet. Tab. p. 82. *ἡ τὴν κεφαλὴν ἐπὶ τοῖς γόνασιν ἔχουσα λύπη.* Ovid. Fast. II, 756. Desinit in lacrimas intentaque fila remittit, in gremio vultum deposuitque suum. Multis hanc gravis luctus significationem illustrat Fr. Iacobs. ad Philostr. Imagg. p. 321. et viri docti, quos ibi affert.

12. *αὔη ... ἕδρα*] sedes earum dicitur arida, h. e. bonis exhausta, vacua. Similis est usus adiect. ξηρός, Id. I, 51. VIII, 44. — *ἄπρακτοι*, re infectâ. Dores utrumque habent et *ἄπρακτος* et *ἄπρηκτος*, sed diversâ significatione. Vid. Boeckh. ad Pindar. p. 575.

13. *τίς ... τοιόςδε; τίς ... φιλασεῖ;*] pro *τοιόςδε ὥςτε φιλεῖν τὸν εὖ εἰπόντα.* Sic plane Sophocl. Oed. T. 1491. *ἀλλ' ἡνίκ' ἂν δὴ πρὸς γάμων ἥκητ' ἀκμάς, τίς οὗτος ἔσται; τίς παραῤῥίψει, τέκνα, τοιαῦτ' ὀνείδη λαμβάνων;* F. I. — *φιλασεῖ*, amabit, h. e. benevole excipiet, *ἀσπασίως ὑποδέξεται.*

15. *σπεύδοντι*] i. e. *σπουδάζουσι.* Homer. Il. XVII, 120. *περὶ Πατρόκλοιο θανόντος σπεύσομεν.* — *νενίκ. ὑπὸ κερδ.* pro vulgari *νενίκηνται κέρδεσι* (ut Aeschyl. Agam. 341.). Cf. v. 63. Wunderlich. ad Tibull. I, 1, 50.

16. Omnes quaerunt tantum

Πᾶς δ', ὑπὸ κόλπῳ χεῖρας ἔχων, πόθεν αὔξεται ἀθρεῖ
Ἄργυρος· οὐδέ κεν ἰὸν ἀποτρίψας τινὶ δοίη·
Ἀλλ' εὐθὺς μυθεῖται, ἀπωτέρω ἢ γόνυ κνήμα·
Αὐτῷ μοί τι γένοιτο· θεοὶ τιμῶσιν ἀοιδούς·
Τίς δέ κεν ἄλλου ἀκούσαι; ἅλις πάντεσσιν Ὅμηρος·
Οὗτος ἀοιδῶν λῷστος, ὃς ἐξ ἐμεῦ οἴσεται οὐδέν.
Δαιμόνιοι, τί δὲ κέρδος ὁ μυρίος ἔνδοθι χρυσὸς
Κείμενος; οὐχ ἅδε πλούτου φρονέουσιν ὄνασις·
Ἀλλὰ τὸ μὲν ψυχᾷ, τὸ δὲ καί τινι δοῦναι ἀοιδῶν·

19. Interrogationis signum post *γένοιτο* posuit **Boisson.**

24. *ἀοιδῶν*] nonnullis viris doctis haec vox ideo huic loco non apta visa est, quod v. 29. demum impensa in poetas facienda commemoretur, ceteris rebus, in quas a regibus sumptus fieri par sit, prius recensitis. Hinc **Passovius** *αὐτῶν* proposuit. Sed vid. annot.

vias, quibus rem suam augeant. — *ὑπο κόλπου*, ubi marsupium servabatur aliaeque res, quas latere volebant. **Lucian.** Conviv. 46. de philosopho fure: *σκύφος ἐξέπεσεν ἐκ τοῦ κόλπου, ἐξαναστάντος αὐτοῦ.* Ib. dial. meretr. IV. mulier venefica: *ἐκ τοῦ κόλπου προκομίσασα ῥόμβον.* Unde apparet nostro loco significari sordes eorum, qui nihil impendere volunt. Nam hic est *ὁ τῶν φιλαργύρων τρόπος, τῶν μὲν ὄντων φείδεσθαι, τοῖς δὲ οὖσι προστιθέναι*, apud **Liban.** Tom. IV. p. 626, 9. F. I.

18. *ἀπωτ. ἢ γ. κν.*] sibi quisque est proximus. **Athen.** IX. p. 383. c. ita habet hoc proverbium *γόνυ κνήμης ἔγγιον.* Cf. **Manut.** ad Cic. Epist. XVI, 23.

19. *τιμῶσιν*] honorant; ab his itaque petant quibus opus est.

20. *ἄλλου*] sc. *ἀοιδοῦ.* Hoc quoque loco simplex enuntiatio non sine gravitate in duas divisa. Vulgaris sermo ferebat: *τίς ἀκούσαι ἂν* i. e. *τίς ἂν θέλοι ἀκοῦσαι ἄλλου τινὸς ποιητοῦ ἢ Ὁμήρου.* F. I.

21. *ἀοιδῶν λῷστος*] modestius etiam hic loquitur avarus quam **Lucill.** Epigr. LXXII. Tom. III. p. 43. *ποιητὴς πανάριστος ἀληθῶς ἐστιν ἐκεῖνος, Ὅστις δειπνίζει τοὺς ἀκροασαμένους.*

23. *φρονέουσιν*] i. e. *εὖ φρονοῦσιν.* Sic in Graecorum linguâ verba reperiuntur haud pauca, quae sensum ex totius loci tenore accipiunt fortiorem, ut particula *εὖ*, quae alias iis addi solet, omittatur. Exempla satis multa collegit **Fr. Iacobs.** in Comment. ad Philostr. Imagg. p. 307. Participium *φρονοῦντες* de **sapientibus** dici iam docuit **Perizon.** ad Aelian. V. H. XIV, 29.

24. *ψυχᾷ*] **animo, genio,** ut *ψυχῇ χαρίζεσθαι, ψυχῇ ὑπηρετεῖν.* In his *ψυχή* est ea pars animi, quae affectibus movetur; sunt verba **Fr. Iacobs.** in Delect. Epigr. p. 223. Sic **animus** apud Latinos **Horat.** Od. IV, 7, 17. **amico quae animo dederis.** — *δοῦναι ἀοιδῶν*, oratio ad sententiam hoc versu propositam v. 29. sic redit, eam ut maiori vi repetat. **Kiessl.** — Similis igitur haec orationis conformatio ei, quam v. 5. iam habuimus. Sententiam *τὸ δὲ ... ἀοιδῶν*, utpote primariam, ne puta loco non satis apto positam, quippe quae interpositis illis versibus 25 — 28. non possit cum vi repeti. De re-

Πολλοὺς δ' εὖ ἔρξαι παῶν, πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλων
Ἀνθρώπων· αἰεὶ δὲ θεαῖς ἐπιβώμια ῥέζειν·
Μηδὲ ξεινοδόκον κακὸν ἔμμεναι, ἀλλὰ τραπέζᾳ
Μειλίξαντ' ἀποπέμψαι, ἐπὰν ἐθέλῃτι νέεσθαι·
Μουσάων δὲ μάλιστα τίειν ἱεροὺς ὑποφήτας·
Ὄφρα καὶ εἰν ἀΐδαο κεκρυμμένος ἐσθλὸς ἀκούσῃς,
Μηδ' ἀκλεὴς μύρηαι ἐπὶ ψυχρῶ Ἀχέροντος,

28. Alii ἐθέλωντι, quod ex correctione ortum videtur.

30. Alii ὄφρα κε κεὶν et ἐσθλά.

33. Vox ἀχήν ob penultimam productam frustra tentata. Nuper-

eto enim divitiarum usu dicturus poeta partim genio, hoc est sibi, partim aliis dandam esse praecipit, aliis, inquam, quorum primo loco poetas ponit, ad eosdem rediturus, postquam ceteros, qui in censum veniunt, tantum enumeraverat.

25. παῶν] παοί sunt proprie quidem affines (συγγενεῖς ἐπίκτητοι), nunc tamen de quovis propinquitatis genere intelligenda haec vox.

28. ἐθέλῃτι] sc. qui hospitio receptus est. Est enim hospitalitatis praeceptum, ut τὸν ξένον, quum abire velit, dimittamus, nec invitum retineamus. Hoc praeceptum passim commemoratur apud poetas. F. I. — ἐθέλῃτι, utpote forma rarior, ad rationem verborum in μι desinentium facta (de qua vide Buttmann. Gr. ampl. §. 88. p. 359.), minime obscuranda est.

29. ὑποφήτας] poetae, deorum interpretes, προφῆται et ὑποφῆται dicuntur. Id. XVII, 115. XXII, 116. Fr. Iacobs. Anim. in Anthol. Gr. Tom. I. P. II. p. 347.

30. ὄφρα καὶ εἰν ἀΐδαο] Homerica formula, ut Od. XI, 210. contractiorem κὴν ἀΐδᾳ habuimus Id. I, 103. — ἐσθλὸς ἀκ. Id. XXIX, 21. ἀγαθὸς ἀκούσεαι ἐξ ἀστῶν. Vid. Fr. Iacobs. Not. Crit. ad Anthol. Palat. Tom. III. P. II. p. 552.

31. ἐπὶ ψυχρῶ Ἀχέρ.] hiatus excusandus, utpote in nomine proprio admissus. Mox v. 41. σχετλίαν στυγνοῦ Ἀχέροντος. De hoc genere hiatus exposuit Fr. Iacobs. Anthol. Palat. Tom. III. P. I. p. XXII. — Acheron audit frigidus, quatenus totus Orcus frigidus, moestus, sterilis; quam Orci imaginem calidarum regionum poetas exornasse tenendum. F. I.

32. μακέλᾳ τετυλ.] operarii, quibus a rustico aliove gravi labore fabriliumque instrumentorum tractatione manus occaluerunt.

33. ἀχήν] pauper. Vox rarior, cuius penultima alibi correpta reperitur, ut apud Aeschyl. Agamem. 408. Sed eandem ne mireris productam, fuit etiam in usu ionica forma ἠχήν, quam servavit Hesychius, ut apposite animadvertit Meineke. — ἐκ πατέρων, a maioribus acceptam. Vid. Fr. Iacobs. in Not. Crit. ad Anthol. Palat. Tom. III. P. II. p. 792.

34. Profecto ditissimi atque opulentissimi iam inglorii degerent apud inferos, nisi poetas laudatores nacti essent. Hoc Theocritus primum duarum ditissimarum Thessaliae familiarum exemplo docet, Aleuadarum atque Scopadarum, quos divitiae suae nihil iuvissent, nisi memoria eorum per

Ὡςεί τις μακέλᾳ τετυλωμένος ἔνδοθι χεῖρας,
Ἀχὴν ἐκ πατέρων πενίαν ἀκτήμονα κλαίων.
Πολλοὶ ἐν Ἀντιόχοιο δόμοις καὶ ἄνακτος Ἀλεύα
Ἁρμαλιὰν ἔμμηνον ἐμετρήσαντο πενέσται·
Πολλοὶ δὲ Σκοπάδαισιν ἐλαυνόμενοι ποτὶ σακὸν
Μόσχοι σὺν κεραῇσιν ἐμυκήσαντο βόεσσι,
Μυρία δ' ἂν πεδίον Κραννώνιον ἐνδιάασκον

rime Huschke in scriptione de Annio Cimbro p. 46. proposuit *ἀτμήν*, servus, famulus, ubi copiose de h. v. egit.

38. Scripsi *ἂν πεδίον* pro vulg. *ἀμπεδίον*, ut v. 92. Id. XXII, 20. alias. — *Κραννώνιον* pro vulgato *Κρανώνιον* ex codd. correxit Meineke.

Simonidem posteritati commendata esset. — Quae de his familiis a veteribus traduntur, ut ea multis omnino difficultatibus sunt impedita, sic etiam hic locus haud paucis obnoxius est dubitationibus. Primum cum Buttmanno in Comment. de Aleuadis p. 4. arbitror per Antiochum et Aleuam unam tantum familiam designari, quarum origo ab antiquiore aliquo Aleuâ repetenda est, quo utraque communi avo usa est. Tum Scopadae a Creondis non diversi statuendi sunt; antiquissimus enim Scopadarum familiae auctor fuit Scopas, cuius filius Creon commemoratur, ut pariter Scopadae atque Creondae haec familia dici potuerit. Neque distinguuntur, ut Boeckhio in Explicatt. ad Pindar. Pyth. X. p. 333. visum est, apud Theocritum. Nam apud hunc Scopadae non opponuntur Creondis; sed horum opulentiam descripturus poeta per partes significat *πολλοὶ δὲ μόσχοι σὺν βόεσσι* et *μυρία δὲ μῆλα*. Hoc nisi ponis, parum apta haec prodiret sententia, unam familiam vitulis atque bobus, alteram ovibus divitem fuisse. Aleuadae sedem suam habebant Larissae, Scopadae vero Crannone, quae utraque nobiliores erant Thessaliae urbes. Has vero ambas familias et ipsas propinquitatis vinculo quodam coniunctas fuisse et antiquissimis temporibus unam effecisse admodum probabile est. Legendi sunt inprimis de Aleuadis et Scopadis Meinek. in Comment. Miscell. I. p. 55., Boeckh. ad Pindar. l. d., Buttmann. in Comment. de Aleuadis, quae in consessu Academiae Berolin. anno 1823. ab auctore recitata est.

35. *ἁρμαλιάν*] demensum. Vid. Fr. Iacobs. Anim. in Anthol. Tom. II. P. II. p. 102. Ruhnken. dictata ad Terent. Phorm. I, 1, 9. Hemsterh. in Annot. ad h. l. apud Gaisford. p. 212. — Penestae eo fere loco habebantur apud Thessalos, quo Helotae apud Lacedaemonios. Vid. quos Toup. excitat ad h. l., inprimis Ruhnken. ad Tim. p. 212. — A multitudine servorum, qui quovis mense cibum acceperint, aestimat poeta insignem Thessalorum illorum opulentiam atque magnificentiam.

38. *Κραννών*] urbs in eâ Thessaliae parte, quae Pelasgiotis dicitur, haud procul a Larissâ. Vid. Buttmann. de Aleuad. p. 27. — *ἐνδιάασκον*, sub umbras agebant. *ἐνδιάω*, transitivo sensu usurpatum, ab adiectivo *ἔνδιος* derivatum videtur; aliud est *ἐνδιάω*, intransitivâ significatione adhibitum, quod ad radicem *διάω* (vivo), unde *δίαιτα*, referendum videtur. Sic Id. XXII, 44. Vid. Buttmann. l. d. p. 3.

Ποιμένες ἔκκριτα μᾶλα φιλοξείνοισι Κρεώνδαις·
Ἀλλ' οὔ σφιν τῶν ἦδος, ἐπεὶ γλυκὺν ἐξεκένωσαν
Θυμὸν ἐς εὐρεῖαν σχεδίαν στυγνοῦ Ἀχέροντος,
Ἄμναστοι δέ, τὰ πολλὰ καὶ ὄλβια τῆνα λιπόντες,
Δειλοῖς ἐν νεκύεσσι μακροὺς αἰῶνας ἔκειντο,
Εἰ μὴ δεινὸς ἀοιδὸς ὁ Κήϊος αἰόλα φωνέων
Βάρβιτον ἐς πολύχορδον, ἐν ἀνδράσι θῆκ' ὀνομαστοὺς
Ὁπλοτέροις· τιμᾶς δὲ καὶ ὠκέες ἔλλαχον ἵπποι,
Οἵ σφισιν ἐξ ἱερῶν στεφανηφόροι ἦνθον ἀγώνων.
Τίς δ' ἂν ἀριστῆας Λυκίων ποτέ, τίς κομόωντας
Πριαμίδας, ἢ θῆλυν ἀπὸ χροιᾶς Κύκνον ἔγνω,

39. *μᾶλα*] doricam hic cum codd. exhibuimus formam, licet iidem v. 91. praebeant *μήλων*.

40. *ἀλλ' οὔ σφ. τῶν ἦδος*] sc. ἦν, sed horum nullam habuerunt voluptatem, postquam ad inferos transierunt.

41. *ἐς εὐρεῖαν σχεδίαν*] capacem dicit Acherusiam cymbam eo sensu, quo legimus apud Aeschyl. Sept. 844. *πάνδοκον*. — *στυγνοῦ Ἀχ.* Omnia inferorum locorum sunt invisa.

42. *τὰ πολλά*] sic in Epigr. in Sardanapalum Anal. Br. I. p. 185. *τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια τῆνα λέλειπται.*

43. *ἔκειντο*] addendum erat *ἄν*. Sed fortius sic, tanquam de re minime incertâ: ignoti vero iacebant inter mortuos, nisi Simonides eorum nomen laudemque ad posteritatem propagasset. F. I. — Idem dictum puta de versu 54. Cf. Matth. Gr. §. 508. not. 2. p. 968.

44. *ἀοιδὸς ὁ Κήϊος*] Simonides, cuius *ἐπινίκια* et *θρῆνοι* hic inprimis intelligenda sunt. — *αἰόλα φωνέων*, docto ore canens. Non referendum est ad carminum varium genus, sed ad multiplicem et exquisitam artem, qua omnia carmina perfecit. Kiessl. — Oppian. Halieut. I, 826. *αἰολόφωνος ἀηδών*, quod de modulato lasciniarum sono accipiendum est. Propius a Theocrito abest Pindarus, quum Olymp. VI, 148. dicit se conficere Thebanis *ποικίλον ὕμνον*. Anthol. Pal. IX, 584. *αἰόλον ἐν κιθάρᾳ νόμον ἔκρεκον*. comparans Fr. Iacobs. epitheton suspicatur cohaerere cum *πολύχορδον βάρβ.*, quandoquidem ex eiusmodi instrumento magna sonorum varietas elici poterat. Eodem sensu tibiae apud Pindarum dicuntur *πολύφθογγοι, παναρμόνιοι, πάμφωνοι*. Vide Boeckh. Explicatt. p. 169. — Praeterea adverte ad structuram *φωνεῖν εἰς βάρβιτον*, de qua vide Matth. Gr. p. 1145.

46. *τιμᾶς*] honoris per poetas parti neque equi sunt expertes.

47. *στεφανηφόροι*] equos victores in ludis sollemnibus Graecorum et ipsos coronatos fuisse constat.

48. Pergit poeta novis exemplis docere, quantum viris, virtute conspicuis, poetarum studia profuerint. Cum toto hoc loco compara Pindar. Pyth. III, 198. *Νέστορα καὶ Λύκιον Σαρπήδον', ἀνθρώπων φάτις, ἐξ ἐπέων κελαδεννῶν, τέκτονες οἷα σοφοὶ ἅρμοσαν, γιγνώσκομεν. ἁ δ' ἀρετὰ κλειναῖς ἀοιδαῖς χρονία τελέθει.* Ubi quod Nestor et Sarpedon iunguntur, nulla

Εἰ μὴ φυλόπιδας προτέρων ὕμνησαν ἀοιδοί;
Οὐδ' Ὀδυσεύς, ἑκατόν τε καὶ εἴκατι μῆνας ἀλαθεὶς
Πάντας ἐπ' ἀνθρώπους, ἀΐδαν τ' εἰς ἔσχατον ἐνθὼν
Ζωός, καὶ σπήλυγγα φυγὼν ὀλοοῖο Κύκλωπος,
Δηναιὸν κλέος ἔσχεν· ἐσιγάθη δ' ὁ συφορβὸς
Εὔμαιος, καὶ βουσὶ Φιλοίτιος ἀμφ' ἀγελαίαις
Ἔργον ἔχων, αὐτός τε περίσπλαγχνος Λαέρτας,
Εἰ μὴ σφᾶς ὤνασαν Ἰάονος ἀνδρὸς ἀοιδαί.
Ἐκ Μοισᾶν ἀγαθὸν κλέος ἔρχεται ἀνθρώποισι·
Χρήματα δὲ ζώοντες ἀμαλδύνοντι θανόντων.
Ἀλλ' ἶσος γὰρ ὁ μόχθος, ἐπ' ᾀόνι κύματα μετρεῖν,

46. τιμᾶς] accusativum τιμάς plurimi codd. dant.

alia videtur causa esse, quam quod uterque ab Homero celebratus est. — ἀριστῆας Λυκίων, Sarpedonem et Pandarum.

49. θῆλ. ἀπὸ χρ.] Cycnus filius Neptuni fuit, ab Achille interfectus ante Troiam. Hunc Hellanicus apud Schol. ad h. l. tradit toto corpore albam cutem habuisse, Hesiodus, apud eundem, caput tantum album ei tribuit. Cycni cum Achille pugnam in Cypriis carminibus tractatam esse scimus ex Procli Excerpt. p. 26. Cypriorum igitur auctorem cum aliis poetis, qui easdem res cecinerunt, respexit, ni fallor, Theocritus sq. versu. — De significatione praepositionis ἀπό vid. Matth. Gr. p. 1130.

51—57. Neque Ulysses, neque Laertes eorumque famuli aeternam apud posteros obtinerent famam, nisi per Homeri carmina celebrati essent. — Res, quae hîc commemorantur, omnes ex Odysseâ notissimae.

57. ὤνασαν] iuvissent, i. e. celebrassent. Poetae adiuvant homines eorum gloriam et bene facta ad posteritatem propagando.

58—67. Laudes poetarum aeternae vivunt, divitiae autem fragiles fluxaeque pereunt. Habendi tamen cupidi ita ardent avaritiâ, ut ab augendis divitiis avelli nequeant, et poetarum studia non curent. Tales ego homines missos facio, eos potius quaerens, quibus carmina mea accepta sunt. — ἀγαθὸν κλέος. sic καλὸν κλέος, de quo vide Pflugk. ad Eurip. Hec. 1225.

60. Iam duo ponuntur proverbia, quibus res aliqua, quae frustra suscipitur, significatur. — ἐπ' ᾀόνι κ. μετρ. afferunt Epigr. ex Anthol. Pal. XII, 156. τυφλὰ δ' ὅπως ναυηγὸς ἐν οἴδματι κύματα μετρῶν Δινεῦμαι, ubi verbum μετρεῖν pariter atque in Theocriteo loco vim habet numerandi, recensendi. Adde notissimum illud Horatii (Od. I, 27.) dictum, quo Archytas numero carentis arenae mensor vocatur. Ipsius proverbii plura exempla suppeditat Fr. Iacobs. in Animadv. ad Anthol. Tom. III. P. I. p. 307. Adde Pindar. Olymp. XIII, 65. ὡς μὰν σαφὲς οὐκ ἂν εἰδείην λέγειν ποντιᾶν ψάφων ἀριθμόν. — Tandem dicendum de ratione, qua haec expressa sunt per ἀλλ' ἶσος γὰρ ὁ μόχθος κ. τ. λ. — καὶ φιλοκ. βεβλ. ἄνδρα παρ. Subtiliter disputavit de hac iuncturâ Matth. ad Eurip. Phoen. 371., cuius summam dispu-

Ὅσσ' ἄνεμος χέρσονδε μετὰ γλαυκᾶς ἁλὸς ὠθεῖ,
Ἢ ὕδατι νίζειν θολερὰν ἰοειδέϊ πλίνθον,
Καὶ φιλοκερδείᾳ βεβλαμμένον ἄνδρα παρελθεῖν.
Χαιρέτω ὅςτις τοῖος· ἀνήριθμος δέ οἱ εἴη
Ἄργυρος· αἰεὶ δὲ πλεόνων ἔχοι ἵμερος αὐτόν.
Αὐτὰρ ἐγὼν τιμάν τε καὶ ἀνθρώπων φιλότητα
Πολλῶν ἡμιόνων τε καὶ ἵππων πρόσθεν ἑλοίμαν.
Δίζημαι δ' ᾧ κεν θνατῶν κεχαρισμένος ἔνθω
Σὺν Μοίσαις· χαλεπαὶ γὰρ ὁδοὶ τελέθοντι ἀοιδοῖς
Κουράων ἀπάνευθε Διὸς μέγα βουλεύοντος.
Οὔπω μῆνας ἄγων ἔκαμ' οὐρανός, οὐδ' ἐνιαυτούς·

62. Pro ἰοειδέϊ multi codd. et aliquot editt. habent διαειδέϊ.
63. παρελθεῖν] Hemsterh. legendum proposuit παρέλκειν, abstrahere.
64. ἀνήριθμος] hanc formam iidem dant codd., qui v. 90. ἀνάριθμοι.

tationis eorum in gratiam, quibus hic liber non ad manus est, huc transferre non gravabor. „Saepe usus loquutionis, ait, ab origine paullum deflexit. ἀλλὰ γάρ ex eo quidem ortum videtur, quod Graeci enuntiationes, quibus causa redditur, ante eas ponere solent, quarum causa reddenda est, et ita particulae illae ab antiquioribus inprimis scriptoribus crebro usurpantur, ut a Tyrtaeo, ἀλλ' — Ἡρακλῆος γὰρ ἀνικήτου γένος ἐστὲ — θαρσεῖτε. ..... Sed paullatim usus obtinuit, ut enuntiatio causalis cum alterâ vel ita coalesceret, ut non amplius divelli possent, vel ut ea, cuius causa reddita erat, prorsus omitteretur, aut annecteretur priori, quasi ei continuandae inserviret.“

62. ὕδατι νίζειν] productionem vocalis ι tuetur formula Homerica ἀλλ' ὕδατι νίζοντες, Il. VII, 425. Cf. Spitzner. de vers. her. p. 52. — ἰοειδέϊ. est hoc epitheton maris apud Homerum et Hesiodum satis vulgare; etiam fonti tribuitur apud Hesiod. Theog. 3. Hinc in potestate huius vocis constituendâ anxius esse noli; teneas modo aquae esse epitheton et omnem vim in vocibus ὕδατι νίζειν quaerendam esse. Alterum quod a codd. offertur adietivum διαειδέϊ, melius quidem cum reliquis convenit, sed correctionem sapit. — θολεράν, laterem cogita non coctum, sed solis calore arefactum. — Ita etiam Latini de labore frustra suscepto dicunt laterem lavare. Terent. Phorm. I, 4, 9.

63. φιλοκ. βεβλαμμένον] avaritiâ obcaecatum. βλάπτειν τὸν νοῦν et βλάπτειν τινά admodum frequens est. Vide locos ab Erfurdt. ad Sophocl. Antig. 618. allatos. Sed quod nunc φιλοκερδείᾳ appositum est, id fortasse paullo rarius. — παρελθεῖν, dolo capere; fallere. Huc referas Hom. Il. I, 131. μηδ' οὕτως — κλέπτε νόῳ· ἐπεὶ οὐ παρελεύσεαι, οὐδέ με πείσεις. Eâdem vi Hesiod. Theog. 613. οὐκ ἔστι Διὸς κλέψαι νόον οὔτε παρελθεῖν.

64. χαιρέτω] talis valeat, talem missum faciamus.

66. Ad sententiam afferunt Xe-

Πολλοὶ κινήσουσιν ἔτι τροχὸν ἅρματος ἵπποι.
Ἔσσεται οὗτος ἀνήρ, ὃς ἐμεῦ κεχρήσετ' ἀοιδῶ,
Ῥέξας ἢ Ἀχιλεὺς ὅσσον μέγας, ἢ βαρὺς Αἴας
Ἐν πεδίῳ Σιμόεντος, ὅθι Φρυγὸς ἠρίον Ἴλου.
Ἤδη νῦν Φοίνικες, ὑπ' ἀελίῳ δύνοντι
Οἰκεῦντες Λιβύας ἄκρον σφυρόν, ἐῤῥίγαντι·
Ἤδη βαστάζουσι Συρακόσιοι μέσα δοῦρα,
Ἀχθόμενοι σακέεσσι βραχίονας ἰτεΐνοισιν·
Ἐν δ' αὐτοῖς Ἱέρων, προτέροις ἴσος ἡρώεσσι,
Ζώννυται, ἵππειαι δὲ κόρυν σκεπάουσιν ἔθειραι.
Αἲ γάρ, Ζεῦ κύδιστε πάτερ, καὶ πότνι' Ἀθάνα,

69. Alii habent τελέθουσιν ἀοιδᾶν, quod locis Pindaricis non recte defenditur.

72. κινήσουσιν ἔτι] Sic plurimi codd. Edit. Flor. κινησεῦντι ἔτι, quod tam ob hiatum, quam ob dorismum displicet.

noph. Memor. II, 4, 1. ποῖος γὰρ ἵππος ἢ ποῖον ζεῦγος οὕτω χρήσιμον ὥςπερ ὁ χρηστὸς φίλος;

69. σὺν Μοίσ.] nam carmina sine auxilio Musarum haud grata sunt; nec poetae quicquam proficiunt apud alios.

71. Unus ex iis est Hiero, qui res praeclaras patrabit, ut certo augurari mihi liceat fore, ut ille meo praeconio indigeat. — οὔπω μῆν. ἄγ. ἐκ. Coelum menses et annos agit s. ducit, quod coeli sidera tempore certo moventur, eoque anni tempora constituuntur. Haud absimili ratione Tibull. 1, 4, 20. annus agit certâ lucida signa vice. — Attende autem quantum gravitatis orationi accedat, quod hîc et v. 73. omni vinculo destituta est.

72. Multique adhuc supererunt dies. ἅρμα intellige de Solis curru, quem πολλοὶ ἵπποι (i. e. πολλάκις) per coeli templa trahent. Apprime huc facit locus Sophocl. Antig. 1051. ἀλλ' εὖ γέ τοι κάτισθι μὴ πολλοὺς ἔτι Τροχοὺς ἁμιλλητῆρας Ἡλίου τελῶν. F. I.

74. βαρὺς Αἴας] ex Homero sumptum. Vid. annot. ad Id. XIV. v. 138.

75. ἠρίον Ἴλου] Ili Phrygis sepulcrum saepe commemoratur apud Homerum. Cf. Il. X, 415. XI, 166.

76. Iam transit poeta ad Hieronis laudes, qui, quum illo tempore Carthaginienses impetum fecissent in Siciliam, omnia iam parabat, ut hostes ex insulâ expelleret. — Φοίνικες, Carthaginienses. Hos poeta dicit habitare in extremâ parte Libyae (ἄκρον σφυρόν, de quo vide Heinrich. ad Musae. 45. p. 58.) versus occidentem.

78. βαστ. μέσα δοῦρα] medias hastas gestant, h. e. accinguntur armis ad pugnas ineundas.

79. σακ. ἰτεΐνοισι] saligna scuta veteribus erant in usu; unâ voce γέῤῥα dicebantur.

82. Utinam expellantur ex insulâ Carthaginienses. Hanc sententiam egregie ornat poeta et pie, dum deos in auxilium vocat.

Κώρα θ', ἃ σὺν ματρὶ πολυκλάρων Ἐφυραίων
Εἴλαχας μέγα ἄστυ παρ' ὕδασι Λυσιμελείας,
Ἐχθροὺς ἐκ νάσοιο κακαὶ πέμψειαν ἀνάγκαι
Σαρδόνιον κατὰ κῦμα, φίλων μόρον ἀγγελέοντας
Τέκνοις ἠδ' ἀλόχοισιν, ἀριθματοὺς ἀπὸ πολλῶν·
Ἄστεα δὲ προτέροισι πάλιν ναίοιτο πολίταις,
Δυςμενέων ὅσα χεῖρες ἐλωβήσαντο κατ' ἄκρας.
Ἀγροὺς δ' ἐργάζοιντο τεθαλότας· αἵ τ' ἀνάριθμοι
Μήλων χιλιάδες βοτάναις διαπιανθεῖσαι

85. Nos cum Meinek. vulgatum servavimus κακαὶ ἀνάγκαι, quod haec vox eo sensu plurali numero adhiberi solet. Cf. Wesseling. ad Herodot. I, 116. Kiessl. κακὰ ἀνάγκα, de deâ Necessitate cogitans. Haud pauci codd., quod non mirandum, κακᾷ ... ἀνάγκᾳ.

83. Ἐφυρ.] Ephyraei sunt Syracusani, a Corinthiis orti; antiquum enim nomen Corinthi fuit Ephyra. Dicuntur πολύκλαροι, divites, ut Hom. Od. XIV, 211. πολύκληροι ἄνθρωποι.

84. Lysimeliae stagnum fuit ad Anapi ostium; unde patet hanc esse circumscriptionem Syracusarum, quae colonia fuit Corinthiorum. Cf. Thucyd. VII, 53.

87. Tanta sit Carthaginiensium clades, ut pauci tantum in patriam redeant suisque stragem nuntient. — ἀριθμ. ἀπὸ π., numerabiles ideoque pauci ex multis. Sic etiam ἀριθμός de exiguo numero apud Graecos dicitur. Vid. Fr. Iacobs. Animadv. in Anthol. Gr. Vol. II. P. III. p. 136. — De usu praepositionis ἀπό vide Bernhardy Syntax. p. 222.

88. Et pax eaque firma ac stabilis obtineat in Siciliâ. Quam quidem sententiam egregie ab effectibus declaravit Theocritus, uti Horatius depingit felicitatem sub Augusto, Od. IV, 5, 16. Tutus bos etenim rura perambulat etc. — ἄστεα δέ. Siciliam opulentissimis urbibus refertam fuisse satis constat. Insignis est Pindari Nem. I, 20. locus, quem vel ob ea, quae apud Theocritum sequuntur, huc adscribam. Ζεὺς ἔδωκεν [τὴν νῆσον] Φερσεφόνᾳ· κατένευσέν τέ οἱ χαίταις ἀριστεύοισαν εὐκάρπου χθονὸς Σικελίαν πιείραν ὀρθώσειν κορυφαῖς πολίων ἀφνεαῖς, ad quem locum vide Dissen. in edit. Boeckh. p. 352.

91. μήλων χιλ.] hinc Sicilia audit πολύμαλος apud Pindar. Olymp. I, 19.

92. Iam licet greges iterum in pascua educi. Similis imago regionis ab hostium incursionibus liberatae legitur apud Archiam Epigr. XXVII.

93. Sensus est: boves e pastu redeuntes omnem viam denso agmine suo oppleant, ut viator deprehensus gradum corripere coactus sit; quae eum in finem proferuntur, ut immensa armentorum multitudo designetur. Sic recte hunc locum explicuit Mitscherl. progr. Gotting. 1825. (repetit. im Neuen Archiv f. Philol. u. Paedag. 1829. nro. 36.). Brunckii explicatio haec est: viator, tardo incedens pede, quum videt boves ad stabulum revertentes, intelligit iam serum esse diei et sibi festinandum, ne, antequam in diversorium pervenerit, a nocte occupetur; quibus summa insulae securitas atque tran-

'Αν πεδίον βληχοῖντο, βόες δ' ἀγελαδὸν ἐς αὖλιν
'Ερχόμεναι σκνιπαῖον ἐπισπεύδοιεν ὁδίταν·
Νειοὶ δ' ἐκπονέοιντο ποτὶ σπόρον, ἀνίκα τέττιξ,
Ποιμένας ἐνδίους πεφυλαγμένος, ἔνδοθι δένδρων
'Αχεῖ ἐν ἀκρεμόνεσσιν· ἀράχνια δ' εἰς ὅπλ' ἀράχναι
Λεπτὰ διαστήσαιντο, βοᾶς δ' ἔτι μηδ' ὄνομ' εἴη.
'Υψηλὸν δ' Ἱέρωνι κλέος φορέοιεν ἀοιδοὶ
Καὶ πόντου Σκυθικοῖο πέραν, καὶ ὅπῃ πλατὺ τεῖχος
'Ασφάλτῳ δήσασα Σεμίραμις ἐμβασίλευεν.

89. **Kiessl.** unâ voce scripsit κατέκρας.

90. **Boisson.** ἠδ' ἀνάριθμοι, quod articulus ei displicebat.

quillitas depingatur. Sed nemo non sentit notionem sic inferri, quae minime inest in hoc loco. — σκνιπαῖον, vespertinum, vespertino tempore incedentem. Sic Horat. Satir. II, 4, 17. si vespertinus te oppresserit hospes. Docta de voce σκνιπαῖος disputatio Barkeri legitur in Annotat. ad Etymol. M. p. 1090. — ἐπισπεύδοιεν, urgeant, incitent. Vid. Bornem. ad Xenoph. Conviv. VII, 4, 5. p. 181.

94. νειοὶ δ' ἐκπ.] cogitandum de iteratâ agrorum aratione circa dies longissimos, ut auctumno conserantur. Vid. Voss. ad Virgil. Eclog. p. 85. Kiessling. — ἀνίκα τέττιξ. Pulcre cicada pastores observare dicitur. Eâdem dictionis suavitate pica pastoribus, piscatoribus et lignariis respondens et quodammodo cum iis certans fingitur ab Archiâ Epigr. XXVIII. Vid. Fr. Iacobs. in Animadv. in Anthol. Tom. II. P. I. p. 267. Tom. II. P. III. p. 404.

96. Armorum usus tam sit infrequens, ut araneae telas super ea expandant. Imago a multis usurpata et nobilitata. Praeivit Hom. Od. XVI, 34. Ex iis qui Homerum sequuti sunt poetis inprimis Bacchylidis locus (Fragm. IX.) celebritatem nactus est, ἐν δὲ σιδαροδέτοισιν πόρπαξιν αἰθᾶν ἀραχνᾶν ἱστοὶ πέλονται. Pleraque, quae huc pertinent, collecta sunt a Fr. Iacobs. in Animadv. in Anthol. Gr. Tom. I. P. I. p. 282. Heyne ad Tibull. I, 10, 47. Friedemann. de mediâ syll. Pentam. p. 332. — εἰς ὅπλ' ἀράχναι, mutam cum liquidâ in voce ὅπλα corripi, per se quidem minime insolitum. Sed hoc loco, quod in quinto pede haec correptio admissa est, sequente elisione, incommodi nescio quid habet.

97. μηδ' ὄνομ' εἴη] belli nec nomen audiatur amplius. Sic Χαρίτων λοιπὸν οὐδ' ὄνομα Epigr. incert. poet. XIX. Fr. Iacobs. in Animadv. in Anthol. Tom. III. P. I. p. 297.

98 — 100. Hieronis nomen atque famam in remotissimas terras propagent poetae. — πόντου Σκυθ., Pontum Euxinum intellige. — ὅπῃ κ. τ. λ., usque ad Euphratem s. Mesopotamiam. Hanc terram designat per artificiosissimum Semiramidis opus, quae coctilibus muris urbem suam cinxisse fertur ab Ovid. Metam. IV, 57. Res est satis nota. De asphalto vide interpp. ad Aelian. Var. Hist. XIII, 16. p. 876. edit. Gron.

Εἷς μὲν ἐγών, πολλοὺς δὲ Διὸς φιλέοντι καὶ ἄλλους
Θυγατέρες, τοῖς πᾶσι μέλοι Σικελὰν Ἀρέθοισαν
Ὑμνεῖν σὺν λαοῖσι, καὶ αἰχματὰν Ἱέρωνα.
Ὦ Ἐτεόκλειοι θύγατρες θεαί, αἱ Μινύειον
Ὀρχομενὸν φιλέοισαι, ἀπεχθόμενόν ποκα Θήβαις,
Ἄκλητος μὲν ἔγωγε μένοιμί κεν· ἐς δὲ καλεύντων
Θαρσήσας Μοίσαισι σὺν ἁμετέραισιν ἱκοίμαν,
Καλλείψω δ' οὐδ' ὔμμε· τί γὰρ Χαρίτων ἀγαπατὸν
Ἀνθρώποις ἀπάνευθεν; ἀεὶ Χαρίτεσσιν ἅμ' εἴην.

102. Kiessl. ex duobus codd. μέλει.

102. Σικ. Ἀρ.] pro urbe Syracusarum fontem nominat, qui erat in insulâ Ortygiâ, parte urbis. Vid. Pindar. Nem. I, 1. ibique interpp.

104. ὦ Ἐτ. θύγ.] Gratias Eteocleas dicit poeta, quod erant qui traderent Eteoclem primum Gratiis honorem habuisse easque cultu aliquo prosequutum esse. Pausan. Boeot. IX, 34, 35. τὸν δὲ Ἐτεοκλέα λέγουσιν οἱ Βοιωτοὶ Χάρισιν ἀνθρώπων θῦσαι πρῶτον. De cultu Gratiarum apud Orchomenios ab Eteocle instituto lege inprimis Ottfr. Mueller. Orchom. Tom. I. p. 177.

105. Ὀρχ. ... ἀπεχθ. Θήβ.] Veteres rem ita tradunt. Erginus rex Orchomenî, Clymeno patre a Thebanis interfecto, Thebas cepit iisque tributum imposuit; nec prius Thebani hoc tributo liberati sunt quam Hercules Orchomenios proelio vicit. Pausan. IX, 34. Mueller Orchomen. p. 135. p. 207. Boeckh. ad Pindar. Olymp. IV. in Eplicatt. p. 145.

108. Simili ratione Eurip. Herc. Fur. 673. οὐ παύσομαι τὰς Χάριτας Μούσαις συγκαταμιγνύς, ἡδίσταν συζυγίαν. — In fine carminis exspectabamus poetam simpliciorem verborum collocationem electurum esse τί γὰρ Χαρίτων ἀπάνευθεν Ἀνθρώποις ἀγαπατόν. Sed nihil mutandum. Non ubivis enim poetae quae simplicissima iis offerretur ratio, eam eligebant. Sic ut uno defungar exemplo, quod legitur in Sophoclis Antig. 678. λέγειν Φρονοῦντως ὧν λέγεις δοκεῖς πέρι, nemo non mirabitur, animadvertente id Hermanno, cur non poeta duriorem verborum collocationem ita mollire maluerit: δοκεῖς Φρονοῦντως ὧν λέγεις λέγειν πέρι.

XVII.

Argumentum.

Initio huius carminis poeta consilium Ptolemaeum Philadelphum, Aegypti regem, celebrandi aperit — 12. Quod ut exsequatur, a Ptolemaei Lagi, post fata inter Deos recepti, laude progreditur — 33. ad Berenices, Philadelphi matris, praeconia, quam Venus in sua templa, ut πάρεδρος ipsi esset, recepisse putabatur — 57., unde ad ipsius Philadelphi felicitatem virtutemque praedicandam procedit, quam a faustis ominibus repetit, quae ad regii pueri ortum in insulâ Cô edita futuram eius opulentiam et potentiam portenderint. Tum instituto recensu terrarum regni — 92. divitias regias, per pacem exoptatissimam congestas, ambitiose laudat — 105., Ptolemaei munificentiam et prudentiam in beneficiis tribuendis extollit — 120., pietatis denique in parentes monimenta magnifice praedicat — 127. Adiicitur in fine regiae coniugis, quae eadem Ptolemaei soror erat, encomium. — Hoc carmen nec ad praecedentis Hymni praestantiam accedit, nec omnino Theocriti ingenium sapit. F. I.

Luculentum vides in hôc carmine exemplum, quam diversae sint de eodem poemate virorum doctorum sententiae. Fuerunt enim qui perfectius nihil, nihil omnibus numeris tam absolutum haberent, quam hoc carmen, ut Clodius, de quo retulit Manso Nachtr. zu Sulzer. I, 1. p. 114. Plurimi vero alii minus honorifice statuunt. Quibus ut penitus assentio, ita nolim, hoc pro argumento habeatur, ex quo carmen Theocrito abiudicandum esse existimem. Dicam potius id iuvenili operâ a poetâ compositum et, ut probabile est, Alexandriae scriptum. Quod ut statuamus in causâ sunt, ut alia iam taceam, insulae Coi laudes, quae intexuntur. Has laudes non aptiore tempore a poetâ potuisse conscribi mihi concedes quam tum, quum, relictâ modo insulâ, Alexandriam se contulisset, regis gratiam sibi conciliaturus. Rex Pto-

lemaeus in insulâ Cô natus atque enutritus erat; iuvenilem aetatem suam in eâdem degerat Theocritus: quin quod utrumque eodem magistro Philetâ usum esse admodum probabile est. Iam compara mihi illum locum v. 58 — 74. Cos dicitur insigni laetitiâ affecta fuisse ob puerum, recenti partu editum; eum regem factum precatur, ut eundem sibi honorem statuat, quem Delus ab Apolline acceperit. Quae dicta faustum Iovis omen consequutum esse addit poeta. Nonne haec ita dicta sunt, ut facile sentias poetam, qui ab illâ insulâ Alexandriam venisset, hac oratione aditum sibi aliquem parare voluisse apud Ptolemaeum? Cum toto hoc consilio optime convenit, quod, posteaquam in medio carmine regis munificentiam et prudentiam in beneficiis tribuendis extulisset, in fine spondet se carminibus in posterum quoque regem celebraturum esse. Scriptum est igitur hoc carmen, si me audis, brevi postquam Alexandriam venerat Theocritus, longiore vero tempore ante carmen XVI., quod, relictâ Alexandriâ, Syracusis scripsit, in similem finem, ut Hieronis gratiam sibi pararet. Ex quo simul apparet poetam nostrum minime eos fructus, quos speraverat, Alexandriae tulisse, ab invidis fortasse hominibus impeditum. — De rebus historicis et geographicis, quae in hoc carmine multae afferuntur, egregie, uti assolet, disputavit Niebuhr. in commentatione quae inscripta est: Historischer Gewinn aus der armenischen Uebersetz. der Chronik des Eusebius (in Eiusd. kleinen historischen und philologischen Schriften. Bonn, 1828.), unde quae de tempore, quo Theocritus mihi composuisse videtur hoc carmen, dixi, haud parum firmantur.

Altera quaestio in constituendâ dialecto versatur. Hanc ego epicam esse contendo, licet eam in editionibus hodie vulgatis vix agnoscas. Scilicet datâ operâ Wintertonus, cuius exemplum plerumque sequutus est Valckenaerius, invitis codicibus vulgares formas expulit, expulsarum loco doricas substituens. Quod quam temere factum sit, nemo non intelligit, qui lectionis varietatem a Io. Aug. Iacobsio diligenter enotatam comparaverit. Vel sic tamen remanserunt epicae formae, quas ne mala quidem Wintertoni sedulitas obliterare potuit, velut v. 19. *Πέρσῃσι*, v. 20. *Ἡρακλῆος*, v. 25. *γεγαῶτες*, v. 28. *δαίτηθεν*, v. 52. *προσπνείει*, v. 65. *χείρεσσι*, v. 90. *αἶα*, v. 111. *πτολίεσσι*, v. 119. *κτεάτισσαν*. Ubique locorum igitur restituendae vulgares formae, quod facili negotio ego facere potuissem, nisi eam omnino in adornandâ hac editione mihi imposuissem legem, ut, qui accuratis codicum collationibus destitutus essem, in singulis nihil novarem.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΕΒΔΟΜΟΥ ΚΑΙ ΔΕΚΑΤΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.

Τοῦτο τὸ εἰδύλλιον εἰς Πτολεμαῖον τὸν Φιλάδελφον γέγραπται. Ἀρατείᾳ δὲ κέχρηται εἰςβολῇ. Ὁ δὲ Φιλάδελφος

Πτολεμαῖος τοῦ Λάγου καὶ Βερενίκης ἦν παῖς. Διὸ καὶ ἁμαρτάνει ὁ Μούνατος, τοὺς χρόνους τοῦ Θεοκρίτου καταβιβάζων *) εἰς τὸν Φιλοπάτορα, τοσούτου χρόνου μαχόμενος διαστήματι.

*) καταβιβάζων] codd. lectionem ἀναβιβάζων correxerunt Hemsterh. et Geelius. Emendationem primus recepit Boissonade.

ΕΓΚΩΜΙΟΝ
ΕΙΣ
ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΝ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ ιζ'.

Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, καὶ ἐς Δία λήγετε Μοῖσαι,
Ἀθανάτων τὸν ἄριστον ἐπὴν ᾄδωμεν ἀοιδαῖς·
Ἀνδρῶν δ' αὖ Πτολεμαῖος ἐνὶ πρώτοισι λεγέσθω
Καὶ πύματος καὶ μέσσος· ὃ γὰρ προφερέστατος ἀνδρῶν.
Ἥρωες, τοὶ πρόσθεν ἀφ' ἡμιθέων ἐγένοντο,

Idyll. XVII. 4. Kiessl. ex sex codd. recepit comparativum προφερέστερος, quem probat Bernhardy Syntax p. 436.
5. Hic et v. 136. recentiores ex coniecturâ Wintertoni ἀμιθέων scripserunt. De ceteris dorismis eiiciendis in sqq. nihil dicam, quod

Idyll. XVII. 1—4. Uti inter deos perpetuo celebrandus est Iuppiter, sic inter homines Ptolemaeus. — ἐκ Διὸς ἀρχ. Aratum idem initium operis sui fecisse satis constat. Virgil. Eclog. III, 60. A Iove principium.

3. ἐνὶ πρώτ. — καὶ πύμ. καὶ μ.] omni tempore. Praeivit Hom. Il. IX, 96. Ἀτρείδη κύδιστε — Ἐν σοὶ μὲν λήξω· σέο δ' ἄρξομαι. Dion. Chrys. Or. XVIII. p. 478, 43. Ὅμηρος δὲ καὶ μέσος καὶ ὕστατος καὶ πρῶτος παντὶ παιδὶ καὶ γέροντι. Philostr. Vit. Soph. II, 26, 2. ἑταίρων, ὧν πρῶτος καὶ μέσος καὶ τελευταῖος ὁ Μαρκιανός. Theophr. Char. II. ἐμπεσόντος λόγου, τίς εἴη βέλτιστος, ἀπ' αὐτοῦ ἀρξαμένους πάντας ἐπὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ κατενεχθῆναι. Horat. Epist. I, 1. Primâ dicte mihi, summâ dicende Camoenâ. F. I.

5. πρόσθεν] olim. Sic πρίν apud Pindar. Olymp. IX, 85. Isthm. VIII, 151. πρώαν et πράν apud Mosch. III, 70. at-

Ῥέξαντες καλὰ ἔργα σοφῶν ἐκύρησαν ἀοιδῶν·
Αὐτὰρ ἐγὼ Πτολεμαῖον ἐπιστάμενος καλὰ εἰπῆν
Ὑμνήσαιμ'· ὕμνοι δὲ καὶ ἀθανάτων γέρας αὐτῶν.
Ἴδαν ἐς πολύδενδρον ἀνὴρ ὑλατόμος ἐνθὼν
Παπταίνει, παρεόντος ἅδην, πόθεν ἄρξεται ἔργω.
Τί πρᾶτον καταλεξῶ; ἐπεὶ πάρα μυρία εἰπῆν,
Οἷσι θεοὶ τὸν ἄριστον ἐτίμασαν βασιλήων.
Ἐκ πατέρων οἷος μὲν ἔην τελέσαι μέγα ἔργον
Λαγιάδας Πτολεμαῖος, ὅκα φρεσὶν ἐγκατάθοιτο
Βουλάν, ἃν οὐκ ἄλλος ἀνὴρ οἷός τε νοῆσαι.

haec opera esset parum fructuosa. Cuius interest accuratius cognoscere, quot dorismos invexerint recentiores editores in hoc carmen, is evolvat Io. Aug. Iacobsii editionem, collatis iis, quae in universum de dialecto disputavi in Argumento.

que ante apud Ovid. Fast. I, 337. Kiessl. — Adde nuper Latinorum, de quo vide Indic. Ciceron.

9. Tantum vero materiae mihi offertur, ut nesciam, unde initium capiam. Hoc illustrat poeta per imaginem, ex nostro quidem sensu non satis aptam, sed in qua veterum nemo offenderit. Dicit enim, se in eâdem esse conditione, qua lignator, qui ubi in nemorosam sylvam venerit, nesciat, ubi primum ligna caedat. — Ceterum comparandi particula omissa est, quae lyrica fere audacia est. Vide Boeckh. et Dissen. ad Pindar. Olymp. I. init.

10. παρεόντος] verba sic videntur iungenda: παπταίνει πόθεν ἄρξεται ἔργω, παρεόντος ἅδην. Orationem eleganter invertit. Cf. v. 122. F. I.

13. ἐκ πατέρων] a maioribus ut ordiar. Haec explicatio ob Herculis commemorationem, ad quem poeta Ptolemaei refert genus, Fr. Iacobsio quoque praeferenda videtur ei, quam Meineke ad Euphor. p. 10. proposuit, de solis parentibus haec verba intelligens. Idem Meineke ἐκ πατέρων pro πατέρων accipit, redundante praepositione, quo sensu πατέρων pro parentibus esse apud Plutarch. Tom. II. p. 761. A. animadvertit Fr. Iac. — οἷος μὲν ἔην τελ. Respondent his ea, quae v. 34. sequuntur οἷα δ' .... Βερενίκα. In dictionis similitudinem bene comparat Kiessl. Hom. Od. II, 272. οἷος κεῖνος ἔην, τελέσαι ἔργον τε ἔπος τε. Cf. Matth. Gr. §. 533, 3. p. 1042.

16. Ptolemaeus, Lagi filius, per longam annorum seriem quum regnum obtinuisset, liberis ex Eurydice, priore coniuge, exclusis, Ptolemaeum Philadelphum regni socium adscivit. Hinc post mortem unâ cum Berenice, coniuge suâ, in deos transscriptus est a Philadelpho. — Ad hanc rem respiciens poeta patrem, i. e. Iovem ipsum dicit Ptolemaeum Lagidem divino honore beavisse.

17. δόμος ἐν Διὸς οἴκῳ δέδμηται] i. e. θάλαμος s. οἶκος δέδμηται. Singuli enim dii peculiarem suum habebant οἶκον cum Iovis palatio coniunctum, ut constat ex Hom. Il. I, 607. Vid. Heyn. Excurs. VIII. ad Il. T. I. p. 189. Quum novus itaque deus reliquo numero adderetur, novus etiam thalamus exstrueretur necesse erat.

Τῆνον καὶ μακάρεσσι πατὴρ ὁμότιμον ἔθηκεν
Ἀθανάτοις, καί οἱ χρύσεος δόμος ἐν Διὸς οἴκῳ
Δέδμηται· παρὰ δ' αὐτὸν Ἀλέξανδρος φίλα εἰδὼς
Ἑδριάει, Πέρσαισι βαρὺς θεὸς αἰολομίτραις.
Ἀντία δ' Ἡρακλῆος ἕδρα σφιν ταυροφόνοιο
Ἵδρυται, στερεοῖο τετυγμένα ἐξ ἀδάμαντος.
Ἔνθα σὺν ἄλλοισιν θαλίας ἔχει οὐρανίδαισι,
Χαίρων υἱωνῶν περιώσιον υἱωνοῖσιν,
Ὅττι σφέων Κρονίδας μελέων ἐξείλετο γῆρας,

14. Vulgo Ὁ Λαγίδας. Omisso articulo alii Λαγίδας. Utrumque falsum esse metri ratio docet. Meineke emendavit Λαγειάδας, quod probat Spitzner. Prosod. §. 58. 2, a.

Nimirum deos sibi fingebant ad instar hominum viventes, apud quos auctâ familiâ sedes ampliabantur, ita ut privae filiis aediculae ad domus latera exstruerentur. Hom. Il. VI, 243.

18. φιλὰ εἰδώς] formula ex Homero sumpta. Hom. Od. XIV, 290. ἀνὴρ ἀπατήλια εἰδώς.

19. ἑδριάει] ei sedes est in Iovis mensâ iuxta Alexandrum et Herculem, maiores et amicos suos. Qua quidem re haud parum magnificentiae ac splendoris in Ptolemaeum ipsum transfertur. A sensu loci aberrant qui ἑδριάει ita accipiunt, quasi Alexander et Hercules dii πάρεδροι Ptolemaei fuerint in templis. Nostra loci interpretatio si Mitscherlichio, ut speramus, probabitur, ipse, opinor, concedet iustum non habere locum, quod in Programm. Gotting. 1825. (repetit. im neuen Arhiv. f. Philol. u. Paedag. 1829. nro. 36.) poetam numeros suos ipsum conturbavisse contendit. — βαρὺς θεός, gravis, metuendus ob victorias de iis reportatas, quemadmodum Persae apud Horat. Od. I, 2, 22. graves Romanis dicuntur. Cf. Hermann. ad Soph. Antig. 763. Hoc etiam epitheton male habuit Mitscherl., quod minus conveniret Alexandro, nunc inter deos recepto. Verum reputes hanc eius esse vim, ut tantum Persis timorem iniecisse dicatur Alexander, ut mortui etiam summâ reverentiâ ducantur. — αἰολομίτραις. Persae dicuntur mitris versicoloribus s. pictis redimiti. Quanquam proprie Persae non erant mitrati (μιτρηφόροι), sed tiaras gestabant. Vid. Herod. VII, 61. collat. VII, 62.

20. ταυροφ.] insigne aliquod Herculis factum respicitur, quo taurum robore conspicuum occidit. Cf. Id. XXV, 145. Philostr. Imagg. II, 24.

21. Ex adamante ei sella facta, utpote deo. Minime vero de praegravi corporis mole cogitandum.

22. θαλίας ἔχει] epulis deorum interesse dicuntur qui in deorum numerum recepti sunt. Alexandro vero et Ptolemaeo quod inprimis delectatur Hercules, eius rei causa est haec, quod uterque ab Hercule genus suum repetebat.

24. μελ. ἐξ. γῆρας] e membris exemit senectam, i. e. immortales eos fecit. Fr. Iacobs. attulit Apoll. Rhod. IV, 871., ubi Thetis, ut Achillem immorta-

Ἀθάνατοι δὲ καλεῦνται ἑοὶ νέποδες γεγαῶτες.
Ἀμφοῖν γὰρ πρόγονός σφιν ὁ καρτερὸς Ἡρακλείδας.
Ἀμφότεροι δ' ἀριθμεῦνται ἐς ἔσχατον Ἡρακλῆα·
Τῷ καὶ ἐπεὶ δαίτηθεν ἴοι κεκορημένος ἤδη
Νέκταρος εὐόδμοιο φίλας ἐς δῶμ' ἀλόχοιο,
Τῷ μὲν τόξον ἔδωκεν ὑπωλένιόν τε φαρέτραν,
Τῷ δὲ σιδάρειον σκύταλον, κεχαραγμένον ὄζοις.
Οἱ δ' εἰς ἀμβρόσιον θάλαμον λευκοσφύρω Ἥβας
Ὅπλα καὶ αὐτὸν ἄγοντι γενειήταν Διὸς υἱόν.
Οἷα δ' ἐν πινυταῖσι περικλειτὰ Βερενίκα

28. ἴοι] Hermann. ad Viger. p. 931. coniunctivum, qui in libris aliquot editis exstat, unice verum iudicat, quod de re praesenti agatur. Hermannum sequutus est Kiessl. Sed, ni fallor, optativus habet

lem redderet, ambrosiâ unxit, ὄφρα πέλοιτο Ἀθάνατος, καί οἱ στυγερὸν χροῒ γῆρας ἀλάλκοι. Vid. eundem ad Anthol. Tom. III. P. II. p. 307.

25. νέποδες γεγ.] Eustath. ad Hom. Od. IV, 404. νέπους κατά τινα γλῶσσαν ὁ ἀπόγονος. — Participium γεγαῶτες pro ὄντες more Hom. Il. IV, 41. etc. Kiessl.

26. Stemmatis ratio haec est: Ptolemaeus Lagides filius erat Philippi [illegible]inoae, quam postea P[illegible]ma[illegible]agus in matrimonium d[illegible]t: [illegible]e Ptolemaeus Lagides et Alexander, rex Macedoniae, fratres ex patre erant. Antiquissimus vero Macedoniae rex Caranus fuisse dicitur unus ex Herculis posteris, pronepos Thestii, ut ipsum Herculem generis propinquitate se attingere gloriarentur qui regnum Macedonicum obtinebant.

28. τῷ] i. e. διὰ τοῦτο, quam ob rem. Sic [illegible] Id. XXV, 186. Usus apud Home[illegible]m frequens. — δαίτηθεν. Plane formatum ut λειμωνόθεν. Id. VII, 80. Vid. interpp. ad Sophocl. Antig. 106.

30. Alexander igitur et Ptolemaeus sunt armigeri Herculis. Herculem sibi fingit tanquam regem satrapamve in scenam cum δορυφορήμασι prodeuntem. Accommodavit igitur poeta deorum mores ad regum suae aetatis consuetudinem; unde non putidiuscula esse intelliges, quae hic narrantur.

34. οἷα δ' ἐν] ingeniosa est Fr. Iacobs. coniectura, qui hic et v. 13. poetae obversatum esse suspicatur Eoearum initium saepius iteratum ἢ οἵη. Hermesianactem quoque in elegiâ (Athenae. XIII. p. 597. Ruhnken. Ep. crit. II. p. 288 sqq.) idem imitatum esse constat.

37. Venus manus suas in sinu Berenicae abstersit, h. e. contactu suo venustam et amabilem reddidit. Dii enim adspectu et contactu virtutes, quibus ipsi pollent, hominibus tribuunt. Sic Aesculapius apud Crinagor. Epigr. XVI. sibi manus inunxit, iisque in Praxagorae sinum demissis pectus eius artis medicae scientiâ implevit. Eâdem imagine, sed pravo, ut videtur, usu in peius detorsâ Callimach. apud Schol. Pindar. Nem. IV, 12. Gratias rogat, ut manus in ipsius elegis abstergant. Vid. Fr. Iacobs. Animadv. in Anthol. Gr. Vol. I. P. I. p. 42. Vol. II. P. I. p. 392. ad Delect. Epigr. p. 126. — ἐξεμάξατο, praegnanti sensu dictum est: manus in eius sinum immissas abstersit.

Ἔπρεπε θηλυτέραις, ὄφελος μέγα γειναμένοισι·
Τᾶς μὲν Κύπρον ἔχοισα Διώνας πότνια κώρα
Κόλπον ἐς εὐώδη ῥαδινὰς ἐσεμάξατο χεῖρας.
Τῷ οὔπω τινὰ φαντὶ ἁδεῖν τόσον ἀνδρὶ γυναῖκα,
Ὅσσον περ Πτολεμαῖος ἑὰν ἐφίλασεν ἄκοιτιν.
Ἦ μὰν ἀντεφιλεῖτο πολὺ πλέον· ὧδέ κε παισὶ
Θαρσήσας σφετέροισιν ἐπιτρέποι οἶκον ἅπαντα,
Ὁππότε κεν φιλέων βαίνῃ λέχος ἐς φιλεοίσας.
Ἀστόργω δὲ γυναικὸς ἐπ' ἀλλοτρίῳ νόος αἰέν,
Ῥηΐδιαι δὲ γοναί, τέκνα δ' οὔποτ' ἐοικότα πατρί.

quo se tueatur. Exprimitur eo repetita rei actio. Itaque cum Meinekio servavi τοι.

38. Boisson. scripsit γυναικῶν.

44. ῥηΐδιοι in septem codd. inventum edidit Kiessl.

Kiessl. — Cf. qui de hoc loco disputat Osann. Auctar. Lex. Gr. p. 26.

38 sq. Attende ad comparationis formam paullo insolentiorem, utpote in qua subiectum mutatum est. Ad severiores enim dicendi leges si haec verba exigere velis, dicendum fuerat in altero versu ὅσον ἄκοιτιν τῷ Πτολεμαίῳ.

40. παισί] filium ex Berenice praeter Philadelphum Lagides habebat Argaeum, filias Arsinoëm et Philoteram. His autem quum amori vacaret omnem domus curam relinquebat securo animo; secus igitur egit atque reges et tyranni Macedonici, Pheraei aliique, qui barbaris custodiam corporis malebant committere quam filiis et propinquis. Theocritus fortasse cogitavit de Antipatro, qui Macedoniae regnum non filio Cassandro, sed Polyspercbonti tradiderat. — Alii haec verba eo referunt, quod Ptolemaeus filium suum Philadelphum in societatem regni vocaverit. Sed de hac re poetam non agere patet. Nam ut taceam tunc pluralem παισίν non habere qui explicari possit, poeta nunc loquitur de rebus domesticis Ptolemaei, de amore, quo coniugem prosequutus sit, de fiduciâ, quam in liberis posuerit.

42. Totius domus curam filio mandavit, quoties torum presserit cum coniuge. Haec ex nostro sensu non satis caste dicta esse et rege parum digna videri facile concedo; veteribus autem in his verbis nihil fuisse offensioni idem persuasum habeo. Cf. v. 133. et quae diximus ad Id. VI, 33.

43. ἐπ' ἀλλοτρ. νόος] Id. I, 37. ἄλλοκα δ' αὖ ποτὶ τὸν ῥιπτεῖ νόον. Alia vide apud Schaefer. ad Eurip. Med. 734. p. 454.

44. ῥηΐδ. γον.] faciles et proinde fecundi sunt partus. Respicit quod Catullus ait secundum semen adulterio. Vid. Dorville ad Chariton. p. 216. — τέκνα δ' οὔποτ' ἐοικ. π. Castitatis enim signum matris habetur, si liberi patri similes sunt. Antiquissimus de hac re locus legitur apud Hesiod. ἔργ. καὶ ἡμ. 218., quo auctore in terrâ, quae pacatâ est et bonis legibus utitur, τίκτουσιν γυναῖκες ἐοικότα τέκνα γονεῦσιν. Contra si quis maxima terrae alicui mala imprecari velit, is ἐπεύχεται αὐτοῖς (eius civibus) .... μήτε γυναῖκας τέκνα τίκτειν γονεῦσιν ἐοικότα, ut Aeschin. orat. contra Ctesiph. p. 289. C. Pluri-

Κάλλει ἀριστεύοισα θεάων πότν' Ἀφροδίτα,
Σοὶ τῆνα μεμέλητο· σέθεν δ' ἕνεκεν Βερενίκα
Εὐειδὴς Ἀχέροντα πολύστονον οὐκ ἐπέρασεν·
Ἀλλά μιν ἁρπάξασα, πάροιθ' ἐπὶ νᾶμα κατενθῆν
Κυάνεόν καὶ στυγνὸν ἀεὶ πορθμῆα καμόντων,
Ἐς ναὸν κατέθηκας, ἑᾶς δ' ἀπεδάσσαο τιμᾶς.
Πᾶσιν δ' ἤπιος ἅδε βροτοῖς μαλακῶς μὲν ἔρωτας
Προςπνείει, κούφας δὲ διδοῖ ποθέοντι μερίμνας.
Ἀργεία κυάνοφρυ, σὺ λαοφόνον Διομήδεα
Μισγομένα Τυδῆϊ τέκες Καλυδώνιον ἄνδρα·

mos, qui in hanc sententiam apud veteres exstant, locos summâ diligentiâ collegerunt Rigalt. ad Artemid. p. 44, 45. et Wyttenbach. ad Plutarch. de discern. adulat. ab amic. p. 63. d. Tom. VI. P. I. p. 492. — Ceterum quod docti aliquot viri hos duo versus aut spurios aut valde insulsos esse arbitrantur, ii non videntur finem huius dicti assequuti esse. Patet enim poetam Philadelphum ob id quoque laudibus ornare, quod similitudo ei intercedat cum patre maxima. Et reverâ hanc oris lineamentorum similitudinem nos quoque in nummis expressam nobis videmur deprehendere. Quodsi quis enim imagines horum Ptolemaeorum in nummis excussas comparaverit apud Vaillant. histor. Ptolem. ad fidem numismatum p. 24, 25. et p. 38, 39., apud Visconti Iconogr. ancienne Tabul. 52 et 53., is concedet in utriusque ore conspici insignem in fronte eminentiam, nasum aduncum, mentum prominens, oculos exstantes rigentesque. Explicationem nostram firmat v. 63.

45. θεάων] genitivus θεάων cohaeret cum πότνα. Vid. Schaef. ad Lamb. Bos. p. 188. in Ind. ad Gregor. Cor. p. 1064. πότνα θεάων hymn. in Cerer. 118. F. I.

47. Ἀχέρ.] Fr. Iacobs. apte comparat Nonn. Dionys. XII, 142., ubi de Ampelo: ζώει τοι, Διόνυσε, τεὸς νέος, οὐδὲ περήσει Πικρὸν ὕδωρ Ἀχέροντος. Hemsterh. affert inscript. apud Gruter. p. 1035. nr. 2. ναίω δ' ἡρώων ἱερὸν δόμον, οὐκ Ἀχέροντος.

50. Berenicen igitur Orco eripuit abreptamque in templo suo collocavit Venus, ut πάρεδρος ipsi esset. Eodem modo Minerva (apud Homer. Il. II, 547.) Erechtheum, quem summo amore prosequebatur, Athenas in suum templum deduxit. Vid. Fr. Iacobs. ad Herod. Attic. 30. in Animadv. in Anthol. Tom. II. P. II. p. 381. (Epigrammat. Delect. p. 351.). — ἑᾶς ... τιμᾶς, i. e. σῆς ... τιμῆς. In hunc sensum Alexandrinos inprimis pronomen tertiae personae adhibere solitos esse satis constat.

51. μαλακῶς] et molles amores inspirat i. e. amorem animis instillat, et curas amantium lenit. Fr. Iacobs. qui comparat Apoll. Rhod. III, 936. ἔῤῥοις, ὦ κακόμαντι, κακοφραδές· οὐδέ σε Κύπρις Οὔτ' ἀγανοὶ φιλέοντες ἐπιπνείουσιν Ἔρωτες. Tum idem observat κούφας διδοῖ pro κουφίζει dictum. Compara Id. XXIII, 9. Φίλαμα τὸ κουφίζον τὸν ἔρωτα. — ποθέοντι, amanti. Sic ποθεῦντες Id. XII, 2.

53. Iam Berenicen praedicat poeta ob felicem partum, quo Pto-

Ἀλλὰ Θέτις βαθύκολπος ἀκοντιστὰν Ἀχιλῆα
Αἰακίδᾳ Πηλῆϊ· σὲ δ', αἰχμητὰ Πτολεμαῖε,
Αἰχμητᾷ Πτολεμαίῳ ἀρίζαλος Βερενίκα.
Καί σε Κόως ἀτίταλλε βρέφος νεογιλὸν ἐόντα,
Δεξαμένα παρὰ ματρός, ὅτε πράταν ἴδες ἀῶ.
Ἔνθα γὰρ Εἰλείθυιαν ἐβώσατο λυσίζωνον
Ἀντιγόνας θυγάτηρ βεβαρημένα ὠδίνεσσιν.
Ἁ δέ οἱ εὐμενέοισα παρίστατο, κὰδ δ' ἄρα πάντων
Νωδυνίαν κατέχευε μελῶν· ὁ δὲ πατρὶ ἐοικὼς
Παῖς ἀγαπατὸς ἔγεντο. Κόως δ' ὀλόλυξεν ἰδοῖσα,

maeum Philadelphum edidit, eamque comparat cum Deïpyle, quae Diomedem peperit, et cum Thetide, quae Achillem enixa est. Cur Diomedis matrem invocaverit auctor huius carminis atque cur ei primum locum dederit, peculiaris videtur haec causa fuisse, quod Tydei mater Althaea Thestii filia fuit, ad quem generis sui originem referebant Ptolemaei. Vid. annot. ad v. 26. — *Ἀργεία* est Deïpyle, Adrasti filia, Argis nata, quo Tydeus post caedem Calydone patratam confugerat. — Calydonium virum dicit Diomedem ob Tydeum patrem, qui Calydone habitaverat.

58. Ptolemaeus Philadelphus in insulâ Cô natus et educatus est, idemque videtur huic insulae praecipuum honorem habuisse. Hinc Alexandrini poetae cupide arripuerunt occasionem insulam Cô praedicandi. Cf. similem Callimachi locum in Del. 160 sqq. Fr. Iacobs. in Not. Crit. ad Anthol. Palat. p. 320 sq. Quo tempore Ptolemaeus Coi natus sit, non constat. Ex argumentis tamen idoneis suspicatur Niebuhr. l. d. p. 293. regem partu editum esse circa tempus pugnae ad Issum commissae. — Ceterum similis orationis color deprehenditur in Homer. Il. XIV, 202., quem locum Kiessl. affert, *οἵ μ' ἐν σφοῖσι δόμοισιν ἐῢ τρέφον ἠδ' ἀτίταλλον, Δεξάμενοι Ῥείης, ὅτε τε Κρόνον ... Ζεὺς ... καθεῖσε.*

61. Berenice, uxor Ptolemaei Lagidae, filia erat Antigonae, neptis Cassandri.

63. *νωδυνίαν*] Crinagor. Epigr. XIII. *Ἥρη Ἐλειθυιῶν μῆτερ — ὠδῖνας νεύσαιτ' Ἀντωνίῃ ἵλαος ἐλθεῖν πρηεῖας, μαλακαῖς χερσὶ σὺν Ἠπιόνης.* F. I.

64. *ὀλόλυξεν*] de laeto clamore hîc, ut alibi saepius, usurpatur. Vid. Seidler. ad Eurip. Electr. 686. et quem laudat Kiessl. Siebelis. ad Hellen. p. 379. Cf. annot. ad Id. VII, 139. — Quod hîc insula exultans canensque inducitur, eius quidem fictionis (prosopopoeiae) alia quoque apud antiquiores poetas reperiuntur exempla, ut Hymn. Homer. in Apoll. 160., ubi Delus insula cum Latonâ colloquitur. Tum quod Cos manibus puerum contrectasse dicitur, neque id cuiquam potest offensioni esse, qui reputaverit urbes, regiones, insulas semper per numina, quae ipsis quodammodo praesunt, repraesentari. Vid. Boeckh. Explicatt. Pindar. p. 169. Montes etiam haud raro sub humanâ specie repraesentantur. Vid. Welcker. ad Philostr. Imagg. p. 290. Fr. Iacobs. ad eund. p. 295.

Φᾶ δὲ, καθαπτομένα βρέφεος χείρεσσι φίλαισιν·
Ὄλβιε κῶρε γένοιο, τίοις δέ με τόσσον, ὅσονπερ
Δῆλον ἐτίμασεν κυανάμπυκα Φοῖβος Ἀπόλλων·
Ἐν δὲ μιᾷ τιμᾷ Τρίοπος καταθεῖο κολώναν,
Ἶσον Δωριέεσσι νέμων γέρας ἐγγὺς ἐοῦσιν,
Ὅσσον καὶ Ῥήναιαν ἄναξ ἐφίλασεν Ἀπόλλων.
Ὣς ἄρα Νᾶσος ἔειπεν· ὁ δ' ὑψόθεν ἔκλαγε φωνᾷ
Ἐς τρὶς ὑπαὶ νεφέων Διὸς αἴσιος αἰετὸς ὄρνις·
Ζηνός που τόδε σῆμα. Διὶ Κρονίωνι μέλοντι

70. Pro ὅσσον plurimi codd. habent ἶσον.
71. *Νᾶσος* maiore litera excudi curavi.

66 — 70. Precatur insula Cos modo natum puerum, ut tanto se honore afficiat, quanto Delum Apollo.

66. *ὄλβιε κῶρε γένοιο*] attractionis, quae late patet apud Graecos, genus quoddam est, ex quo hic vocativus ὄλβιε pro nominativo ponitur. Callim. fr. 213. ἀντὶ γὰρ ἐκλήθης Ἴμβρασε Παρθενίου. Alia exempla huius dicendi generis dant Seidler. ad Eurip. Troad. 1229. et Kiessl. ad h. l., Matth. Gr. Gr. §. 312. p. 615. Bernhardy Syntax. p. 460., qui constructionis rationem bene explicuit. Sed illum Euripidis locum ex horum exemplorum numero exime cum aliis, ubi vocativus non pro nominativo est. Latinos ab huius dictionis imitatione non abstinuisse te docebit Huschke ad Tibulli I, 7, 53. Heindorf, ad Horat. Satir. II, 6, 30. Fr. Iacobs. in der Latein. Blumenl. Tom. II. p. 76.

67. *κυανάμπυκα*] eadem ratione hic insula κυανάμπυξ dicitur, qua Thebae apud Pindar. Fragm. p. 561. Boeckh. Cf. Wernicke ad Tryphiodor. 372. p. 329.

68. Triopium, promontorium Cnidi, tam prope aberat ab insulâ Cô, ut pro hac ipsâ poneretur, quemadmodum Rhenaea, vicina Delo insula, pro Delo ipsâ. Triopium vero celebratum apud veteres, quod ex quinque nobilissimis Doriensium urbibus incolae in hoc promontorio convenirent et communi religione Apollinem, Neptunum atque Nymphas venerarentur. V. Boeckh. ad Schol. Pindar. Pyth. II, 27. Tom. II. p. 314. Ottfr. Müller. über die Dorier. Tom. II. p. 105. p. 262.

70. Rhenaea vicina erat Delo. Thucyd. III, 104. ἀπέχει ἡ Ῥήνεια τῆς Δήλου οὕτως ὀλίγον, ὥςτε Πολυκράτης, ὁ Σαμίων τύραννος, ἰσχύσας τινὰ χρόνον ναυτικῷ καὶ τῶν τε ἄλλων νήσων ἄρξας καὶ τὴν Ῥήνειαν ἑλὼν ἀνέθηκε τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Δηλίῳ, ἁλύσει δήσας πρὸς τὴν Δῆλον.

73. *μέλοντι*] Iovi reges ac principes curae esse res est nota. Vid. Mitscherl. ad Horat. Od. I, 12, 50. — Quae statim sequuntur formulae αἰδοῖοι βασιλῆες et γεινόμενον ταπρῶτα ductae sunt ex Homero. γεινόμενην τοπρῶτον est apud Callim. hymn. in Dian. 23. — ὄλβος ὀπαδεῖ, ut Pindar. Olymp. VI, 120. ὄλβος ἅμ' ἕσπετο.

76 — 90. Potentiam Ptolemaei regnique ambitum indicaturus poeta primum numerum urbium, quae in terris Ptolemaeo subiectis sitae sint, laboriosâ diligentiâ computat, tum ipsas terras populosque recenset. Quam terrarum Ptolemaeo subiectarum recensionem si-

Αἰδοῖοι βασιλῆες· ὁ δ' ἔξοχος, ὅν κε φιλάσῃ
Γεινόμενον ταπρῶτα· πολὺς δέ οἱ ὄλβος ὀπαδεῖ.
Πολλᾶς μὲν κρατέει γαίας, πολλᾶς δὲ θαλάσσας.
Μυρίαι ἄπειροί τε, καὶ ἔθνεα μυρία φωτῶν
Λήϊον ἀλδήσκουσιν ὀφελλόμενον Διὸς ὄμβρῳ·
Ἀλλ' οὔτις τόσα φύει, ὅσα χθαμαλὸς Αἴγυπτος,
Νεῖλος ἀναβλύζων διερὰν ὅτε βώλακα θρύπτει.
Οὐδέ τις ἄστεα τόσσα βροτῶν ἔχει ἔργα δαέντων·
Τρεῖς μέν οἱ πολίων ἑκατοντάδες ἐνδέδμηνται,

79. Octo codd. dant *χθαμαλὴ Αἴγυπτος.*

cum simili quae in monumento Adulitano legitur, comparaveris, duo inprimis sunt, quae attentum lectorem moveantur. Primum in terrarum nominibus afferendis omissa est apud Theocritum insula Cyprus, quam a Ptolemaeo Sotere captam post pugnam apud Issum Aegypti reges obtinuerunt, donec haec terra a Clodio in provinciam redacta est. Cuius difficultatis expediendae hanc unice ipse Niebuhr. l. d. p. 290. novit rationem, ut versum aliquem intercidisse statuat. In altero obtinet contrarium. Inter populos, qui Ptolemaeo paruerint, Theocritus nominat Pamphylios et Cilices, quorum nulla mentio in monumento Adulitano. Hanc diversitatem ita componit Niebuhr., ut, quum monumentum illud diu post carmen Theocriteum factum esse certum sit, Ptolemaeum, pacis studiosum, illas terras Syriaco regi reddidisse existimet. Quae quidem viri eruditissimi suspicio admodum probabilis videtur.

78. *ἀλδήσκουσιν*] colunt. *ἀλδήσκειν* transitivo sensu positum non est quod sollicites. Vid. Schaefer. ad h. l.

79. *χθαμ. Αἰγ.*] Aegypti pars depressior, inferior. Nota brevem syllabam productam esse, quod, licet in arsi sit posita, in quinto tamen pede rarius fit.

81. Inità accurate subductâque ratione invenies numerum urbium, quae in ditione Ptolemaei fuerint, indicari 33333. Quod hunc numerum, nec alium rotundum afferat poeta, factum videtur Fr. Iacobsio propterea, quod auctor in numero ternario nescio quid mysterii quaesiverit. Ceterum ingentem illam summam veritatis speciem non excedere tibi patebit, quum reputaveris Aegyptum, terram fecundissimam maximeque cultam, plurimos aluisse incolas. Nec multum recedunt a poetâ nostro historiarum scriptores. Diodor. Sic. I, 31. ad publicarum tabularum fidem numerum urbium Aegypti ponit 18000; Herod. II, 177. tradit, Amasi regnante, 20000 urbes in Aegypto fuisse, quarum numerum sub Ptolemaeorum imperio admodum auctum fuisse noli dubitare. Certe Diodor. ipse l. c. numerum urbium sub Ptolemaeo Lagide 30000 ponit, coll. Tzetze. Chil. 3, 67. v. 72. Hinc facile concedes admodum confirmari ea, quae apud Theocritum leguntur. Sed ut rei, vel sic satis mirandae, maiorem fidem addam, tenendum est, quod Reiskius recte animadvertit, *πόλιν* commune nomen esse locis omnibus, ubi homines communione quadam civili inter se iuncti vivunt; maiora sint an minora illa loca, oppida

Τρεῖς δ' ἄρα χιλιάδες τρισσαῖς ἐπὶ μυριάδεσσι,
Δοιαὶ δὲ τριάδες, μετὰ δέ σφισιν ἐννεάδες τρεῖς·
Τῶν πάντων Πτολεμαῖος ἀγάνωρ ἐμβασιλεύει.
Καὶ μὴν Φοινίκας ἀποτέμνεται Ἀῤῥαβίας τε
Καὶ Συρίας Λιβύας τε κελαινῶν τ' Αἰθιοπήων·
Παμφύλοισί τε πᾶσι καὶ αἰχμηταῖς Κιλίκεσσι
Σαμαίνει Λυκίοις τε φιλοπτολέμοισί τε Καρσί
Καὶ νάσοις Κυκλάδεσσιν· ἐπεί οἱ νᾶες ἄρισται
Πόντον ἐπιπλώοντι· θάλασσα δὲ πᾶσα καὶ αἶα
Καὶ ποταμοὶ κελάδοντες ἀνάσσονται Πτολεμαίῳ.
Πολλοὶ δ' ἱππῆες, πολλοὶ δέ οἱ ἀσπιδιῶται
Χαλκῷ μαρμαίροντι σεσαγμένοι ἀσφαραγεῦντι.
Ὄλβῳ μὲν πάντας καταβεβρίθει βασιλῆας·

84. Vulgatum ἐνδεκάδες correxit ex cod. Flor. Schaefer. Ante hunc eandem emendationem perspexerat Niebuhr. in Kleinen Schriften p. 288.

93. μιν pro οἱ est in tredecim codd., idque recepit Brunck.

94. Pro σεσαγμένοι codd. haud pauci exhibent τεταγμένοι. — Tum an vici, perinde est. — ἔργα δαέντων. Homer. hymn. in Vulc. 5. ἔργα δαέντες.

84. μετὰ δέ σφ.] praepositio μετά cum dativo praeter, ut Id. I, 39. Kiessl.

85. τῶν πάντων] neutrius est generis. Aristophanes Γεωργ. IV. συκᾶς φυτεύω, πάντα πλὴν Λακωνικῆς. Cf. Theocrit. Epigr. I, 34. et vid. Dorvill. ad Charit. p. 571 = 549. Schaefer. — Nempe neutrum numeri pluralis post substantiva feminini generis ponitur, quum et ea res quae dicuntur impersonales denotant, et non solum res dictae, sed universum earum genus intelligi debet. Kühner. ad Cic. Tuscul. III, 4, 7., ubi idem de Latinis traditur.

86. ἀποτέμνεται] ἀποτέμνεσθαι auferre, tum ablatum possidere, sibi vindicare, denique continere s. habere. Illustravit vocem, observante Fr. Iacobs., Wyttenbach. ad Eunap. p. 215. Ex Plutarcho exempla attulit Baehr. ad vitam Philopoem. p. 60. — Ἀῤῥαβίας τε recte hoc loco duplici ρ scribi videtur, quemadmodum Ἀχιλεύς et Ἀχιλλεύς etc. scribitur, prouti metri ratio postulat. Quae vero Valcken. ad Adon. 128. attulit exempla παρὰ ῥόον, παρὰ ῥάχιν aliena sunt, quippe in quibus productio in duabus vocibus fit.

94. σεσαγμένοι] instructi. Vid. Valcken. ad Herod. VII, 62. — ἀσφαραγεῦντι, verbum notabile pro βρέμουσι, fremunt. F. I.

96. ἐς ἀφνεὸν ... οἶκον] thesauros intelligit. Aeschyl. Pers. 3. de custodibus, qui regiae gazae praepositi erant, τῶν ἀφνεῶν καὶ πολυχρύσων ἑδράνων φύλακες.

97. λαοὶ δὲ cet.] continetur his verbis causa opulentiae regiae, quod in summâ tranquillitate incolis opus facere terramque colere liceat.

98. πολυκήτεα] ob plurimos, qui in Nilo pascuntur, crocodilos et hippopotamos.

99. πεζός] exercitus. —

Τόσσον ἐπ' ἆμαρ ἕκαστον ἐς ἀφνεὸν ἔρχεται οἶκον
Πάντοθε. λαοὶ δ' ἔργα περιστέλλουσιν ἕκηλοι.
Οὐ γάρ τις δηΐων πολυκήτεα Νεῖλον ἐπεμβὰς
Πεζὸς ἐν ἀλλοτρίαισι βοὰν ἐστάσατο κώμαις·
Οὐδέ τις αἰγιαλόνδε θοᾶς ἐξάλατο ναὸς
Θωρηχθεὶς ἐπὶ βουσὶν ἀνάρσιος Αἰγυπτίῃσιν.
Τοῖος ἀνὴρ πλατέεσσιν ἐνίδρυται πεδίοισι,
Ξανθόκομος Πτολεμαῖος, ἐπιστάμενος δόρυ πάλλειν·
Ὧι ἐπίπαγχυ μέλει πατρώϊα πάντα φυλάσσειν,
Οἷ' ἀγαθῷ βασιλῆϊ· τὰ δὲ κτεατίζεται αὐτός.
Οὐ μὰν ἀχρεῖός γε δόμῳ ἐνὶ πίονι χρυσός,
Μυρμάκων ἅτε πλοῦτος ἀεὶ κέχυται μογεόντων·
Ἀλλὰ πολὺν μὲν ἔχοντι θεῶν ἐρικυδέες οἶκοι,

iidem ἀμφαγέρονται, quod a Brunckio probatum Kiessl. quoque praefert et Boisson. excudi curavit.

95. Quattuor codd. κε καταβρίθοι, quod probant Valcken. et Schneider. in Lex. Alii κε καταβρίθει, rursus alii γε καταβρίθει.

103. Formam ξανθοκόμας ex duobus codd. et aliquot editt. cum Brunckio recepit Kiessl.

βοὰν ἐστάσατο. Propria Graecorum loquendi formula βοὰν ἱστάναι vel ἵστασθαι pro βοὰν ποιεῖσθαι vel βοᾶν. Exemplis firmavit loquutionem Fritzsch. Quaest. Lucian. p. 171., annotante F. I.

100. Quum Aegyptus plurimos habeat egressus, haud mirum hanc terrarum barbarorum incursionibus saepe infestam fuisse, quod ipsum tradit Herodotus.

101. **ἐπὶ βουσὶν**] eo consilio ut vaccas capiat, ut praedam auferat. Cf. Pflugk. ad Eurip. Hec. 647.

102. **τοῖος ἀνήρ**] τοῖος causam continet. Hom. Od. IV, 227. Theocr. Id. II, 161. Id. XXIV, 77. — **ἐνίδρυται.** Verbum ἐνιδρύσθαι de iis, qui vitae sedem in aliquâ regione fixerunt, saepe adhibetur. Vid. Fr. Iacobs. Animadv. in Anthol. Tom. I. P. II. p. 204. Est autem hic usus verbi ἐνιδρύσθαι legitimus et vulgaris, ut mirer Mitscherlichio poetam visum esse haec imagine non satis commodâ extulisse.

104. **ἐπίπαγχυ**] adverbium, quod a Schneider. in Lexic. in dubiis ponitur, iam Hesiodo Opp. 264. usurpatum. Vid. Lobeck. ad Phryn. p. 48.

105. **τὰ δέ**] alia vero, praeter ea, quae a patre accepit.

106 — 121. Has vero tantasque divitias non reconditas domi habet, sed iis sapienter utitur Ptolemaeus ad plurima in alios conferenda beneficia.

106. **δόμῳ ἐνί**] nihil frequentius eiusmodi hiatu, qui in praepositione ἐνί admissus est. Vid. Fr. Iacobs. in Not. Crit. ad Anthol. Palat. Tom. III. P. I. p. XCIV. Cf. annot. ad Id. XIV, 49.

107. **μυρμάκων ἅτε πλοῦτος**] designantur divitiae inutiles, quibus qui eas congessit indormit. Talium hominum sortem eâdem imagine Graeci dicunt κανθάρου οἶτον, μελίσσης οἶτον, κοχλίου βίον. Vid. Fr. Iacobs. Anim. in Anthol. Tom. I. P. I. p. 382. Idem vir praestantissimus nunc apposite comparat Plutarch. Tom. II. p. 525.

Αἰὲν ἀπαρχομένοιο, σὺν ἄλλοισιν γεράεσσι·
Πολλὸν δ' ἰφθίμοισι δεδώρηται βασιλεῦσι,
Πολλὸν δὲ πτολίεσσι, πολὺν δ' ἀγαθοῖσιν ἑταίροις.
Οὐδὲ Διωνύσου τις ἀνὴρ ἱεροὺς κατ' ἀγῶνας
Ἵκετ' ἐπιστάμενος λιγυρὰν ἀναμέλψαι ἀοιδάν,
Ὧι οὐ δωτίναν ἀντάξιον ὤπασε τέχνας.
Μουσάων δ' ὑποφῆται ἀείδοντι Πτολεμαῖον
Ἀντ' εὐεργεσίας. Τί δὲ κάλλιον ἀνδρί κεν εἴη
Ὀλβίῳ ἢ κλέος ἐσθλὸν ἐν ἀνθρώποισιν ἀρέσθαι;
Τοῦτο καὶ Ἀτρείδαισι μένει· τὰ δὲ μυρία τῆνα,
Ὅσσα μέγαν Πριάμοιο δόμον κτεάτισσαν ἑλόντες,

120. **Reiskii** coniecturam ἀέρι πάντα κέκρυπται fuerunt qui probarent.

121. προτέρων] corruptum videtur **Fr. Iacobsio**. Integritatem vocis nec ipse spoponderim.

E. πρὸς τὸν ὀνώδη καὶ μυρμηκώδη φιλοπλουτίαν.

110. Quod tradit Philadelphum in alios quoque reges liberalem fuisse, in eo respicit rem aliquam, cuius notitia iam nos fugit.

111. πτολίεσσι] constat Philadelphum multas urbes condidisse et in eas iuvandas et ornandas multum pecuniae erogavisse. — ἀγ. ἑταίροις. Sunt **amici** regis, quorum consilio atque operâ in re publicâ administrandâ utebatur. Alexandrini reges eos φίλους proprie vocabant; nos novo vocis usu **ministros regum** vocamus.

112. Quaerunt quaenam sint intelligenda sacra Bacchi certamina, et quinam ii, qui praemiis sint ornati? Dionysia maximo splendore Alexandriae sub Ptolemaeo Philadelpho acta esse patet ex descriptione pompae ab eodem rege in Bacchi honorem institutae, cuius luculentam descriptionem dat **Callixenus Rhodius** lib. IV. de Alexandr. (apud Athen. V. p. 196. a sqq.) illustratam a **Mansone** in Vermischten Schriften Tom. II. p. 336 sqq. Ibi inter alia (p. 198, b.) Philiscus poeta sacerdotem Bacchi egisse eumque sequutos esse πάντας τοὺς περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίτας, **scenicos artifices**, ut **Dalecampius** vertit. Hos igitur hic quoque intelligendos esse putaverim, quanquam veram huius certaminis rationem explicare equidem non ausim. Id saltem vix crediderim, dramaticos poetas, ut nonnulli statuunt, in his Dionysiis fabulis inter se certavisse, quemadmodum Athenis hoc factum esse constat. Rectius, ut iam significavi, intelligas locum de citharoedis atque tibicinibus, qui et ipsi erant Διονύσου τεχνῖται. Vid. **Fr. Iacobs.** Animadv. in Anthol. Tom. I. P. I. p. 348. atque eo ducunt quoque verba hic usurpata λιγυρὰν ἀοιδάν et τέχνη.

115. Μουσ. ὑποφ.] vid. annot. ad Id. XVI, 29.

117. κλέος ἐσθλόν] cf. annot. ad Id. XVI, 58.

119. Maximas opes ex Troiâ captâ sibi paravisse Atridas fama erat apud veteres. Vid. **Aeschyl.** Agam. 128 sqq.

120. ἀέρι πα κέκρ.] haec verba ἀέρι κεκρ. nihil aliud significare existimo, quam ἀφανίζεται, **nusquam apparent**. Ab hostibus enim direptae sunt. **Eurip.** Suppl.

Ἀέρι πα κέκρυπται, ὅθεν πάλιν οὐκέτι νόστος.
Μοῦνος ὅδε προτέρων τοκέων ἔτι θερμὰ κονίῃ
Στειβόμενος καθύπερθε ποδῶν ἐκμάσσεται ἴχνη.
Ματρὶ φίλᾳ καὶ πατρὶ θυώδεας εἵσατο ναώς·
Ἐν δ' αὐτὼς χρυσῷ περικαλλέας ἠδ' ἐλέφαντι
Ἵδρυσεν πάντεσσιν ἐπιχθονίοισιν ἀρωγώς.
Πολλὰ δὲ πιανθέντα βοῶν ὅδε μηρία καίει
Μασὶ περιπλομένοισιν ἐρευθομένων ἐπὶ βωμῶν,
Αὐτός τ' ἰφθίμα τ' ἄλοχος· τᾶς οὔτις ἀρείων
Νυμφίον ἐν μεγάροισι γυνὰ περιβάλλετ' ἀγοστῷ,
Ἐκ θυμῶ στέργοισα κασίγνητόν τε πόσιν τε.
Ὧδε καὶ ἀθανάτων ἱερὸς γάμος ἐξετελέσθη,

122. Aliquot codd. et editt. στειβόμενα, unde Casaub. στειβομένᾳ, quod praefert Kiessl., quod στείβεσθαι plerumque passive accipiatur.

126. Iuxta formulam Homericam Boisson. hic correxit ἐπὶ μηρία καίει.

1188. λόγων καρακέλευσμα σῶν Ἀέρι φερόμενον ποτᾶται, et de defuncto ἐπεὶ γῆς σκότῳ κέκρυπται, Helen. 62. Verba ὅθεν πάλιν etc. nos de inferis cogitare iubent, quorum sedes commune sunt τοῦ ἀφανισμοῦ barathrum. F. I. Adde Pflugk. ad Eurip. Hec. 334.

121. Sensus est: Ptolemaeus insistit vestigiis parentum, quae ad priora ita retulerim, ut poeta, quum de recto divitiarum usu loquutus sit, Philadelphum dicat ad patris exemplum pecuniam impendere in splendidum deorum cultum etc. Tum pergit: idem Philadelphus parentes eximie colit, dum divinos honores iis habet. — Si singula verba sana sunt, eorum structura ita procedit: ὅδε μοῦνος προτέρων ἐκμάσσεται ποδῶν ἴχνη τοκέων ἔτι θερμὰ κονίῃ στειβόμενος καθύπερθε, i. e. hic solus ex omnibus, quos superiora saecula tulerunt, insistit vestigiis parentum modo expressis in pulvere ideoque adhuc calidis, desuper decurrens. θερμὰ ἴχνη legimus etiam in Anthologiâ. Vid. Fr. Iacobs. Animadv. Tom. III. P. II. p. 109. (Delect. Epigr. p. 386.). Cf. Pindar. Pyth. X, 20. τὸ δὲ συγγενὲς ἐμβέβακεν ἴχνεσιν πατρός. De eodem Philadelpho vaticinium edens insula Cos apud Callim. hymn. in Del. 170. ὁ δ' εἴσεται ἤθεα πατρός.

122. χρυσῷ ... ἐλέφαντι] ut summos deorum, Iovem, Minervam et ad imitationem praestantissimi artificis, Phidiae elaboratos. F. I.

125. πάντ. ἐπιχθ. ἀρ.] deos servatores. In mente habuit poeta, ni fallor, ipsum illud cognomen, quod parentes in deos relati a filio acceperunt, θεοὶ Σωτῆρες. Callim. hymn. in Del. 166. Ptolemaeus dicitur σαωτήρων ὕπατον γένος. Cf. de his Ptolemaeorum cognomentis, quae in inscript. reperiuntur, Boeckh. Erklärung einer Papyrusurkunde p. 16.

129. ἀγοστῷ] de ulnis s. brachio. Apud antiquiores tantum de palmâ ponitur.

130. κασίγν. τε πόσιν τε] callide laudat poeta Philadelphum eo, quod eum cum Iove comparat. Notissimum hoc κασίγν. τε πόσιν τε apud Homerum de Iunone. Vid. Wyttenbach. in Animadv. ad Plut. Opp. Mor. Tom. VI. P. I. p. 129.

131. ἱερὸς γάμος] hoc nomi-

Οὓς τέκετο κρείοισα Ῥέα βασιλῆας Ὀλύμπου·
Ἐν δὲ λέχος στόρνυσιν ἰαύειν Ζηνὶ καὶ Ἥρᾳ,
Χεῖρας φοιβήσασα μύροις, ἔτι παρθένος Ἶρις.
Χαῖρ', ὦ 'ναξ Πτολεμαῖε· σέθεν δ' ἐγὼ ἶσα καὶ ἄλλων
Μνάσομαι ἡμιθέων, δοκέω δ', ἔπος οὐκ ἀπόβλητον
Φθέγξομαι ἐσσομένοις· ἀρετάν γε μὲν ἐκ Διὸς ἕξεις.

132. *ἐν*] sic cum Valcken. Meineke ex libris. Kiessl. *ἐν δέ*, quod omnia in eo posita sint, quod Ptolemaeus Arsinoën sororem, ut Iuppiter Iunonem, etiam pro uxore habeat. Sed haec vis, ni fallor, in voce *λέχος* iam inest.

135. Multi codd. *χαῖρε ἄναξ*, quod restituendum putat Spohn. Programm. 3. in Adoniaz. p. 23.

137. *ἕξεις*] multis modis haec verba sollicitata. Mihi quidem admodum sana videntur. Vide annot.

ne insignes erant Iovis atque Iunonis nuptiae. Vid. Hemsterh. animadversionem apud Valcken. ad Adoniaz. 64. p. 367. A. et Boettiger. Iuno. p. 90. p. 113 sqq. Alcaei carmen erat *ἱερὸς γάμος* inscriptum, cuius mentionem facit Athen. IX. p. 408. E. Frustra quaesivi in Matthiae reliquiis Alcaei. — Ceterum Homerica illa formula *κασίγν. τε πόσιν τε* in causâ videtur fuisse, ut factam cum Iove comparationem poeta amplificaret.

134. Iris lectum sternit, quod alias Gratiis tribuitur. Unguentis madent eius manus; deorum enim omnia sunt fragrantia. Fr. Iacobs. Animadv. in Anthol. Tom. I. P. II. p. 272. — *φοιβήσασα*, a *φοιβάω*, pro quo usitatius *φοιβάζω*.

136. *δοκέω δ'*] quod alibi interponitur verbum nunc insolentius praeponitur. Vid. Schaefer. ad Sophocl. Oedip. Col. 995. Tom. II. p. 320. Heind. ad Horat. Satir. I, 3, 53. — *ἔπος οὐκ ἀπόβλητον*, ex Homero desumpta loquendi formula. Il. II, 361. coll. III, 65. Observavit hoc Ast. Uebersetz. von Platon. Phaedr. p. 233.

137. Finitur carmen voto sollemni. Poeta, qui nunc cecinit Ptolemaeum, in posterum quoque eundem se celebraturum esse pollicetur, et tali quidem, qui ipso dignus sit, modo. Tum apte subiungit: virtutem quidem habebis a Iove, h. e. nec larga laudum tuarum mihi defutura est materia; nam virtutem, qua res praeclarae geruntur, Iuppiter tibi dabit. — Haec autem nolim ita intelligas, quasi virtutibus nondum conspicuus sit Ptolemaeus; sed futurum *ἕξεις* accommodatum est praecedenti *φθέγξομαι*. Magis etiam hoc elucescit ex ipsâ vocis *ἀρετή* significatione. Haec enim complectitur omnia quae ornant, condecorant Ptolemaeum, quibus exsplendescit eius imperium, opes, tum recta consilia, quibus regni incolumitas sustinetur et parta inde gloria. Sic vere exposuit Mitscherl., qui in progr. Gotting. 1825. hunc locum fusius tractavit. — Hanc autem virtutem s. facultatem res strenue ac fortiter agendi ut hominibus dare putabantur dii (Homer. Od. XIII, 45. *θεοὶ δ' ἀρετὴν ὀπάσειαν παντοίην*), ita regibus Iuppiter ipse tribuere credebatur. — Denique observandum, praeeunte Kiessl., his ultimis respici initium carminis, *ἐς Δία λήγετε Μοῖσαι.*

XVIII.

Argumentum.

Helena et Menelao in toro nuptiali collocatis primariae Spartanae civitatis virgines, ante cubiculum stantes, Epithalamium cantant, procedentes a dicteriis, quae in novos maritos effundi solebant — 15. Tum Menelai laudatur felicitas, cui prae tot aliis nobilissimis viris contigerat, ut pulcherrimam sibi virginem matrimonio iungeret — 21., quo via munitur ad pulcritudinem Helenae ceterasque eius virtutes praedicandas — 37. Mox ad ipsam Helenam conversus chorus, quantopere eam amet et revereatur, significat. F. I.

Pertinet hoc carmen ad id genus epithalamiorum, quae *κατακοιμητικά* dicuntur, quod vespertino vel nocturno tempore ante fores nuptorum decantabantur. Quem morem respicit Pindar. Pyth. III, 30.

παμφώνων ἰαχὰν ὑμεναίων, ἅλικες
Οἷα παρθένοι φιλέοισιν ἑταῖραι
Ἑσπερίαις ὑποκουρίζεσθ' ἀοιδαῖς.

Alterum vero epithalamiorum genus *ὄρθρια* s. *ἐγερτικά* nuncupabatur, quod matutino tempore post nuptias peractas recitabantur. Atque tale quoque carmen se in promptu habere significant puellae, dum v. 56. mane se redituras esse promittunt (*νεύμεθα κἄμμες ἐς ὄρθρον*). Vetus Scholiastes observat Theocritum plura in hoc carmine ex priore Stesichori, Siculi poetae nobilissimi, epithalamio Helenae mutuatum esse et in suum usum convertisse. Cf. Kleine fragm. Stesichori p. 98. Cuius testimonii veritatem etsi in dubium vocare nolumus, certius tamen constat, opinor, Theocritum Sapphûs epithalamium quoddam ante oculos habuisse. De qua re Fr. Jacobs. ita: „Praeter locum Sapphûs apud Hephaest. 58. *ὄλβιε γαμβρέ, σοὶ μὲν δὴ γάμος, ὡς ἄραο, Ἐκτετέλεστ', ἔχεις δὲ παρθένον, ἂν ἄραο*, versus 20. in memo-

riam revocat alium eiusdem locum apud Dion. Halic. de comp. Verb. c. 25. οὐ γὰρ ἑτέρα ἦν παῖς, ὦ γαμβρέ, τοιαύτα, quae cum prioribus in eodem carmine fuerunt lecta. Ex eo sumpsit etiam γαμβρόν pro sponso, quod vocabulum iterum sic ponitur fragm. LXXIII. ed. Neue. ὕψοι δὲ τὸ μέλαθρον Ὑμήναιον, Ἀέῤῥετε, τέκτονες ἄνδρες, Ὑμήναιον· Γαμβρὸς ἔρχεται ἴσος Ἄρηϊ. — Etiam v. 49. ex eodem fonte derivatus, Fragm. LXXVIII., quod nec Gaisfordium fugit." Haec igitur Fr. Iacobs. Eadem sententia est Welckeri in recens. fragm. Sapph. ed. Neue, in Iahns Iahrb. der Philol. 1828. fascic. IV. p. 429. Utriusque viri coniectura egregie confirmatur etiam eo, quod, quae verba versu 38. leguntur: ὦ καλά, ὦ χαρίεσσα, eadem salutatio in Sapphûs epithalamio quodam lecta fuisse traditur ab Himerio. Cuius rei vera ratio quum Wernsdorfium fugeret, in causâ fuit, ut is Sophistam memoriâ lapsum esse contenderet. Vide Neue fragm. Sapph. p. 100. Tandem verbo certe dicendum est fuisse qui ob diversum scribendi genus, quod sibi deprehendere visi sunt in hoc carmine, statuerent Theocritum non habendum esse eius auctorem. Verum quod Fr. Iacobs. de Idyllio XIII. animadvertit, eius argumentum quidem epicum esse, sed ita tractatum, ut epicam fabulam bucolicâ quâdam suavitate condiret auctor, id in hoc quoque carmen cadit, quod, licet a lyricorum carminum genere propius absit, bucolicae tamen Musae et bucolicae suavitatis vestigia ubique prodit. Quantam inde carmini suo elegantiam conciliaverit auctor, quum ex totius poematis tenore apparet, tum ex comparationibus, quales v. 26, 29, 41, 56. instituuntur. — Ceterum peculiaris huius carminis editio, copioso commentario instructa, exstat haec: Theocriti Epithalamium Helenae — illustravit et disputationem de carminibus veterum nuptialibus praemisit Car. Guil. Siebdrat, Lips. 1796. 8.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Τοῦτο τὸ εἰδύλλιον ἐπιγράφεται Ἑλένης ἐπιθαλάμιος, καὶ ἐν αὐτῷ τινὰ εἴληπται ἐκ τοῦ πρώτου Στεσιχόρου Ἑλένης. Τῶν δὲ ἐπιθαλαμίων τινὰ μὲν ᾄδεται ἑσπέρας, ἃ λέγεται κατακοιμητικά, ἅτινα ἕως μέσης νυκτὸς ᾄδουσι· τινὰ δὲ ὄρθρια, ἃ καὶ προσαγορεύεται διεγερτικά. Ἄιδουσι δὲ τὸν ἐπιθαλάμιον αἱ παρθένοι πρὸ τοῦ θαλάμου, ἵνα τῆς παρθένου βιαζομένης ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς ἡ φωνὴ μὴ ἐξακούηται, λανθάνῃ δὲ κρυπτομένη διὰ τῆς τῶν παρθένων φωνῆς. (Ex aliquot Codd. Vat. apud Gaisford. Habet etiam Cal. in Scholiis).

ΕΛΕΝΗΣ ΕΠΙΘΑΛΑΜΙΟΣ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ ιη'.

Ἔν ποκ' ἄρα Σπάρτᾳ ξανθότριχι πὰρ Μενελάῳ
Παρθενικαὶ θάλλοντα κόμαις ὑάκινθον ἔχοισαι,

Idyll. XVIII. 1. ἔν ποκ' ἄρα] ἄρα ita in initio narrationis positum ferri non potest. Non potest enim hic locus, ut recte animadvertit Kiessl., cum iis comparari, ubi poetae animus velut post praegressam meditationem cum quâdam emotione in verba erumpit, quae tali particulâ, quales sunt ἄρα, igitur, ergo, nempe, coniunguntur cum iis, quae poeta meditatus esse vult videri. Quum nihil desideretur ad narrationis integritatem et iustum omnino haberi debeat hoc exordium, aliqua in initio intercidisse, quod fortasse quis statuerit, vix credibile est. Alia sunt aliorum conamina; mihi inprimis plausibilis est Fr. Iacobsii coniectura ἔν ποκ' ἄκρᾳ Σπάρτᾳ, in arce Spartae, in acropoli.

2. Multi codd. habent θάλλονθ' ὑακίνθω κόσμον ἔχοισαι, alii ὑακίνθῳ, quod et ipsum habet quo defendi possit. Homer. Od. VI, 230. κὰδ δὲ κάρητος Οὔλας ἧκε κόμας, ὑακινθίνῳ ἄνθει ὁμοίας.

Idyll. XVIII. 1. ἔν ποκ' ἄρα Σπάρτᾳ] verborum collocatio ut apud Callim. Lav. Pall. 57. νύμφαν μίαν ἔν ποκα Θήβαις. F. I. — Sed non pertinet huc locus Platon. Crit. p. 50. E. πρὸς μὲν ἄρα σοι τὸν πατέρα, quem ad defendendam verborum collocationem apud Theocritum affert Bernhardy Syntax. p. 198. Nam offendit particula non ob locum, in quo posita est, sed ob sensum. — ξανθότριχι πὰρ M. Notatu dignum in hoc loco, quod inde patet, quomodo Theocritus ceperit Homericum ξανθός de Menelao dictum, quod alii ad corporis colorem retulerunt.

2. παρθενικαί] i. e. παρθένοι. Hic vocis usus iam Homero usitatus est, nec tragicis prorsus infrequens. Vid. Seidler. ad Eurip. Electr. 174. — θάλλοντα ... ὑάκ. Hyacinthi floribus redimitae virgines choreas instituebant. Hoc Spartae, ubi magnus honor huic flori habebatur inprimis aptum. De hyacintho vide annot. ad Id. X, 28. Fuit qui dubitaret, an θάλλων ὑάκινθος de florente hya-

Πρόσθε νεογράπτω θαλάμω χορὸν ἱστάσαντο,
Δώδεκα ταὶ πρᾶται πόλιος, μέγα χρῆμα Λακαινᾶν,
Ἁνίκα Τυνδάρεω κατεκλάξατο τὰν ἀγαπατὰν
Μναστεύσας Ἑλέναν ὁ νεώτερος Ἀτρέος υἱός.
Ἄειδον δ' ἄρα πᾶσαι ἐς ἓν μέλος ἐγκροτέοισαι
Ποσσὶ περιπλέκτοις, περὶ δ' ἴαχε δῶμ' ὑμεναίῳ.
  Οὕτω δὴ πρῴϊζα κατέδραθες, ὦ φίλε γαμβρέ;
Ἦ ῥά τις ἐσσὶ λίαν βαρυγούνατος; ἦ ῥα φίλυπνος;
Ἦ ῥα πολύν τιν' ἔπινες, ὅτ' εἰς εὐνὰν κατεβάλλευ;

5. κατεκλάξατο] in nonnullis codd. legitur κατεκλίνατο.
8. περιπλέκτοις] Schaefer. ex 6 codd. περιπλίκτοις. Cf. Osann. Auctar. Lexic Gr. p. 126.
12. αὐτόν] Heinsius εὕδεν corrigebat. Sed hoc mente cogitandum potius quam in contextis ponendum. F. I.

-cintho dici possit: θαλέθων ὑάκινθος hoc sensu legitur Hymn. Homer. in Pan. 25. In alterâ lectione respicitur comparatio ab Homero usurpata Od. VI, 230., qua plures usi sunt. Vid. Boisson. ad Philostr. Her. p. 475. Fr. Iacobs. in Comment. ad Philostr. Imagg. p. 351.

3. νεογράπτω θαλ.] in νεόγραπτος respicitur praesertim consuetudo aedibus, familiâ novis nuptiis auctâ, novum thalamum adstruendi. νεόγραπτος igitur est pro νέος, sed ornatius. F. I.

4. μέγα χρῆμα Λακ.] Lacaenae corpore valentes, robustae, masculae, ideoque decus Lacedaemoniis. Cf. v. 39. Nam χρῆμα in his non inservit otiosae circumscriptioni, sed ad augendam notionis vim multum valet, inprimisque ex proborum scriptorum usu adhibetur ad corporis robur ac vires designandas. Exempla aptissima hic profert Valcken., usum vero explicuit Bernhardy Syntax. p. 52.

5. κατεκλάξατο] sponsus puellam, postquam ex epulis nuptialibus recessissent, in thalamum includit. Cf. annot. ad Id. XV, 77.

7. Verba iungenda eo ordine, quo leguntur; sensus est: canebant in eundem modum pulsantes terram implicitis pedibus. Cf. Bernhardy Syntax. p. 218. Kiesslingio verba sic ordinanda videbantur: ἄειδον μέλος πᾶσαι εἰς ἕν, quod valde durum. — ἐγκροτέοισαι. Hinc ipsa saltatio dicta κρότος et saltare κροτεῖν. Hymn. Hom. in Pan. 19. Νύμφαι ... λιγύμολποι, Φοιτῶσαι πύκα ποσσὶν ἐπὶ κρήνῃ μελανύδρῳ Μέλπονται. Callim. hymn. in Dian. 243. στησάμεναι χορὸν εὐρύν· ὑπήεισαν δὲ λίγειαι Λεπταλέον σύριγγες, ἵνα πλήσσωσιν ὁμαρτῇ. Ad poeticum usum illustrandum facit Leonid. Tar. Epigr. 1. de puellâ tibicinâ: αὐλείοις ἐγκροτέρισα θύραις, quae est probabilis Dorvillii correctio. Apoll. Rhod. IV, 1194. ὑπαὶ φόρμιγγος .... πέδον κροτέοντα πεδίλῳ.

8. ποσσὶ περιπλέκτοις] pedibus implicitis. Etiam lyricus poeta apud Plutarch. ἑλελίζεσθαι de saltantibus dixit. Vid. Buttmann. Lexil. Tom. I, p. 138. — περὶ δ' ἴαχε ... ὑμ. Hinc ὑμεναῖοι πάμφωνοι dicuntur apud Pindar. Pyth. III, 29. Loquutio fortasse ducta ex Hom. Od. IX, 395. περὶ δ' ἴαχε πέτρη.

9. Fingunt canentes ludibrii cau-

Εὕδειν μὲν χρήζοντα καθ' ὥραν αὐτὸν ἐχρῆν τυ,
Παῖδα δ' ἐᾶν σὺν παισὶ φιλοστόργῳ παρὰ ματρὶ
Παίσδειν ἐς βαθὺν ὄρθρον· ἐπεὶ καὶ ἔνας, καὶ ἐς ἀῶ,
Κὴς ἔτος ἐξ ἔτεος, Μενέλαε, τεὰ νυὸς ἅδε.
Ὄλβιε γάμβρ', ἀγαθός τις ἐπέπταρεν ἐρχομένῳ τοι
Ἐς Σπάρταν, ὅποι ὦλλοι ἀριστέες, ὡς ἀνύσαιο.
Μοῦνος ἐν ἀμιθέοις Κρονίδαν Δία πενθερὸν ἑξεῖς.
Ζανός τοι θυγάτηρ ὑπὸ τὰν μίαν ᾤχετο χλαῖναν,

16. Meineke suspicatur legendum ἀγαθόν τις.
19. ὑπὸ τὰν μίαν ᾤχ. χλ.] articulus τάν me male habet. — Pro ᾤχετο alii ἵκετο, quod praefert Boisson.

sâ Menelaum somno iam indulgere pro eo negotio, quod sponsum facere par erat. Hinc dicteria. F. I. — πρωΐζα, πρὸ τοῦ δέοντος. Apud Homerum hoc sensu πρὶν ὥρη, Od. XV, 393. Kiessl. — γαμβρέ, sponse. Vid. Argument. et annot. ad Id. XV, 129.

11. πολύν τιν'] intellige οἶνον. Commode afferunt Eurip. Cycl. 566. χαλεπὸν τόδ' εἶπας, ὅςτις ἂν πίνῃ πολύν. Etiam in afferendis vinorum nominibus οἶνος omitti solebat, ut ὁ Βύβλινος, Vid. Bernhardy Syntax. p. 187.

12. καθ' ὥραν] vulgo est opportuno tempore, et opponitur παρ' ὥραν. Hoc loco est in tempore, s. eo tempore, quo homines vulgo cubitum ire solent. F. I. — ἐχρῆν forma usitatior est χρῆν. De ἐχρῆν vid. Rost Gr. §. 68. annot. 6.

14. ἔνας, καὶ ἐς ἀῶ] quod in pedestri oratione diceretur αὔριον καὶ ἔνη, cras et perindie, h. e. in omne tempus. Wuest. — Ceterum observa hysteron proteron in ἔνας καὶ ἐς ἀῶ, ut Id. X, 5. F. I.

15. νυός] sponsa. Cf. Valck. ad Adon. p. 371. C.

16. ὄλβιε γαμβρέ] usitata in tali re videtur fuisse formula. Cf. Eurip. Helen. 644. Welcker in recens. fragm. Sapph. ed. Neue in Iahns Iahrb. der Philol. 1828. fascic. IV. p. 429. — ἀγαθός τις, homo probus ideoque diis amatus, qualis nobis obviam factus pro fausto habetur omine; magis etiam, quum omen aliquod ab ipso proficiscitur, quod tanto maiorem vim habere videri debet. — ἐπέπταρεν, cf. annot. ad Id. VII, 96.

17. ὡς ἀνύσαιο] ut, aliis posthabitis, has nuptias consequerere. Sic recte Toupius.

19. ὑπὸ τὰν μίαν ὠχ. χλ.] unum tecum stragulum subiit. Antiquae simplicitatis hoc, quod vestes pro stragulis adhibebant. Loquutionem praeivit Sophocl. Trachin. 536 καὶ νῦν δ' οὖσαι μίμνομεν μιᾶς ὑπὸ χλαίνης ὑπαγκάλισμα. Asclepiad. in Anthol. Pal. V, 169. ἥδιστον δ' ὁπόταν κρύψῃ μία τοὺς φιλέοντας χλαῖνα. Meleagr. in Anthol. Pal. V, 173. (Delect. Epigr. p. 137.) ἄλλος ἐπεὶ Δημοῦς θάλπεθ' ὑπὸ χλανίδι. Athenae. V. p. 219. B. ὡς Ἀλκιβιάδης συνεκοιμήθη ὑπὸ τὴν αὐτὴν γενόμενος χλαῖναν. Ibid. I. p. 23. D. οἱ Τυῤῥηνοὶ μετὰ τῶν

Οἷα Ἀχαιιάδων γαῖαν πατεῖ οὐδεμί' ἄλλα·
Ἦ μέγα τοί κε τέκοιτ', εἰ ματέρι τίκτεν ὁμοῖον.
Ἄμμες γὰρ πᾶσαι συνομάλικες, αἷς δρόμος ωὑτὸς
Χρισαμέναις ἀνδριστὶ παρ' Εὐρώταο λοετροῖς,
Τετράκις ἑξήκοντα κόραι, θῆλυς νεολαία·
Τᾶν οὐδ' ἄν τις ἄμωμος, ἐπεὶ χ' Ἑλένᾳ παρισωθῇ.
Ἀὼς ἀντέλλοισα καλὸν διέφαινε πρόσωπον,

21. Alii ex coniecturâ τέκτοι, hoc sensu: si matri similem prolem pepererit.
26 — 28. Hunc locum vitium traxissé nemo est quin sponte intelligat. Permulti exstant conatus, quibus medicinam ulceri paratum iverunt viri docti. Quorum interest haec conamina pernoscere, ii evolvant Theocriti editiones a Kiessl. et a Ioh. Aug. Iacobsio curatas. Quibus tamen addam, quae nuper Reisigius in Comment. crit. in Soph. Oed. Col. p. 388. de hoc loco in medium protulit. Is enim censet Eichstadtium verba corrupta recte quidem ita emendavisse: Ἀὼς ἀντέλλοισα καλὸν διέφαινε πρόσωπον Πότνι' ἄναξ, ἅτε λευκὸν ἔαρ χ. ἀν., sed secus interpretatum esse. Nam, ut ipsius verba apponam, Helena ipsa est veneranda regina; gemina vero eiusdem sententiae enuntiatio καλὸν διέφαινε πρόσωπον πότνι' ἄναξ et ἁ χρυσέα Ἑλένα διεφαίνετ'

γυναικῶν ἀνακείμενοι ὑπὸ τῷ αὐτῷ ἱματίῳ.

20. πατεῖ] πατεῖν pro versari in aliquo loco Sophocl. Philoct. 1060. χαῖρε τὸν Λῆμνον πατῶν. Vid. Fr. Iacobs. Anim. in Anthol. Tom. II. P. II. p. 253.

21. εἰ τίκτεν] si pareret matri similem prolem, quo significatur hoc fieri non posse, quod matris pulcritudo sit tanta, ut nulla unquam proles ei similis sit exstitura. Optativus non tam aptus huic loco. Vid. annot. crit.

22. συνομάλικες] disputavit de hac voce Welcker. ad Theogn. 989. p. 128. alias συνῆλιξ dicitur. ὁμοῆλιξ est in Anthol. Palat. p. 853. nr. 303.

23. Ad Eurotam fluvium virgines Spartanae, quod constat, cursum sollemnem, qui proprie ἐνδριώνας dicebatur, instituebant, omninoque corporis exercitationibus iuvenum more inter se certabant.

24. θῆλυς νεολαία] muliebris iuventa. De voce νεολαία vide Interpp. ad Hesych. s. v., Dorville ad Charit. p. 2., Interpp. ad Eurip. Alcest. 103., Blomfield. Glossar. ad Aeschyl. Pers. 674. Praeterea adverte θῆλυς cum substantivo generis feminini iunctum. Hesiod. Scut. 395. θῆλυς ἔερση. Apoll. Rhod. III, 1999. θῆλυν ὄϊν. Cf. annot. ad Id. XX, 8.

25. ἄν τις ἄμωμος] optativus εἴη omissus est; de quo ne dubites, lege Reisig. comment. de usu part. ἄν. p. 108.

26 — 31. Iam sequuntur comparationes aliquot, quibus quanta sit Helenae pulcritudo explicetur. Quae v. 26 et 27. leguntur ad faciem magis spectare videntur; contra quae v. 29 et 30. continentur comparationes ad gracilem procerumque corporis staturam laudandam pertinent: quas staturae laudes excipit operum praedicatio, et denique citharae artificium. — De versibus 26 et 27. dixi in annotatione criticâ. Utcunque statuas de lectione, id certum videtur, pulcrum Helenae os comparari cum surgente aurorâ, quae vere splendente suavissimum os prodit;

Πότνια νὺξ ἅτε, λευκὸν ἔαρ χειμῶνος ἀνέντος,
Ὧδε καὶ ἁ χρυσέα Ἑλένα διεφαίνετ' ἐν ἁμῖν.
Πιείρᾳ μεγάλα ἅτ' ἀνέδραμε κόσμος ἀρούρᾳ
Ἢ κάπῳ κυπάρισσος, ἢ ἅρματι Θεσσαλὸς ἵππος,
Ὧδε καὶ ἁ ῥοδόχρως Ἑλένα Λακεδαίμονι κόσμος.
Οὔτε τις ἐν ταλάρῳ πανίσδεται ἔργα τοιαῦτα,
Οὔτ' ἐνὶ δαιδαλέῳ πυκινώτερον ἄτριον ἱστῷ

ἐν ἡμῖν comparationi utrique est adiecta eum in modum, ut prior abesse possit. — Ipse coniectando, ut fit, dum indulgebam, aliquid reperi. : mihi videbar, quod poetâ non prorsus indignum esset. Sed meliora edoctus a Fr. Iacobs. eo perveni, ut credam locum in desperatis habendum esse. Difficultates enim sunt plurimae in loco, quae omnes nullâ emendatione adhuc prolatâ tolluntur. Eo refer quod nescias, utrum v. 26 et 27. una, an duae comparationes contineantur; quod non facile dixeris, quid mira sibi velit invocatio Noctis, cui in describendâ oris pulcritudine Helenae nullus locus est; quod verba λευκὸν ... ἀνέντος sic posita omni nexu carent. Medicina igitur ab integriore aliquo codice exspectanda.

32. Alii ἐκ ταλάρω, quod simplicius quidem est, at grammatici interpretationem sapit.

pulcherrimum hoc et optimo quoque poetâ dignum. λευκὸν ἔαρ est splendens ver, ut Callim. hymn. in Cer. 123. — Versu 29. verba sic iungenda sunt cum Fr. Iacobsio: ἅτε κυπάρισσος μεγάλη ἀνέδραμε κόσμος ἀρούρᾳ ἢ κήπῳ, quae comparatio et ipsa admodum elegans est. Hom. Od. VI, 160. οὐ γάρ πω τοιοῦτον ἴδον βροτὸν ὀφθαλμοῖσιν. Δήλῳ δή ποτε τοῖον Ἀπόλλωνος παρὰ βωμῷ Φοίνικος νέον ἔρνος ἀνερχόμενον ἐνόησα. Il. XVIII, 437. ὁ ἀνέδραμεν ἔρνεϊ ἶσος· Τὸν μὲν ἐγὼ θρέψασα φυτὸν ὡς γουνῷ ἀλωῆς. Cf. Pflugk. ad Eurip. Hec. 20. Bentl. ad Hor. Od. I, 12, 45. — Sequitur v. 30. ἢ ἅρματι, Θεσσαλὸς ἵππος. Equi Thessali reliquis omnibus praestantiores, proverbio iam laudati, Ἵπποι Θεσσαλικοί, Λακεδαμόνιαι δὲ γυναῖκες. apud Athen. VII. p. 278. E. Vid. Fr. Iacobs. Anim. in Anthol. Vol. II. P. II. p. 500. (Delect. Epigr. p. 192.). — Ceterum observa ad ἵππος, quod ex praecedente illo ἀνέδραμε eliciendum, intelligendum esse κόσμος ἐστί.

32. πανίσδεται] fila e colo deducit. Descendit hoc verbum a πηνίον (Hom. Il. XXIII, 762.), quod subtemen radio circumvolutum significat. Recte observat Kiessl. πηνίζεσθαι vi praegnanti accipiendum esse hoc modo: nulla virgo fila tam tenuia e colo deducit confectaque et glomerata fila in calatho reponit.

33. ἄτριον ... ἔταμ' ἐκ κελ.] textum pannum de pedibus mali textorii secat. κελέοντες sunt recta ligna, quae telas sustinent, s. telae iuga. ἄτριον s. ἤτριον textum pannum s. telam designat. κερκίς tandem radius est, quo in texendo utuntur. Omnem, quod tironum causâ hic observamus, texendi rationem veterum exposuit plurimasque, quae ad textrinam pertinent, voces explicuit Schneider. in Ind. Script. R. R. s. v. tela. — συμπλέξασα ἔταμε cum ornatu dictum pro συμπλέκει i. e. ὑφαίνει. Compara Id. XV, 35. κατέβα τοι ἀφ' ἱστῶ. — Tandem neque μακρῶν vi suâ caret;

Κερκίδι συμπλέξασα μακρῶν ἔταμ' ἐκ κελεόντων.
Οὐ μὰν οὐ κιθάραν τις ἐπίσταται ὧδε κροτῆσαι,
Ἄρτεμιν ἀείδοισα καὶ εὐρύστερνον Ἀθάναν,
Ὡς Ἑλένα, τᾶς πάντες ἐπ' ὄμμασιν ἵμερόι ἐντί.
Ὦ καλά, ὦ χαρίεσσα κόρα, τὺ μὲν οἰκέτις ἤδη·
Ἄμμες δ' ἐς δρόμον ἦρι καὶ ἐς λειμώνια φύλλα
Ἑρψοῦμες, στεφάνως δρεψεύμεναι ἁδὺ πνέοντας,
Πολλὰ τεοῦς, Ἑλένα, μεμναμέναι, ὡς γαλαθηναὶ
Ἄρνες γειναμένας ὄϊος μαστὸν ποθέοισαι.

34. Alii *καλεόντων*, quod sunt qui defendant, doricam formam statuentes. Sed tum, ni fallor, *α* producitur, quod a *κῆλον* descendit.
36. Deest hic versus in nonnullis codd. et editt.

magni enim texti et proinde artificiosi ac laboriosi imaginem animo subiicit.

35. *κιθάραν ... κροτ.*] citharam pulsare, quod fit plectro admoto. Citharae pulsatio cum cantu coniuncta erat. Kiessl.

36. Non temere commemorantur deae Artemis et Athene; insignis enim harum dearum cultus apud gentes doricas. Vid. Ottfr. Müller's Dorier, Tom. II. P. I. p. 367 sqq. p. 397. Porro aptissimum hoc, quod virgo virgines deas celebrabat hymnis.

38. *ὦ καλά, ὦ χαρ.*] eadem salutatio in Sapphus epithalamio lecta fuit. Vid. Argument. — *οἰκέτις*, matrona. Nam *οἰκέτης* et *οἰκέτις* etiam de libero homine dicitur. Vid. Schol. ad Platon. p. 164. Ruhnk., Musgrave ad Eurip. Alc. 439.

39. *ἐς δρόμον*] et corporis exercitationes et lusus in proximo prato Spartanas virgines coniunxisse puta. De re consuetâ virginibusque sollemni agi apparet: „Mane ubi ad solitas in stadio exercitationes exierimus inter eas et florum legendorum studium, saepe tui, quae nos olim comitari solebas, meminerimus.“ F. I. — *δρόμος* igitur locum denotat, quo in stadio decurrunt. *φύλλα* autem de floribus, ut passim, usurpatum. Cf. annot. ad Id. XI, 26.

41. *τεοῦς*] cf. annot. ad Id. XI, 5. — Quod hic spondent virgines, se crastino mane in honorem Helenae coronam de platano suspensuras, oleum libaturas atque arborem cum inscriptione ei dedicaturas, esse, hoc ad sollemnem quendam ritum pertinuisse videtur, quo, quemadmodum puella marito nuptura aequalibus suis valedicit, ita ceterae, quae virginum conditionem adhuc servant, eius, quae ex ipsarum consortio discessit, memoriam ritu quodam consecrent. Fr. Iacobsio tamen simplicior haec ratio praeferenda videtur, ut quae hic commemorantur ad divinam Helenae originem faciant, cui honor habetur, ut Nymphis aliisque agrorum numinibus, quibus arbores consecrantur, additis muneribus.

43. *στέφανον λωτῶ*] lotus frequens in Laconiâ, inprimis ad Eurotae ripas; lotus enim aquosam depressamque regionem amat. Hom. Od. IV, 603. Vide de hoc loti genere, quod nobis melilotum trifolium dicitur, Voss. ad Virgil. Georg. II, 84. Passow. in Lex. s. v.

Πρᾶτα τοι στέφανον λωτῶ χαμαὶ αὐξομένοιο
Πλέξασαι σκιερὰν καταθήσομεν ἐς πλατάνιστον·
Πρᾶτα δ' ἀργυρέας ἐξ ὄλπιδος ὑγρὸν ἄλειφαρ
Λασδόμεναι σταξεῦμες ὑπὸ σκιερὰν πλατάνιστον·
Γράμματα δ' ἐν φλοιῷ γεγράψεται (ὡς παριών τις
Ἀννείμῃ) Δωριστί· Σέβου μ'· Ἑλένας φυτὸν εἰμί.
Χαίροις, ὦ νύμφα, χαίροις, εὐπένθερε γαμβρέ.
Λατὼ μὲν δοίη, Λατὼ κουροτρόφος, ὔμμιν
Εὐτεκνίαν· Κύπρις δέ, θεὰ Κύπρις, ἶσον ἔρασθαι

48. In codd. longe plurimis ἀγνοίῃ, quod ex interpretatione ortum est. — Doricas formas σέβευ μ' Ἑλ. φ. ἐμμί plures editt. recentiorum invexerunt, codd. non addicentibus.

44. σκιερὰν ἐς πλατ.] scilicet locus, ubi Spartani decertabant corporisque exercitationibus vacabant, platanis consitus erat; hinc dicebant πλαταniστᾶν. Vid. Pausan. III, 14, 9. coll. Schneider. ad auctorem libri de republ. Laced. IV, 4.

45. ἀργ. ἐξ ὄλπ.] de ὄλπῃ unguentario vase, cuius usus erat in palaestrâ, vid. annot. ad Id. II, 156. Barker. ad Etymol. M. p. 1112. Proprie coriaceum erat, nunc vero, quod in sanctiorem aliquem usum adhibebatur, argenteum fingitur. Cf. Fr. Iacobs. Animadv. in Anthol. Tom. II. P. I. p. 385.

46. ἐν φλοιῷ] arboris cortici Helenae nomen, quo diutius eius memoria vigeat, inscribere volunt. Cf. Ovid. Heroid. V, 21. Hemsterh. ad Propert. I, 18, 22. Tom. II. p. 932. Santen. — γεγράψεται, scribetur exaratumque manebit. Vim suam propriam hic obtinet futurum tertium. Rost. Gr. §. 116, 12. not. 8.

48. ἀννείμῃ] ἀνανέμειν rariore usu pro ἀναγιγνώσκειν, legere. Etiam ἀπονέμειν apud Dorienses in hunc usum adhibetur. Vid. Toup. ad h. l., Dissen. Explicatt. ad Pind. Isthm. II. p. 499.

49. Sollemnis videtur haec formula fuisse. Hephaest. Enchir. p. 12., a Fr. Iacobs. allatus, χαίροις, ὦ νύμφα, χαιρέτω δ' ὁ γαμβρός. Vid. Argument. — Ceterum νύμφη hic pro γυνή, ut Hom. Il. III, 130.

50. Hoc quoque sollemne in votis nuncupandis, ut primum simplex nomen dei invocetur, tum vero eiusdem cognomen, quo inprimis gaudet, addatur, in quo haud parum gravitatis positum est. Virgil. Aeneid. VIII, 71. Nymphae, Laurentes Nymphae, genus amnibus unde est. Sic in sequentibus Κύπρις, θεὰ Κύπρις, et Ζεύς, Κρονίδας Ζεύς. — κουροτρόφος epitheton ut aliorum numinum, ita inprimis Latonae et Dianae. V. Feder. comment. in Aeschyl. Agam. p. 27.

51. εὐτεκνίαν] frustra quaerunt hic loci aliquot interpretes, utrum Helena unam tantum filiam, Hermionem, ex Menelao habuerit, an plures liberos susceperit. Etenim recte alii animadvertunt nuptialis carminis auctori non curandum fuisse, an coniuges voto suo exciderint. Praeterea verissime observat Fr. Iacobs. εὐτεκνίαν non solum ad multitudinem liberorum spectare, sed ad pulcram etiam et virtute instructam prolem.

Ἀλλάλων· Ζεὺς δὲ, Κρονίδας Ζεὺς ἄφθιτον ὄλβον,
Ὡς ἐξ εὐπατριδᾶν εἰς εὐπατρίδας πάλιν ἔνθῃ.
Εὕδετ' ἐς ἀλλάλων στέρνον φιλότητα πνέοντες
Καὶ πόθον· ἔγρεσθαι δὲ πρὸς ἀῶ μὴ 'πιλάθησθε.
Νεύμεθα κἄμμες ἐς ὄρθρον, ἐπεί κα πρᾶτος ἀοιδὸς
Ἐξ εὐνᾶς κελαδήσῃ ἀνασχὼν εὔτριχα δειράν.
Ὑμάν, ὦ Ὑμέναιε, γάμῳ ἐπὶ τῷδε χαρείης.

52. Iovis est opes dispensare. Vid. Callim. hymn. in Iov. 94. δίδου δ' ἀρετήν τ' ἄφενός τε. et v. 96. δίδου δ' ἀρετήν τε καὶ ὄλβον.

53. ἐξ εὐπατρ. εἰς εὐπρ.] has quoque preces fundere sollemne in hymenaeis. Admetus de suis nuptiis apud Eurip. Alcest. 941. πολυήχητός θ' εἵπετο κῶμος Τήν τε θανοῦσαν κἄμ' ὀλβίζων Ὡς εὐπατρίδαι κἀπ' ἀμφοτέρων Ὄντες ἀρίστων σύζυγες εἶμεν.

54—57. Hi quattuor versus non continuo tenore cum praecedentibus coniungendi sunt. Continent enim naeniam, quam precibus finitis puellae decantant, quasi novis nuptis opus esset somniferis lalli modis. Hoc tibi patebit Id. XXIV, 4. comparanti, ubi similem naeniae formulam animadvertes.

56. πρᾶτος ἀοιδός] opponitur secundo et tertio gallicinio significatque τὴν πρώτην ἀλεκτοροφωνίαν. Cf. annot. ad Id. XXIV, 63.

XIX.

Argumentum.

Hoc poematium si quis comparaverit cum eo, quod quadragesimum positum est inter Anacreontica (λγ' apud Mehlhorn.), is minime dubitabit, alterutrum horum carminum pro alterius imitatione habendum esse. Ac plurimi quidem tam Anacreontis quam Theocriti editores Anacreonticum carmen contendunt ob simplicitatem et venustatem Theocriteo multum praestare, hoc ipsum vero certa imitatoris signa habere. Huius sententiae patronum, ut alios taceam, affero Mehlhornium in Prolegom. ad Anacreont. p. 25. in Comment. p. 135. Quod iudicium an ab omni parte verum sit omnemque dubitationem eximat, paullo accuratius iam perpendamus. Hoc quidem, ne quo partium studio me obcaecatum opineris, lubens ego fateor, mihi quoque videri Anacreonticum carmen tum ab inventionis laude, tum a tractationis arte Theocriteo palmam praeripere; quod etiam Kiessling. statuit. Verum Anacreontici carminis auctorem non Anacreontem ipsum esse, iam dialectus ostendit et Mehlhorn concedit in Prolegom. p. 9.; tum vero, qui pro eius antiquitate loquatur, testis nullus est. Contra in Theocriteo carmine nihil certe, quod Theocriteo non conveniat, inest. Deinde quod ex tractatione sententiae suae argumentum petit Mehlhorn. p. 25., dicens certa imitatoris signa in Theocriteo carmine cerni amplificando et rerum modulum augendo, hoc videndum, annon potius negandum sit. Nam qui Anacreonteo metro lusit, fingit apem, quam in rosâ dormientem non viderit Amor, hunc pupugisse; in nostro carmine deus, dum favum eximit, pungitur. Ille Amorem morti propinquum dicit; hic eum miratum tantum esse tradit, quod bestiola tantula tantum vulnus infligere potuerit. Ille vulneris auctorem suavi quidem, sed ad exornandum tamen magis pertinente descriptione designat; hic simpliciter κακὰν μέλισσαν dicit. Unum, quod nostro poemati, fortasse iure, vitio vertunt, quod una apis omnes digitos pupugisse fingatur, id argumentum per se non probat imitatorem aliquem ridicule rem augere voluisse. — Superest, ut qui alii in eodem argumento luserint poetae, indicemus. Praeter Nicetam Eugenian. IV, 311 — 323., qui Anacreonticum carmen apertâ imitatione expressit, conferas hos Anthologiae poetas: Meleagr. Epigr. CVII. (Analect. Br.

Tom. I. p. 30.), Marc. Argentar. Epigr. II. (ibid. Tom. II. p. 266.), et Straton. Epigr. LXXXVIII. (ibid. Tom. II. p. 379.)

ΚΗΡΙΟΚΛΕΠΤΗΣ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ ιθ'.

Τὸν κλέπταν ποτ' Ἔρωτα κακὰ κέντασε μέλισσα,
Κηρίον ἐκ σίμβλων συλεύμενον· ἄκρα δὲ χειρῶν
Δάκτυλα πάνθ' ὑπένυξεν· ὁ δ' ἄλγεε, καὶ χέρ' ἐφύση,
Καὶ τὰν γᾶν ἐπάταξε, καὶ ἅλατο· τᾷ δ' Ἀφροδίτᾳ
Δεῖξεν τὰν ὀδύναν, καὶ μέμφετο, ὅττι γε τυτθὸν
Θηρίον ἐντὶ μέλισσα, καὶ ἁλίκα τραύματα ποιεῖ.
Χἀ μάτηρ γελάσασα, Τὺ δ' οὐκ ἴσον ἐσσὶ μελίσσαις;
Χὠ τυτθὸς μὲν ἔῃς, τὰ δὲ τραύματα ἁλίκα ποιεῖς.

2. χειρός est Brunckii coniectura.

7. Kiessl. aliique τί δ'; οὐκ ἴσον ἐσσὶ μ., quod et ipsum in codd. et editt. reperitur.

8. Valcken. emendabat ὃς τυτθὸς μὲν ἐών. Schaefer. ὡς τ. μὲν ἔῃς, ut pro εἴ dictum sit. Schaeferi correctionem recepit Boisson. — In sqq. Porsonus legi volebat τὰ δὲ τραύματα ταλίκα ποιεῖς.

3. δάκτυλα] pluralis vocis δάκτυλος haud infrequens. V. Passow. ad Musae. p. 198. — δάκτυλα πάντα retuleris fortasse ad dolorem ab uno digito, qui aculeo tactus fuit, per reliquos omnes diffusum; quod in eiusmodi vulnere fieri solet. Sed molestum est ὑπένυξεν, quamobrem rectius statuas poetam causam cum effectu confudisse. — χέρ' ἐφύση. Pulcre hoc et ad ipsam veritatem fictum. Dolor enim, quem pungens aculeo apis excitat, similis est ei, qui nos afficit, cum amburimur. Tum vero ad dolorem leniendum manus inflare solemus aut easdem auribus admovere.

5. τὰν ὀδύναν] suum vulnus. Hemsterh. affert Sophocl. apud Schol. ad Pindar. Nem. V, 90. δίπτυχοι ὀδύναι Ἀχιλλήου δόρατος.

7. Transit oratio ab indirectâ formâ in directam. Vid. Fr. Iacobs. in Not. Crit. ad Anthol. Pal. p. 735. Heindorf. ad Plat. Phaedon. p. 96. Cf. Id. XXIV, 67.

8. χὠ τυτθός] articuli haec est vis: etiam tu, qui prae aliis parvus diceris. Haud absimilis est ratio Id. XX, 18., ubi vide annot. — ἔῃς vim habet praesentis, observante Schaefero, qui confert Id. V, 79. ἦ στωμύλος ἦσθα, Κομάτα; Bion. XV, 4. Anacr. XXIX, 40. τὰ δ' ἦν ἀμείνω. — τὰ δὲ τραύματα. Articulus sic videtur explicandus: vulnera, quae facis, quanta facis! F. I.

XX.

ARGUMENTUM.

Poeta pastorem inducit de contemtu et fastidio, quo urbana puella blanditias suas exceperat, graviter conquerentem. Causâ illius fastidii suaeque indignationis expositâ — 18., quam immerito spretus sit, demonstrat, quum nec deformis sit, nec tam abiectae conditionis homo, quippe quam Dii Deaeque dignam habuerint, in qua amores quaererent. F. I.

Fuerunt qui Theocritum huius Idyllii auctorem esse negarent. D. Heinsius, Valcken. et Manso id ad Moschum referunt; Eichstadt. hoc carmen et XXVIII. ab ingeniosiore quodam Theocriti imitatore compositum esse iudicat. Quorum tamen nullus argumenta attulit idoneà. Nam quod inde petitum est argumentum, quod apertam Cyclopis imitationem in hoc carmine nonnulli sibi visi sunt deprehendere, id mihi parum probabile videtur esse. Comparanti vero mihi hoc Idyllium cum aliis vere Theocriteis nihil obviam factum est, quod nobili poetâ indignum haberi possit. Quamobrem, donec a doctioribus meliora edocear, venustates, quas in hoc Idyllio admodum multas esse nemo facile negabit, acceptas referam Theocrito. — In fine iterum liceat Fr. Iacobsii verba mea facere: „Quod alii auctorem huius Idyllii id spectasse existimant, ut pastoritii carminis vituperatores perstringeret, hoc verum esse confidenter negamus.“

ΒΟΥΚΟΛΙΣΚΟΣ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ κʹ.

Εὐνείκα μ' ἐγέλαξε θέλοντά μιν ἁδὺ φιλᾶσαι,
Καί μ' ἐπικερτομέοισα τάδ' ἔννεπεν· Ἔῤῥ' ἀπ' ἐμεῖο·
Βωκόλος ὢν ἐθέλεις με κύσαι, τάλαν; οὐ μεμάθηκα

Idyll. XX. 1. *Εὐνείκα*] hoc ex uno cod. sumptum; ceteri *Εὐνίκα*. Cf. annot. ad Id. XIII, 45. — *ἁδὺ φιλᾶσαι*, Brunck unâ voce *ἁδυφιλᾶσαι*. Vid. Fr. Iacobs. Animadv. in Anthol. Tom. I. P. I. p. 37.

7. Versus, in uno cod. plane omissus, haud unâ de causâ suspectus. Kiessl. pro *λαλέεις* proponit *λαλαγεῖς*. Boisson. edidit ex tribus codd. *ὡς τρυφερὸν καλέεις*, quod ipse sic interpretatur: quam de-

Idyll. XX. 2. *ἔῤῥ' ἀπ' ἐμεῖο*] s. simpliciter *ἔῤῥε*, abi in malam rem. Meleagr. Epigr. CXVIII. *οὐκ ἀπ' ἐμεῦ*;

3. *βωκόλος ὢν*] nota hic in contemtum dici *βωκόλον* pro agresti, rustico homine. At Id. I, 86. *βώτας*, ubi caprario opponitur, honorifica appellatio est. — *ἐθέλεις*, versu primo *θέλοντα*. Utraque forma bucolicis poetis promiscue usurpata. Cf. annotat. ad Id. VIII, 6.

4. *χείλεα θλίβειν*] labra suaviter premere, h. e. suaviter osculari. Cf. Id. XII, 32.

5. *μηδ' ἐν ὀνείροις*] ex proverbiali loquutione. Vid. Schott. Adag. p. 210.

7. Verissime de hoc loco Fr. Iacobs. animadvertit haec: mirum est puellam urbanam modo irridere pastorem, modo manifesta convicia in eum iactare, et quidem ita, ut ab conviciis incipiat, tum ad irrisionem procedat, mox iterum ad convicia delabatur; quum contra animi naturae multo aptius fuisset puellam ab ironiâ progressam, animo deinde irridendo exasperato, ad mera convicia descendere.

8. *ὡς ἁδέα χαῖταν*] duo hic notanda; primum accusativi forma *ἁδέα* pro *ἡδύν*, quam Homericus usus satis defendit *εὐρέα πόντον*, Il. VI, 291. Vid. Matth. Gr. §. 119. not. 2. Buttm. Gr. ampl. §. 44, 2. not. 3. p. 178. alterum est, quod *ἁδέα* substantivo feminini generis adiunctum est, praeeunte in hac quoque re Homero, Od. XII, 369. *ἡδὺς ἀϋτμή*. Cf. Matth. Gr. §. 119. not. 4. Buttm. Gr. §. 62. not. 1. p. 251. Schaefer. in Addendis ad Naekii Choeril. p. 267. Fr. Iacobs. in Not. Crit. ad An-

Ἀγροίκως φιλέειν, ἀλλ' ἀστυκὰ χείλεα θλίβειν.
Μή τύ γά μευ κύσσῃς τὸ καλὸν στόμα, μηδ' ἐν ὀνείροις.
Οἷα βλέπεις, ὁπποῖα λαλεῖς, ὡς ἄγρια παίσδεις·
Ὡς τρυφερὸν λαλέεις, ὡς κωτίλα ῥήματα φράσδεις·
Ὡς μαλακὸν τὸ γένειον ἔχεις, ὡς ἁδέα χαίταν.
Χείλεά τοι νοσέοντι, χέρες δέ τοι ἐντὶ μέλαιναι·
Καὶ κακὸν ἐξόσδεις. ἀπ' ἐμεῦ φύγε, μή με μολύνῃς.
Τοιάδε μυθίζοισα τρὶς εἰς ἑὸν ἔπτυσε κόλπον,
Καί μ' ἀπὸ τᾶς κεφαλᾶς ποτὶ τὼ πόδε συνεχὲς εἶδεν
Χείλεσι μυχθίζοισα καὶ ὄμμασι λοξὰ βλέποισα·
Καὶ πολὺ τᾷ μορφᾷ θηλύνετο, καί τι σεσαρὸς
Καὶ σοβαρόν μ' ἐγέλαξεν. ἐμοὶ δ' ἄφαρ ἔζεσεν αἷμα,
Καὶ χρόα φοινίχθην ὑπὸ τὤλγεος, ὡς ῥόδον ἔρσῃ.
Χὰ μὲν ἔβα με λιποῖσα· φέρω δ' ὑποκάρδιον ὀργάν,

licata mihi das nomina. Quo sensu ut illa verba dici possint, magnopere vereor.

13. Servavimus v. 11. μυθίζοισα et hic μυχθίζοισα, quo lectio codd. et editt. ducit. Alii μυχθίσδοισα. Vid. annot. crit. ad Id. XV, 3. — Tum editt. aliquot vett. λοξοβλεποῖσα, quod tuetur Passov. ad Mus. p. 204.

16. ἔρσαις ex uno cod. enotatum commendat Kiessl., recepit Boisson.

thol. Palat., in Indice p. 1036. Cf. annot. ad. Id XVIII, 24.

9. χείλεα νοσ.] labra pallent. νοσεῖν enim latissimo sensu apud Graecos usurpatur de perturbato cuiusque rei statu. Exempla dat Abresch. Animadv. in Aeschyl. p. 179.

11. τρὶς ... ἔπτ. κ.] cf. annot. ad Id. VI, 39.

13. χείλ. μυχθ.] excusso per nares spiritu, quod ad irrisionem pertinet. Meleagr. Epigr. (in Delect. Epigr. V, 14. p. 134.) τί μάταια γελᾷς καὶ σιμὰ σεσηρὼς Μυχθίζεις; — λοξὰ βλέπ., limis oculis subrisit, ut Ovidii Amor. III, 1, 33. verba mea faciam. Ad solam igitur irrisionem pertinet. Passov. ad Musae. p. 204. hanc simul notionem subesse suspicatur, ut puella, quae iuvenem fastidire videatur, aliquo tamen lenocinio eum pelliciat, quo magis amoris vim in eius pectore incenderet. Uno verbo hoc diceres delicatum fastidium cum Cic. de Fin. I, 2. Hanc tamen notionem abesse credo ob particulam καί, qua duo participia eiusdem notionis actiones significantia copulantur.

14. τᾷ μ. θηλ.] suaviter haec sonant Graeco sermone; latine tam paucis verbis non dixeris. Finge tibi puellam, quae nihil intentatum relinquit, ut hominis oculos in se convertat eumque urat, licet eundem despicatui habeat. Talis igitur puella molliter incedit, cerviculam iactat, omninoque omnia formae lenocinia adhibet. Ad θηλύνεσθαι proxime accedit θρύπτεσθαι. — σεσαρός, vid. annot. ad Id. VII, 19.

16. Callim. Lavacr. Pall. 67. τὸ δ' ἔρευθος ἀνέδραμε πρώϊον οἷα

Ὅττί με τὸν χαρίεντα κακὰ μωμήσαθ᾽ ἑταίρα.
Ποιμένες, εἴπατέ μοι τὸ κρήγυον· οὐ καλὸς ἐμμί;
Ἆρά τις ἐξαπίνας με θεὸς βροτὸν ἄλλον ἔτευξε;
Καὶ γὰρ ἐμοὶ τὸ πάροιθεν ἐπάνθεεν ἁδύ τι κάλλος,
Ὡς κισσὸς ποτὶ πρέμνον, ἐμὰν δ᾽ ἐπύκαζεν ὑπήναν·
Χαῖται δ᾽, οἷα σέλινα, περὶ κροτάφοισι κέχυντο·
Καὶ λευκὸν τὸ μέτωπον ἐπ᾽ ὀφρύσι λάμπε μελαίναις·

23. **Frustra hunc versum tentatum esse a Valckenario docet Aristaeneti locus in annot. collatus.**

25. Plurimi codd. *ὄμματά μοι δ᾽ ἄρ᾽ ἔην*, quod unice probat Kiessl., sic veram orationis concinnitatem restitui arbitratus.

26. Repetitum in hoc et sequenti versu *γλυκερώτερον* immerito offendit aliquot editores.

Ἠ ῥόδον ἢ σίβδας κόκκος ἔχει χροΐαν. Apoll. Rhod. III, 725. *Φοινίχθη δ᾽ ἄμυδις καλὸν χρόα.* F. I.

18. *τὸν χαρίεντα*] observa vim articuli, qui hoc vult: me, qui unus omnium pulcher vocor. Sic Id. XII, 23. *ἐγὼ σε τὸν καλὸν αἰνέων, Ψεύδεα κ. τ. λ.*

19. *εἴπατέ μοι τὸ κρήγυον*] Glauc. Epigr. II, 3. *Νύμφαι, φράσατ᾽ ἀτρεκές.* — Vox *κρήγυον* apud Hom. Il. I, 106. bonum significat. Theocritus igitur, qui hic pro vero posuit, ab antiquo vocis usu aberrasse putandus est. Vid. Buttmann. Lexil. Tom. I. p. 25. Epigr. XXI, 3. recte adhibetur in eum sensum, ut sit *χρήσιμος*.

20. Num alium me fecit deus aliquis? Cogita de tali fere mutatione, qualem Ulysses expertus est, a Minervâ, ut hostium insidias effugeret, in aliam subinde speciem mutatus. — Propert. I, 12, 11. Non sum ego qui fueram.

21. *ἐπάνθεεν — κάλλος*] similiter *πολλὰ ἀμφιτέθηλε χάρις* apud epigrammatarios poetas. Vid. Fr. Iacobs. Animadv. in Anthol. Tom. I. P. II. p. 323.

22. *ὡς κισσὸς π. πρ.*] sc. *ἐπανθεῖ*. Hoc eo referendum, quod hedera, quae stipitem aliudve fulcrum amplexa est, multo laetius efflorescit quam ea, quae humi serpit. — Tum ad *ἐπύκαζεν* ex prioribus intelligendum quidem *κάλλος*, sed cogita poetam aliud quid in mente habuisse, quo eum duceret comparatio cum *κισσός* instituta. Similis est aliquatenus Sophocl. Antig. 820. *τὰν κισσὸς ὣς ἀτενὴς πετραία βλάστα δάμασεν*, ubi quum *δαμᾶν* recte refertur ad *πετραία βλάστα*, interiectum *ὡς κισσός* aliud postulat verbum.

23. *οἷα σέλινα*] capillos cum floribus comparatos alibi quoque invenies. Cf. Fr. Iacobs. Animadv. in Anthol. Tom. II. P. I. p. 220. (Delect. Epigr. p. 144.) Tom. II. P. III. p. 318. Hic cogita de crispis capillis, quod similes dicuntur apio (*σέλινον οὖλον*).

24. *ἐπ᾽ ὀφρ. λάμπε*] super nigris superciliis frons candida splendebat. Huic loco simillimus est Aristaenet. II, 21. p. 105. *φύσεως αὐτόσχεδον ἔρευθος ἐπιτρέχει ταῖς παρειαῖς· ὀφρὺς μέλαινα κατὰ λευκοῦ τοῦ μετώπου.* Utroque loco praepositio propriâ significatione, qua ad loci notionem designandam adhibetur, capienda. Sic Id. XXIV, 115. *τόξον ἐπισκύνιον βλοσυρῷ ἐπέκειτο προσώπῳ.* Apollon. Rhod. IV, 1437.

Ὄμματά μοι γλαυκᾶς χαροπώτερα πολλὸν Ἀθάνας·
Τὸ στόμα καὶ πακτᾶς γλυκερώτερον· ἐκ στομάτων δὲ
Ἔρρεέ μοι φωνὰ γλυκερωτέρα ἢ μελικήρω.
Ἀδὺ δέ μοι τὸ μέλισμα, καὶ ἢν σύριγγι μελίσδω,
Κἢν αὐλῷ λαλέω, κἢν δώνακι, κἢν πλαγιαύλῳ.
Καὶ πᾶσαι καλόν με κατ' ὤρεα φαντὶ γυναῖκες,
Καὶ πᾶσαί με φιλεῦνθ'· ἁ δ' ἀστυκὰ οὐκ ἐφίλασεν,

30. **Brunckii** correctionem *πᾶσαί με καλὸν κατὰ τὤριον* sunt qui probant; haud recte: *καλόν* enim, ut in quo hic vis est posita, priore loco collocandum.

31. Libri *φιλεῦντι, τὰ δ' ἀστυκά μ' οὐκ ἐφ.*

ὅσσε δέ οἱ βλοσυρῷ ὑπέλαμπε μετώπῳ.

25. *χαροπ.*] recte mihi videtur I. H. Vossius hanc vocem ad oculorum alacritatem atque fulgorem retulisse. Cf. annot. ad Id. XII, 35. et Passov. in Lex. s. v., qui *χαροπός* idem fere sonare censet, quod *γλαυκός*. Quare hic *γλαυκᾶς* servandum duxi, quod praeterea Minervae mentio suadet. — Ceterum attende ad compendiariam comparationem; dicendum erat *ὀμμάτων Ἀθανᾶς*. Vid. annot. ad Id. II, 15.

26. *πακτᾶς γλυκ.*] comparatio pastoritia. Supra Id. XI, 20. de Galateâ *λευκοτέρα πακτᾶς ποτιδεῖν*. — *ἐκ στομάτων*. Pluralis *στόματα* et *μέτωπα* de unâ personâ positus, quod non sine exemplis est. Vid. Fr. Iacobs. in Not. Crit. ad Anth. Palat. p. 337. Vir doct. in Ienaisch. Litteratz. 1817. nro. 35. p. 53.

27. *ἢ μελ.*] particula *ἢ* hic certe abundat post comparativum. Vid. Fr. Iacobs. in Not. Crit. ad Anthol. Palat. p. 81. Scito tamen hanc licentiam in aliis locis dubiam reddi ab Hermanno ad Soph. Antig. 1266. et apud pedestres scriptores recte improbari. Vid. Bernhardy Syntax. p. 437. Adde Matth. Gr. §. 450. not. 2. p. 845.

29. *αὐλῷ λαλέω*] *λαλεῖν* quum latissimo sensu poni soleat (ut Id. V, 34. de locustis, Id. XXVII, 57. de cupressis), hic cum *αὐλῷ* coniunctum aliis offensioni fuisse miror. Ut hic *λαλεῖν*, sic alibi *φθέγγεσθαι* de instrumentis musicis. Vid. Fr. Iacobs. ad Delect. Epigr. p. 30. Praeterea iusto delicatiores sunt eorum aures, quibus ob syllabas *λω λα λε* deinceps se excipientes quicquam mutandum videtur. Graeci certe non tam fastidiosi erant. Vid. Daves. Miscell. p. 493. (p. 413. edit. Lips.). Neque Latini continuatam eiusdem syllabae repetitionem tam anxie reformidabant. Vid. Huschke ad Tibull. Tom. I. p. 82, 110, 170 sq. — *πλαγιαύλῳ*. In pedestri sermone frequentius duabus vocibus dicitur *αὐλὸς πλάγιος*. Vid. Schaefer. ad Long. p. 332. Significat fistulam obliquam, quod tibiae genus est ex loto factum et ab Apolline, ut aiunt, inventum. Voss. ad Virgil. Eclog. p. 402.

30. *γυναῖκες*] sunt puellae; nam *γυνή* significat feminam, solius sexus respectu habito. Hom. Il. I, 348. de Briseïde *ἡ δ' ἀέκουσ' ἅμα τοῖσι γυνὴ κίεν*· et v. 336. *Βρισηΐδος εἵνεκα κούρης*. Kiessl.

Ἀλλ', ὅτι βωκόλος ἐμμί, παρέδραμε· κοὔ ποτ' ἀκούει,
Ὡς καλὸς Διόνυσος ἐπ' ἄγκεσι πόρτιν ἐλαύνει·
Οὐκ ἔγνω δ', ὅτι Κύπρις ἐπ' ἀνέρι μήνατο βώτᾳ,
Καὶ Φρυγίῃς ἐνόμευσεν ἐν ὤρεσιν· αὐτὸν Ἄδωνιν
Ἐν δρυμοῖσι φίλασε καὶ ἐν δρυμοῖσιν ἔκλαυσεν.
Ἐνδυμίων δὲ τίς ἦν; οὐ βωκόλος; ὅν γε Σελάνα

33. Kiessl. edidit ὡς καλὸς Διόνυσος ἐν ἄγκεσι πόρτιν ἔλαυνεν, quorum alterum, ἐν ἄγκ. pro ἐπ' ἄγκ. Brunckio debet, alterum ἔλαυνεν Graefio. Imperfectum se adscivisse dicit, quod praesens neque sequentibus conveniat, neque naturae rei. At in oratione obliquâ post praeteritum (ἀκούει autem vim praeteriti habet) interdum praesens indicativi sequitur de re praeteritâ.

35. Is. Voss. οὐ τὸν Ἄδωνιν; per interrogationem legi vult.

33. πόρτιν] collective, ut grammatici loquuntur, positum; ut Id. XVI, 72. τρόχον ἅρματος. Sed locum Id. XXI, 6., quippe cuius alia est ratio, huc trahere noli.

34. Comparant Ovid. Trist. II. 299. In Venere Anchises, in Lunâ Latmius heros, In Cerere Iasion, qui referatur, erit.

35. Φρυγίης ἐν. ἐν ὤρ.] Ovid. Heroid. XVI, 201. Phryx erat Anchises. Poeta Idam montem Phrygium dicit, quem Troianum debebat dicere. Kiessl. hanc Sibelisii annotationem ad h. l. apposuit: „Proba est Eustathii ad Il. II. p. 276. Bas. observatio: φασὶ δὲ οἱ παλαιοί, ὅτι Ὅμηρος μὲν διαστέλλει Φρύγας καὶ Τρῶας· Αἰσχύλος δὲ καὶ οἱ νεώτεροι (inprimis Tragici) συγχέουσι. Idem fere habent Schol. Venet. ad Il. X, 431. Cuius rei causa videtur fuisse, quod Ilio everso Phryges agri Troiani partem occuparunt."

39. Λάτμιον ἂν νάπος] Latmus, mons in Cariâ notissimus, in quem Luna descendisse fertur ad Endymionem, qui ibi pascebat, exosculandum. — εἷς ἕνα καθ., unâ dormivit. Sic etiam εἰς μίαν καθεύδειν. Exempla vide apud Fr. Iacobs. Animadv. in Anthol. Tom. III. P. II. p. 99. ibid. p. 387. Anthol. Palat. Tom. III. P. I. p. 322. Huschke Anal. crit. p. 53. Neque substitit in his posterior aetas, sed alia ausa est, velut quod Agathias Anthol. Palat. VII, 572. dixit εἰν ἑνὶ δ' ἄμφω κεῖνται. Cf. Delect. Epigr. p. 427. Dicendi rationem bene aperuit Kiessl., cuius verba adscribam: „loquutiones εἰς ἕνα, εἰς μίαν, εἰς ἕν significant simul; εἰς ἕν ubique dici potest; εἰς ἕνα vel εἰς μίαν ibi usurpantur per attractionem quandam, ubi referuntur ad substantivum sive additum sive ex orationis serie subintelligendum generis aut masculini aut feminini, neque tamen ita, ut hoc ipsum substantivum sit supplendum. Sic Theocritus dixit εἰς ἕνα propter additum παιδί. Cuius dicendi rationis est fons admirabilis Graeci sermonis flexibilitas." Veram a Kiessl. rationem esse allatam tale, ni fallor, probat exemplum, quale est Homericum Il. II, 379. εἰ δέ ποτ' ἔς γε μίαν βουλεύσομεν, quod antiquissimum de hoc usu exstare arbitror. Sed ut hunc grammatices locum, occasione oblatâ, accuratius pertractemus, latius illa liber-

Βωκολέοντα φίλασεν· ἀπ' Οὐλύμπω δὲ μολοῖσα
Λάτμιον ἂν νάπος ἦλθε καὶ εἰς ἕνα παιδὶ κάθευδε.
Καὶ τύ, Ῥέα, κλαίεις τὸν βωκόλον. οὐχὶ δὲ καὶ τύ,
Ὦ Κρονίδα, διὰ παῖδα βοηνόμον ὄρνις ἐπλάγχθης;
Εὐνεῖκα δὲ μόνα τὸν βωκόλον οὐκ ἐφίλασεν,
Ἃ Κυβέλας κρέσσων καὶ Κύπριδος, ἅ τε Σελάνας.
Μηκέτι μηδὲ σύ, Κύπρι, τὸν ἀδέα μήτε κατ' ἄστυ

39. ἂν νάπος] sic scripsi pro vulgato ἄν νάπος. Nec aliter Id. XXV, 15. ἂμ μέγα pro ἄμ μέγα. Vid. Buttm. Gr. ampl. I. §. 117. p. 296.

41. ὄρνις] codd. quam plurimi αὐτός. Illam lectionem defendit et illustrat Huschke ad Tibull. Tom. II. p. 603.

44. Fr. Iacobsio vox Κύπρι corrupta videtur.

tas per Graecorum linguam disseminata est. Haud absimile enim illud dicendi genus, ubi ad articulum nude positum debet substantivum ex addito verbo elici, ut τὴν ἴσην τίειν, sc. τιμωρίαν. τὴν ἐπὶ θανάτῳ δεῖν, sc. δέσιν. Cf. Valck. ad Eurip. Phoen. 1440. Erfurdt. ad Sophocl. Antig. 1292. Fr. Iacobs. in Comment. ad Achill. Tat. IV, 15. p. 737. Et ex simili attractione fit, quum Graeci dicunt τὸν ἥμισυν τοῦ βίου, τὴν ἡμίσειαν τῆς τέχνης. Valcken. in Epp. Tittmanni p. 163. — Aliam explicandi rationem init Bernhardy Syntax. p. 218., dum comparat has loquutiones, quae ex usu militari petitae sunt, εἰς ἕνα ἰέναι, εἰς δύο ἄγειν, εἰς δέκα ἀριθμεῖσθαι. — Utut statuas de dictionis origine veràque expositione, pertinet ad earum numerum, quas frequens usus in vitâ quotidianâ decurtavit.

40. τὸν βωκόλον] Attin intelligit. Rhea vero eadem quae aliis Cybele dicitur.

41. διὰ παῖδα] Ganymedem. Sequitur poeta eorum rationem, qui Iovem ipsum, in aquilam mutatum, tradunt Ganymedem rapuisse. Vid. Fr. Iacobs. ad Alcaei Messen. Epigr. III. μήτε μοι οἰνοχόον κυλίκων σεῖθεν αἰετὸς ἀρθεὶς Μάρψαις, in Animadv. Tom. I. P. II. p. 346.

44. Ex duabus huius loci explicationibus, quas Casaubonus protulit, quum auctor ipse dubitasset, alterutram praeferret, equidem eam sequor cum Kiessl., ex qua rusticus ille amator, postquam praeter opinionem osculi repulsam tulisset, ad desperationem adductus, hoc incommodum ad Venerem, tanquam auctorem, refert, eique simile incommodum imprecatur. Agrestem quidem hominem, quod ita se gerat, admodum sibi constare facile intelliges; omnem autem ab exasperato eius animo ironiam longe abesse sponte apparet. Tandem, ut hoc adiiciam, tam insignem deorum contemtum ab incultis hominibus haud alienum fuisse docet Id. VII, 109., ubi, quum Pani Simichidas alia imprecatur dira, hoc etiam in optatis habet, ut deus ἐν κνίδαισι καθεύδοι, in urticis dormiat. Cui simillimum, opinor, est votum quod nunc rusticus habet, ut Venus sola dormiat. — τὸν ἀδέα, eum, quem in deliciis habes, amasium. Nostri homines de vulgo dicerent deinen

Μήτ' ἐν ὄρει φιλέοις, μώνη δ' ἀνὰ νύκτα καθεύδοις.

45. *μώνη*] non ausi sumus hanc formam, quae in omnibus codd. legitur, mutare. Brunck. *μώνα*. Valck., quem sequitur Kiessl., *μούνα*. Valckenario, qui in Epist. ad Ernest. p. 54. contendit *μοῦνος* in *μῶνος* mutari non potuisse, quod neque pro *νόσος*, *νοῦσος* possit *νῶσος* dici, opponi possunt *κόρος*, *κοῦρος*, *κῶρος*. *ὄρος*, *οὖρος*, *ὦρος*. *ὄνομα*, *οὔνομα*, *ὤνομα*, quae quidem omnia apud Theocritum reperiuntur.

Schatz. De formâ *ἀδέα* cf. notata ad v. 8.

45. *μώνη δ' ἀνὰ ν. καθ.*] de formâ *μώνη* vide annot. crit. — Cf. Bion. Id. XV, 28. *αὐτὰρ ἐγὼ μούνα μίμνω, σὺ δέ, νύμφα, καθεύδεις*, et v. 30. *ἀλλὰ μόναι κατὰ λέκτρα καθεύδομες*, qui locus etiam in eo similis est Theocriteo, quod sicut apud Theocritum formae *μῶνος* et *μόνος* promiscue usurpantur, ita apud Bionem *μοῦνος* et *μόνος*.

XXI.

Argumentum.

Continet hoc Idyllium piscatorum duorum nocturnam confabulationem. Poeta Diophantum appellans nescio quem, pauca de paupertatis vi ad studia hominum excitanda praefatus — 5., scenam describit, ubi illud colloquium habetur. Est illa in piscatorum tugurio, ad maris litus, curtâ suppellectili instructo — 28. Alter eorum quum somnium per quietem vidisset, amicum rogat, ut id sibi interpretetur — 62. Visus erat sibi aureum piscem cepisse, eoque capto piscatum in posterum se non exerciturum esse statuerat, idque consilium iureiurando firmaverat. Nunc, quum aurea illa spes unâ cum somnio avolasset, iurisiurandi, quo se obstrinxerat, religionem timet. Bono eum socius animo esse iubet, et ut somnii speciem, ita iurisiurandi quoque per somnium temere pronuntiati religionem vanam esse docet. F. I.

Unicum hoc est inter Theocritea Idyllium, ut ita dicam, piscatorium, omninoque unicum huius generis ex antiquitate nobis servatum. Mimi duo Sophronis commemorantur apud veteres, quorum haud diversum videtur fuisse argumentum; alter qui *Ἁλιεύς*, alter qui *Θυννοθήρας* inscriptus fuit. Hinc admodum probabile fit Theocritum, quemadmodum Pharmaceutriam ad Sophronis magam aliquam effinxit, ita in hoc quoque carmine ducem habuisse aliquem Sophronis mimum. Cf. Valcken. ad Adoniaz. p. 325. Eichstad. in Adumbrat. de carm. Theocrit. indole p. 23. Ceterum quod nonnulli suspicantur, hoc carmen in Aegypto compositum fuisse, quod haec terra piscatoribus abundaverit, ea opinio parum firmitatis habet. Eodem enim iure dicas Syracusis id scriptum esse, quod in eâ urbe plurimos victitasse constat piscatores. — Hoc Idyllium ut plurimum habet suavitatis ac nativi leporis, ita tamen librariorum incuriâ tot vitiis contaminatum est, ut, nisi integriores codices reperiantur, vix sperare nobis liceat fore, ut unquam pristino nitori suo restituatur.

ΑΛΙΕΙΣ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ κα'.

ΑΣΦΑΛΙΩΝ ΚΑΙ ΕΤΑΙΡΟΣ.

Ἁ πενία, Διόφαντε, μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει·
Αὐτὰ τῶ μόχθοιο διδάσκαλος· οὐδὲ γὰρ εὕδειν

Idyll. XXI. 3. Edit. Aldin. ἐργατίνεσσι, quam formam sunt qui probant, effictam sc. ad normam aliarum ut Σκοπάδεσσιν Id. XVI, 36.

4. Cod. Vatican. ἐπιβησέεισι, in quo alind quid quam vulgatum ἐπιφανοῆσι latere videtur. Hinc legendum suspicatur Meineke ἐπιβρίσῃσι.

Idyll. XXI. 1. Διόφαντε] quis Diophantus ille fuerit nescimus. Theocritum amicis Idyllia aliquot inscripsisse, exemplis sunt Idyll. VI, quod Arato misit, Idyll. XI. et XIII., quae Niciae medico dedicavit. Probabiliter igitur statuas Diophantum unum ex Theocriti amicis fuisse, cuius familiaritatem Alexandriae fortasse poeta sibi paraverat. — Sententia ipsa, quae in initio posita est, paupertatem artium inventricem fuisse, multis modis a veteribus tractata. Apposite vero Plautus Stich. I, 3, 23. de paupertate: nam illa omnes artes perdocet, ubi quem attigit.

4. ὀλίγον iungendum cum verbo ἐπιψανσῃσι. Hom. Od. IX, 547. ὅςτ' ὀλίγον περ ἐπιψαύῃ πραπίδεσσιν. νυκτός autem ab eodem verbo pendet: quod si quis vel paullum nocte s. nocturnâ quiete fruatur. ἐπιψαύειν νυκτός idem significat quod ἐπαυρίσκειν s. ἀπολαύειν νυκτός. — Eorum quae sequuntur iunctura ita est instituenda: μελεδῶναι αἰφνίδιον ἐφιστάμεναι θορυβεῦσι τὸν ὕπνον.

6. ἰχθύος ἀγρευτ.] piscium venatores. Singularis numerus in hac iuncturâ paullo insolentius positus est; quod Alexandrinorum tribuas consuetudini. Apoll. Rhod. I, 108. ἠελίῳ τε καὶ ἀστέρι. Vid. Bernhardy Syntax p. 59.

7. βρύον αὖον] fucum aridum. βρύον est muscus marinus. — ὑπὸ πλεκταῖς καλ. sub tugurio e sarmentis frondosis contexto. Piscatorium tugurium Leonid. Tarent. Epigr. XCI, 8. dicit καλύβην σχοινῖτιν.

9 — 11. Piscatoriae rei parum peritus ex Schneideri ad Oppianum, Ahlwardtii, Kiesslingii aliorumque observationibus adscribam ea, quae ad rem facere videntur. — τὰ ταῖν χεροῖν ἀθλήματα sunt instrumenta, quibus manus cum contentione laborant, i. e. instrumenta s. arma piscatoria. Similiter dicitur πόνος v. 14. Fr. Iacobs. confert agricolas ἀθλητὰς τῆς γῆς appellatos apud Philostr. in Imagg., ubi vide annot. p. 535. Oppian. Hal. III, 89. ἔργοισι —

Ἀνδράσιν ἐργατίναισι κακαὶ παρέχοντι μέριμναι.
Κἂν ὀλίγον νυκτός τις ἐπιψαύσῃσι, τὸν ὕπνον
Αἰφνίδιον θορυβεῦσιν ἐφιστάμεναι μελεδῶναι.
Ἰχθύος ἀγρευτῆρες ὁμῶς δύο κεῖντο γέροντες,
Στρωσάμενοι βρύον αὖον ὑπὸ πλεκταῖς καλύβαισι,
Κεκλιμένοι τοίχῳ τῷ φυλλίνῳ· ἐγγύθι δ' αὐτοῖν
Κεῖτο τὰ ταῖν χειροῖν ἀθλήματα, τοὶ καλαθίσκοι,
Τοὶ κάλαμοι, τἄγκιστρα, τὰ φυκιόεντά τε λῆδα,
Ὁρμειαί, κύρτοι τε, καὶ ἐκ σχοίνων λαβύρινθοι,
Μήρινθοι, κῶάς τε, γέρων τ' ἐπ' ἐρείσμασι λέμβος,
Νέρθεν τᾶς κεφαλᾶς φορμὸς βραχύς, εἵματα, πῖλοι.

10. Pro τε λῆδα, quae vox est nihili, Briggs. apud Gaisf. δελῆτα emendavit, quod recentt. probaverunt.

11. Fortasse ὁρμιαί legendum. Vid. Spitzn. Prosod. §. 88., 1. c.

12. κῶας τε. Stroth. correxerat κῶπαι τε, rectius Kiessl. κώπα, quod recepit Boisson.

οἷς ἐνὶ πόντῳ Ἄνδρες ἀεθλεύουσι ταλάφρονα θυμὸν ἔχοντες. — τοὶ καλαθίσκοι, calathi, qui multiplici usui inserviunt, ut gestandis piscibus, quos quis cepit. Sic in picturâ Pompeiis erutâ, quae piscatoriam scenam exhibet, Amor cernitur cum hamis et calathisco. Vid. Iahn. Iahrb. der Philol. 1828. Tom. II. Fascic. 3. p. 351. — τοὶ κάλαμοι sunt arundines s. perticae piscatoriae (Angelruthen von Rohr), quas Oppian. Hal. III, 75. δόνακας dicit. Calamo illi adligabantur ὁρμειαί (funiculi) cum hamo, ἀγκίστρῳ (Angelhaken). Funiculi autem erant ex crinibus equinis facti; hinc simpliciter dicuntur apud Pollux. I, 9, 97. τρίχες ἵππειαι. — Pro vulgato τε λῆδα unice scribendum δελῆτα, escae fuco circumvolutae. Esca enim fuco s. algâ circumvolvebatur, ne fraudem sentiret piscis. — κύρτοι sunt nassae maiores, ex viminibus s. fruticibus factae (nobis dicuntur Reussen, Voss. vertit Bangen). Earum structuram explicat Oppian III, 341. — λαβύρινθοι ἐκ σχοίνων, labyrinthi iuncei, h. e. nassae minores, ex iuncis factae, quae, ut iustâ curvaturâ sinuarentur, aliis iuncis intexebantur. Fr. Iacobs. comparat εἰνάλιος λαβύρινθος in Anthol. Palat. VI, 224. — μήρινθοι, funiculi (Schnüre), quorum varius in piscatione usus; interdum hami maiores iis adligabantur. — Quod sequitur κῶας, pellis, in enumeratione rerum ad piscationem pertinentium vix locum habet. Arbitramur enim κώπα (duo remi) substituendum esse (Vid. Var. Lect.). Remi vero apte iuxta cymbam collocantur. — Ceterum vetustam cymbam piscatores noctu in continentem subtraxerunt, ne putresceret. Nam hanc ob causam eidem in litus subtractae fulcra subiiciunt. — De γέρων λέμβος vid. annot. ad Id. VII, 17.

13. πῖλοι] pilei. Sed noli putare proprium aliquod genus fuisse, quo uterentur piscatores. Dicuntur enim ἀμφίκρηνοι i. e. qui caput undique ambiunt ideoque imbres humoremque omnem arcent.

Οὗτος τοῖς ἁλιεῦσιν ὁ πᾶς πόνος, οὗτος ὁ πλοῦτος.
Οὐδεὶς δ' οὐ χύτραν εἶχ', οὐ κύνα· πάντα περισσὰ
Πάντ' ἐδόκει τήνας ἄγρας· πενία σφιν ἑταίρα.
Οὐδεὶς δ' ἐν μέσσῳ γείτων, παντᾷ δὲ παρ' αὐτὰν
Θλιβομέναν καλύβαν τρυφερὸν προςέναχε θάλασσα.
Οὔπω τὸν μέσατον δρόμον ἄνυεν ἅρμα Σελάνας,
Τοὺς δ' ἁλιεῖς ἤγειρε φίλος πόνος· ἐκ βλεφάρων δὲ
Ὕπνον ἀπωσάμενοι σφετέραις φρεσὶν ἤρεθον ᾠδάν.

15. Vitium aliquod huic loco subesse vix dubites. Lectio, quam codd. plurimi praebent, haec est: *οὐδεὶς οὐ χύτραν εἶχ' οὐχ ἵνα* (alii οὐχ ἕνα, alii οὐκ ἶνα) *πάντα περισσὰ πάντ' ἐδόκει τήνας* (tres codd. *τήνοις*) *ἄγρα πενία σφὰς* (ἢ *σφᾶς*) *ἑταίρα*. Nos eam lectionem in textu reliquimus, quae plurimas editt. recentiores obsidet; in qua *οὐ κύνα* e cod. Coislin. et ed. Iunt. enotatum reperio. Ex permultis hunc locum emendandi conatibus unum Fr. Iacobsii apponam: *πάντα περισσὰ τἄλλ' ἐδόκει τήνοις· ἄγρας πενία σφιν ἑταίρα*, hoc sensu: cetera omnia iis videbantur superflua; paupertas cum piscatura coniuncta ipsis amica erat.

V. Animadv. ad Anthol. Tom. II. P. II. p. 144. Praeterea Fr. Iacobs. comparat Posidon. apud Athenae. VI. p. 274. B. *πίλους ταῖς κεφαλαῖς περικείμεθα προβατείων δερμάτων δασεῖς.*

14. *ὁ πᾶς πόνος*] artis et laboris utensilia. *Πόνος*, ut *ἐργασίη*, *βίος*, de instrumentis dicitur, quibus victus paratur. Mosch. Id. V, 10. *καὶ πόνος ἐντὶ θάλασσα καὶ ἰχθὺς ἁ πλάνος ἄγρα.* Vid. Animadv. ad Anthol. Tom. II. P. II. p. 303. Tom. II. P. II. p. 374. Boisson. ad Nicet. p. 40. Idem in edit. Theocr. apte comparat Id. XXII, 42., ubi flores dicuntur *ἔργα φίλα μελίσσαις*. — *οὗτος ὁ πλοῦτος*. Ovid. Metam. III, 588. de piscatore: ars illi sua census erat.

15 sq. Sensus est: uterque erat pauperrimus, nec quicquam possidebat praeter instrumenta piscatoria; vitam sustentabant piscibus capiendis. Singula vero si constituere velis, multis implicabere impedimentis. Vid. Var. Lectt. — *οὐδείς* pro *οὐδέτερος*. Sic Id. VI, 46. *οὐδ' ἄλλος* pro *οὐδέτερος*. Cf. ad Id. VII, 36.

17. *οὐδεὶς ἐν μέσσῳ γ.*] non aderat vicinus, quod undique mari eorum casa circumluebatur. Cf. Bergler. ad Alciphr. III, 3. p. 235.

18. *θλιβομέναν καλ.*] angustam casam, ut recte explicat Toup., qui confert simillimam plane loquutionem *πόλις θλιβομένη*. Alibi legitur *πνιγηρὰ καλύβη*. Facit huc etiam *μικρή σοι ζώη τεθλιμμένη* ap. Leonid. Tarent. Epigr. 70. — *προςέναχε*. Attende ad formam verbi activam, cuius loco medii forma longe usitatior est. Graefe affert *νῆχε* ex Hom. Od. V, 399, 439. VII, 28.

20. *τοὺς δ' ἁλ.*] nota *δέ* in apodosi post *οὔπω*, ut solent Graeci in apodosi post particulas temporales inferre. Sic etiam post *αἰ*, Id. I, 11. XXIX, 17. Kiessl. — *ἐκ βλεφ. ὕπν. ἀπωσ.*, Agath. Schol. Epigr. 12. (Anth. Pal. V, 237. Del. Epigr. V, 87.). *γλυκερὸν κῶμα παρωσάμεναι*. Leonid. Epigr. 78. (Anth.

ΑΣΦΑΛΙΩΝ.

Ψεύδονται, φίλε, πάντες, ὅσοι τὰς νύκτας ἔφασκον
Τῶ θέρεος μινύθειν, ὅτε τἄματα μακρὰ φέρει Ζεύς·
Ἤδη μυρί' ἐσεῖδον ὀνείρατα, κοὐδέπω ἀώς.
Μὴ λαθόμην; τί τὸ χρῆμα; χρόνον δ' αἱ νύκτες ἔχοντι;

ΕΤΑΙΡΟΣ.

Ἀσφαλίων, μέμφῃ τὸ καλὸν θέρος· οὐ γὰρ ὁ καιρὸς
Αὐτομάτως παρέβα τὸν ἑὸν δρόμον· ἀλλὰ τὸν ὕπνον

22. Duo codd. ψεύδοντο, ob sequens ἔφασκον haud dubie correctum. Receperunt tamen aliquot editt.

25. Haec ita scribenda censet Graefius: μὴ λαθόμαν, τί τὸ χρῆμα; χρόνον ταὶ νύκτες ἔχοντι. Ipse vertit: hab' ich vergessen, was das ist? die Nächte ziehen sich in die Länge. Opinatur enim verba μὴ λαθ., si per se interrogationem faciant, nullum habere sensum. In correctione voc. δ' αἱ consentit Kiessl., eandemque recepit Boisson.; sed vide annot. Fr. Iacobs. vitium in verbo λαθόμην esse censet.

26. Graefius corrigit: μή, 'σφαλίων, μέμφῃ τὸ κ. θ.; Kiessl. post θέρος interrogandi signum habet.

Pal. VII, 726. Delect. Epigr. VIII, 108.). Ἑσπέριον κἠῷον ἀπώσατο πολλάκις ὕπνον Ἡ γρηῦς πενίην Πλατθὶς ἀμυνομένη. — ἤρεθον ᾠδάν est: loquendi faciebant initium, ut dicitur τὸν μῦθον ἐγείρειν apud Platon. de Rep. p. 272. D. Memorabile est ᾠδή de colloquio. ἀείδειν frequens apud recentiores pro dicere, narrare. F. I.

22. ψεύδονται, ὅσοι ἔφασκον] mentiuntur, qui dixerunt, scilicet mendacium manet, donec quisquam eos falsitatis coarguerit. Recte igitur aoristus infertur post praesens.

24. ἐσεῖδον] simplex exspectabas εἶδες. Sed composita ἐσιδεῖν, ἐσορᾶν, ἐσακούειν saepius ita poni solent. Vid. Fr. Iacobs. Additam. ad Athen. p. 69. p. 205. in Not. Crit. ad Anthol. Palat. p. 172 et 383.

25. Haec, ut nunc leguntur, ita explicari posse videntur: μὴ λαθ.; num fallor? verba sunt hominis nondum plane experrecti necdum oculis suis fidenti. Ex casâ enim, in quam solis radii non poterant penetrare, prospicit. Pergit τί τὸ χρῆμα; quid hoc rei est? Cernit nunc densâ adhuc caligine coelum obductum esse. — χρόν. δ' αἱ ν. ἔχ.; an moram trahunt noctes? an fieri potest, ut noctes iam fiant iusto longiores? Hac similive ratione homines de vulgo, si quid ipsis praeter spem et opinionem acciderit, rem causasque rei secum investigare solent. Ultima verba per interrogationem accipienda esse apparere videtur inde, quod sequentia οὐ γὰρ ὁ κ. αὐτ. responsionis loco habenda sunt.

26. Sensus: tu vituperas aestatem pulcram. Immerito. Nam haec anni vicissitudo non a casu pendet. — ὁ καιρός. Vide quam diversum hoc sit a χρόνος. καιρός est tempus constitutum, i. e. certis finibus ad certam normam circumscriptum. — αὐτ. παρ., tempus ad certam rationem descriptum non sponte suâ contra leges naturae cursum praescriptum migrat.

Ἁ φροντὶς κόπτοισα μακρὰν τὰν νύκτα ποιεῖ τιν.

ΑΣΦΑΛΙΩΝ.

Ἆρ' ἔμαθες κρίνειν ποκ' ἐνύπνια; χρηστὰ γὰρ εἶδον.
Οὔ σε θέλω τὤμῶ φαντάσματος ἦμεν ἄμοιρον·
Ὡς καὶ τὰν ἄγραν, τὤνείρατα πάντα μερίζεν.
Οὐ γὰρ νικαξῇ κατὰ τὸν νόον· οὗτος ἄριστος
Ἔστιν ὀνειροκρίτας, ὁ διδάσκαλος ἔστι παρ' ᾧ νοῦς.
Ἄλλως καὶ σχολὴ ἐντί· τί γὰρ ποιῆν ἂν ἔχοι τις
Κείμενος ἐν φύλλοις ποτὶ κύματι μηδὲ καθεύδων.
Ἀλλ' ὄνος ἐν ῥάμνῳ, τὸ δὲ λύχνιον ἐν πρυτανείῳ·
Φαντὶ γὰρ αἰὲν ἄγραν τόδ' ἔχειν.

31. *μερίζεν*. Vulgo *μερίζειν*. Illud ex duobus codd. cum Kiessl. recepit Boiss.

32. Fr. Iacobsius copulam desiderans coniicit: *ἔστι δ' ἄριστος Οὗτος ὄν*. Vulgatus ordo fortasse defenditur Id. XVI, 21. *οὗτος ἀοιδῶν λῷστος* etc.

33. Vulgo scribitur *διδάσκαλός ἐστι παρ' ᾧ νοῦς*.

35 sq. Locus valde difficilis et impeditus. In vulgatis editt. ita exhibetur: *μηδὲ καθεύδων Ἄσμενος ἐν ῥάμνῳ· τὸ δὲ λύχνιον ἐν πρ.* In

28. *τιν*] encliticum hic, quod observandum. Vid. Buttm. Gr. ampl. I. §. 72. p. 295.

29. *γάρ*] ad suppressam aliquam sententiam refer, velut hanc: quodsi hac arte calles, operae pretium est, me audias s. somnium, quod mihi oblatum est, interpreteris.

32. *νικαξῇ*] forma, quod unica exstat in suo genere, multis dubitationibus obnoxia. Vid. Buttm. Gr. ampl. I. §. 92. not. 6. p. 382. — Sensus est: nemo mentis acie te superabit.

34 — 38. Optimus is est somniorum interpres, qui mentis aciem ingeniique acumen habet. Quae generalem quandam eius laudem continet. Iam vero uterque otium habemus. Quid enim, qui hic iacemus in strato, nec dormimus, aliud facere possimus. Haec sententia, quantum equidem intelligo, v. 36. ita illustrari debuit, ut Asphalion aut proverbio allato aut imagine adhibitâ diceret piscium capturam non quovis tempore fieri posse. Eo nos ducit v. 37., ubi, quod ad declaranda verba *τὸ δὲ λύχνιον ἐν πρυτ.* adiectum est, prytaneum tantum perennem capturam habere dicitur, ob reditus puta, qui nullo non cessant tempore. Quae si pro certis ponuntur, ut videntur esse, locus sanissimus est, prouti eum ex codicibus exhibuimus scriptum. De interpretatione maior dubitatio. — V. 36. duo proverbia continentur: *ἀλλ' ὄνος ἐν ῥάμνῳ*, sed asinus in spinis, sc. dormiverit; *τὸ δὲ λύχνιον ἐν πρυτανείῳ*, lychnus contra in Prytaneo nunquam. Otio enim non fruitur, quum ei semper adsit quod agat. *ἄγραν* piscator appellat oleum, lucernae infusum, usus vocabulo ad suam artem accommodato. Similis igitur ille, dum insomnis est, videtur sibi esse lucernae prytanei, nunquam otiosae, ut nec ipsum somni otiosum esse patiuntur. Verisimile autem fuisse proverbium de homine diu noctuque ad laborem intentum, lucer-

ΕΤΑΙΡΟΣ.

Λέγε μοί ποτε νυκτὸς
Ὄψιν, πάντα τεῷ δὲ λέγων μάνυσον ἑταίρῳ.

ΑΣΦΑΛΙΩΝ.

Δειλινὸν ὡς κατέδαρθον ἐν εἰναλίοισι πόνοισιν·
Οὐκ ἦν μὰν πολύσιτος, ἐπεὶ δειπνεῦντες ἐν ὥρᾳ,
Εἰ μέμνῃ, τᾶς γαστρὸς ἐφειδόμεθ'· εἶδον ἐμαυτὸν
Ἐν πέτρᾳ μεμαῶτα· καθεζόμενος δ' ἐδόκευον
Ἰχθύας, ἐκ καλάμων δὲ πλάνον κατέσειον ἐδωδάν.
Καί τις τῶν τραφερῶν ὠρέξατο· καὶ γὰρ ἐν ὕπνοις
Πᾶσα κύων ἄρτως μαντεύεται, ἰχθύα κηγών.

quibus verba *ἥσμενος ἐν ῥάμνῳ* vitii non immunia habenda esse iam alii censuerunt. Nos viam monstrante saltem Boisson. codicum Mediol. et Paris., tum edit. Ald. lectionem in textis exhibemus. De cuius sensu vid. annotat.

38. Fr. Iacobsius olim scribendum putabat *θέλων μάνυσον*, collat. Abresch. Animadv. in Aesch. Tom. II. p. 1.

45. Unus cod. *ἄρτον*.

na in Prytaneo. Acutiores me videant quid ex hoc loco extricare possint; equidem fateor lucem Prytanei mihi tantas offundere tenebras, ut nihil videam. — Prytanea in quavis frequentiore Graeciae urbe fuisse constat; v. Casaubon. ad Athen. XV. p. 700. D. Cf. Pollux. IX, 5. Potter. Archaeol. Gr. interp. Ramb. Tom. I. p. 282. In Prytaneo autem lucerna ardens et ignis Vestae perpetuus servabantur. — Duo proverbia in v. 36. quaerenda esse docet etiam alterius piscatoris responsum. Hic enim dic tandem, ait, quale fuerit visum nocturnum. Illud tandem ad impatientiam hominis refer, qui quod alter ipsius narrationis loco proverbia cumulaverat, vix exspectare poterat, donec ad rem veniret. — *λέγων* abundat hic, ut saepe fit in talibus. Herod. IV, 36. *τὸν γὰρ περὶ Ἀβάριος λόγον τοῦ λεγομένου εἶναι Ὑπερβόρεω οὐ λέγω, λέγων ὡν τὸν οἰστὸν* κ. τ. λ. F. I. — Adde quae afferuntur a Bornem. ad Xenoph. Conviv. I, 5.

39. *δειλινόν*] dictum ut *μεσημβρινόν*, in qua loquutione articulus aut adiicitur aut omittitur. Cf. notat. ad Id. VII, 21. — Ceterum cf. de voce *δειλινός* Buttmann. Lexil. Tom. II. p. 185.

40. *ἐν ὥρᾳ*] iusto, solito tempore, et proinde satis tempestive. — Admodum festiva haec piscatoris narratio, qua qui non multum habent ad comedendum ventri parcere dicuntur. Haud illepide nostrates: wir verdarben uns den Magen dabei nicht.

42. *μεμαῶτα*] ut Id. I, 40. *ἐφ' ᾧ σπεύδων μέγα δίκτυον ἕλκει*.

44. *τις τῶν τραφερῶν*] unus ex pinguibus, bene saginatus. Apparet hoc ex v. 48. — *ὠρέξατο*, appetiit, er biss an.

45. *ἰχθύα*] rarior accusativi forma. Vid. Schaef. ad Id. XXVI, 17. Wernicke ad Tryphiod. p. 291. Buttm. Gr. ampl. I. p. 178. Matth. Gr. §. 82. not. 2. p. 182.

Χὠ μὲν τὠγκίστρῳ ποτεφύετο, καὶ ῥέεν αἷμα·
Τὸν κάλαμον δ' ὑπὸ τῶ κινήματος ἀγκύλον εἶχον.
Τὼ χέρε τεινόμενος περὶ κνώδαλον εὗρον ἀγῶνα,
Πῶς μὲν ἕλω μέγαν ἰχθὺν ἀφαυροτέροισι σιδάροις.
Εἶθ' ὑπομιμνάσκων τῶ τρώματος, ἆρ' ἐμὲ νύξεις;
Καὶ νύξῃ χαλεπῶς· καὶ οὐ φεύγοντος ἔτεινα.
Ἤνυσ' ἰδὼν τὸν ἄεθλον· ἀνείλκυσα χρύσεον ἰχθύν,
Παντᾶ τοι χρυσῷ πεπυκασμένον. εἶχε δὲ δεῖμα,
Μή τι Ποσειδάωνί πέλοι πεφιλαμένος ἰχθύς,
Ἢ τάχα τᾶς γλαυκᾶς κειμήλιον Ἀμφιτρίτας.
Ἠρέμα δ' αὐτὸν ἐγὼν ἐκ τὠγκίστρω ἀπέλυσα,
Μή ποτε τῶ στόματος τἀγκίστρια χρυσὸν ἔχοιεν.

48. Locum distinxi cum **Kiessl.**, ut suaserat **Fr. Iacobs.** Vulgo comma ponitur post *κνώδαλον*.

49. **Wernicke** ad Tryphiod. p. 291. contendit *ἰχθὺ'* corrigendum esse, quod secunda in *ἰχθὺν* nullo modo corripi queat. Iustam tamen dubitationem iniiciunt quae **Spitzner.** de hac re disputat **Prosod.** §. 40, 1. not. — In eodem versu *μέν* iure offendit. Alii *κεν*, alii *μιν* malunt. Posterius praeferam.

51. Hunc versum haud uno vitio laborare patet. Quod in initio positum est *καί* displicet; etiam *χαλεπῶς* corruptum videtur; alterum *καί* praeter morem in thesi productum est sequente vocali; tandem *ἔτεινα*

48. *περὶ κν. εὗρον ἀγ.*] circa belluam inveni certamen. Usus praeposit. *περί* in hac iunctura frequens ac legitimus. Alii comma ponentes post *περὶ κνώδαλον* haec verba non recte cum antecedentibus iungunt.

49. *ἰχθὺν*] si lectio sana (cf. Var. Lect.), observanda est secunda in *ἰχθὺν* correpta. Cuius usus ex Pindaro serioribusque poetis certa aliquot exempla dedit **Spitzner.** Prosod. §. 40, 1. not. **Fr. Iacobs.** in Not. Crit. ad Anth. Palat. p. 692. **Pflugk.** ad Eurip. Androm. 356.

50 sq. Sensus videtur hic esse: ab initio piscis, utpote unus ex maioribus et tenui tantum hamo adhaerescens, obluctabatur; immo manum piscatoris, qui eum attracturus erat, pupugit. Iam vero piscator reputans piscem vulnere iam sauciatum esse eumque frustra reluctari, graviore ictu eum percussit et, quum se non amplius moveret, facile prehendit manu. Quae explicatio, **Fr. Iacobsio** iudice, hac tantum difficultate premitur, quod ex poetae verbis non possit effici, quod piscis piscatorem pupugerit. *τῶ τρώματος* sibi videri ait significare vulnus, quod infligere poterat, quem articuli usum exempla nonnulla firmant apud **Matthiae.** — Hoc licet cognosci, narrationem plenam esse leporis ac festivitatis. Piscator enim piscem de vulnere admonuisse dicitur; simili modo, qui inter equos, canes versantur, cum iis colloquuntur quasi intelligentibus. Nostratium fortasse aliquis diceret: ich hab's ihm eingeprägt. Tum haud parum suavitatis inest in verbis: me pungis? at te pungam. Nos fere ita: beisst du mich, beiss ich dich wieder. — Haec igitur, ut nobis mirum in

Καὶ τὸν μὲν πειστῆρσι κατῆγον ἐπ' ἠπείροιο,
Ὤμοσα δ' οὐκέτι λοιπὸν ὑπὲρ πελάγους πόδα θεῖναι,
Ἀλλὰ μένειν ἐπὶ γᾶς, καὶ τῷ χρυσῷ βασιλεύειν.
Ταῦτά με κἀξήγειρε· τὺ δ', ὦ ξένε, λοιπὸν ἔρειδε
Τὰν γνώμαν· ὅρκον γὰρ ἐγὼ τὸν ἐπώμοσα ταρβῶ.

ΕΤΑΙΡΟΣ.

Καὶ σύ γε μὴ τρέσσῃς· οὐκ ὤμοσας· οὐδὲ γὰρ ἰχθὺν
Χρύσεον ὡς ἴδες εὗρες· ἴσαι δὲ ψεύδεσιν ὄψεις.
Εἰ δ' ὕπαρ, οὐ κνώσσων τὺ τὰ χωρία ταῦτα ματεύσεις,
Ἐλπὶς τῶν ὕπνων· ζάτει τὸν σάρκινον ἰχθύν,
Μὴ σὺ θάνῃς λιμῷ, καίτοι χρυσοῖσιν ὀνείροις.

cum genitivo construi non potest. De ultimis elegans est Wartoni coniectura χέρα δ', οὐ φεύγοντος, ἔτεινα.

53. Alii εἶχέ με δεῖμα.

58. De sinceritate lectionis πειστῆρσι iure dubitat Fr. Iacobs. Tum ἀνάγειν scribendum censet Kiessl.

64. Plurimi codd. χρύσεον εἶδες ἢ εὗρες, quod Kiessl. ita defendi posse arbitratur, ut ἢ accipiatur pro οὐδέ, quemadmodum interdum aut pro nec ponatur, ut Virgil. Aen. X, 592.

66. Verba ἐλπὶς τῶν ὕπνων haud integra esse videntur. Wuest. — Quid prohibet, quominus ὕπνων accipias de opibus, quas piscator sibi per somnum offerri erat visus? F. I.

modum placeant, dolendum tamen locum non prorsus integrum esse. Vid. Var. Lect.

52. ἤνυσ' ἰδὼν τὸν ἄεθλ.] atque certamen, quod videbam (quod in somnio mihi offerebatur) confeci, s. atque certamen mihi visus sum confecisse. — τὸν ἄεθλον, certamen, quo piscator et piscis inter se certabant. Oppian. Hal. III, 303., a Fr. Iacobs. allatus, ἔνθεν ἔπειτα Ἀλκὴν ἀμφοτέρων θηήσεαι, οἷος ἄεθλος Μαρναμένων, ἀνδρός τε καὶ ἰχθύος ἑλκομένοιο.

53 — 58. Primum quidem timebat, ne sacrum Neptuno aut Amphitritae piscem ceperit; tum vero, metu superato, placide piscem hamo exsolvit, ne quid auri ad hamum adhaeresceret; tandem in terram subtraxit. — πεφ. ἰχθ. Cogitasse videtur de pisce, quem ἱερὸν ἰχθὺν vocant, de quo Theocr. fragm. apud Athén. VII. p. 284. A. F. I. — Versu 58. sunt duo, quae, utpote singularia, notari debent; πειστῆρσι de funiculis adhibitum pro πείσμασι, et κατάγειν de pisci ex mari in terram subducendo, quod ἀνάγειν potius foret.

59. οὐκέτι post ὤμοσα notandum. Nam verba iurandi μή, μηκέτι cum infinitivo posci ponunt. Vid. Id. XXII, 134. XXVII, 34. Schaefer. — Adde Hermann. ad Viger. p. 807. Matth. Gr. §. 608, 5. e. p. 1223.

61. λοιπὸν ἔρ. τὰν γν.] quod reliquum est, postquam ego narravi, meum obfirma animum, ob iusiurandum trepidantem.

63 — 67. Amicus alteri auctor est, ut iusiurandum, quo in somniis se obstrinxisset, non curet; suadet ei potius, ut experrectus veros pisces quaerat, ne fame pereat. — Sed hic quoque, quum singula velis accuratius examinare, vitia ac menda, quibus locus inquinatus est, te impediunt.

XXII.

Argumentum.

Hic hymnus in Dioscuros in duas partes descriptus est, quarum altera Pollucis (27 — 134.), Castoris altera praedicationem complectitur. Prooemio praemisso, quo laudes utrique eorum communes exponuntur — 26., nobilissimum Pollucis cum Amyco certamen describitur. Quum enim Argonautae ad Bebrycum oras appulissent, Castor et Pollux, aquam petitum euntes, in regione fontibus irriguâ Amycum inveniunt, qui, immenso corporis robore fretus, tum demum illis aquae hauriendae copiam fore ait, quum pugilatu ipsum superassent — 75. Conditione acceptâ convocatisque Bebrycibus et Argonautis, certamen committitur, in quo Pollux, quum iam verendum esset, ne adversarii opprimeretur robore, superior evadit — 130. Idem argumentum exornavit Apollon. Rhod. II. init. — In alterâ hymni parte Castoris cum Lynceo pugna enarratur. Nam quum Leucippi filiae a Dioscuris essent raptae, Idas et Lynceus, Apharei filii, quibus illae prius desponsatae fuerant, raptores ad Apharei tumulum assequuntur. Tum Lynceus, Dioscuris, ut puellas redderent, frustra persuadere conatus, Castorem ad pugnam provocat — 180. Castore annuente primum hastis, tum gladiis pugnant; qua in pugnâ Lynceus vulnere affectus, in patris tumulo, quo confugerat, ense transverberatur — 204. Iam Idas, fraternae caedis dolore correptus, cippum e tumulo evulsum in Castorem missurus Iovis fulmine percutitur — 213. Alios, qui eandem fabulam persequuti sunt, Heynius recenset ad Apollodor. II, 11, 2. F. I.

Diversa de hoc carmine eiusque auctore virorum doctorum exstant iudicia. Eichstadtius (de indole carm. Theocr. p. 45.) hunc hymnum e pluribus carminum particulis ab Alexandrino rhapsodo inepte consutum censet. Contra Dahlius Theocritum auctorem agnoscit, hoc carmen in iuvenili aetate a poetâ scriptum contendens, quam in-

genium eius nondum usu satis exercitatum in uberiores et luxuriantes rerum descriptiones evagaretur; idem vero Dahlius omnibus partibus id absolutum esse negat, suspicans nonnullos versus, quibus tres carminis partes (v. 1 — 26; 27 — 136; 137 usque ad finem) aptius connecterentur, temporis iniuriâ intercidisse. Reinholdus denique posteriorem carminis partem, qua Castoris cum Apharei filiis pugna describitur, priore longe inferiorem iudicat, utramque tamen Theocrito indignam habet. Adversus Reinholdum argumentis idoneis pugnavit Wissowa in Theocrito Theocriteo p. 43 sq. — Ex meo quidem iudicio carmen est Theocriteum, compositum a poetâ in iuvenili aetate, quanquam post alia carmina, quod, recte animadvertente Wissowa, patet ex vers. 214. *ἁμετέροις κλέος ὕμνοις Ἐσθλὸν ἀεὶ πέμποιτε.* Diversum quidem est in eo dicendi genus ab bucolicis carminibus, quod mirari noli. Propius enim ad epicam poesin hoc carmen accedit, ideoque servat etiam colorem, ut ita dicam, epicum. Doricae formae, si meliorum librorum fidem sequeris, exsulant, earumque loco communes frequentantur; id quod nec alios fugit, ut Valckenarium atque Brunckium. Rem satis apertam concoquere non potuerunt librarii; in Edit. Aldinâ legitur *κοινῇ Ἰάδι ἐγκωμιαστικόν*, in ceteris editt. *Δώριδι ἐγκωμιαστικὸν εἰδύλλιον.* De inscriptione ut ultimo loco dicam, rectius Schol. ad Aristoph. Plut. 210. hymnum nominat.

ΔΙΟΣΚΟΥΡΟΙ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ κβ'.

Ὑμνέομες Λήδας τε καὶ αἰγιόχω Διὸς υἱώ,
Κάστορα καὶ φοβερὸν Πολυδεύκεα πὺξ ἐρεθίζεν
Χεῖρας ἐπιζεύξαντα μέσας βοέοισιν ἱμᾶσιν.
Ὑμνέομες καὶ δὶς καὶ τὸ τρίτον ἄρσενα τέκνα
Κούρης Θεστιάδος, Λακεδαιμονίους δύ' ἀδελφούς,
Ἀνθρώπων σωτῆρας ἐπὶ ξυροῦ ἤδη ἐόντων,

Idyll. XXII. 2. Notus versus Homericus (Il. III, 237. Od. XI, 299.) *Κάστορα δ' ἱππόδαμον καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα.* Horat. Od. I, 26. puerosque Ledae, Hunc equis, illum superare pugnis nobilem.

5. *κούρης Θεστιάδος*] Leda Thestii, regis Aetoliae, filia erat. *κούρη Θεστιάς* dictum ut *Βερενίκεία θυγατήρ* Id. XV, 110., ubi vide annot.

6. *ἀνθρ. σωτ.*] Castoris et Pollucis erat hominibus, qui in mari

Ἵππων θ' αἱματόεντα ταρασσομένων καθ' ὅμιλον,
Ναῶν θ', αἳ δύνοντα καὶ οὐρανοῦ ἐξανιόντα
Ἄστρα βιαζόμεναι χαλεποῖς ἐνέκυρσαν ἀήταις.
Οἱ δὲ, σφέων κατὰ πρύμναν ἀείραντες μέγα κῦμα,
Ἠὲ καὶ ἐκ πρώραθεν, ἢ ὅππᾳ θυμὸς ἑκάστου,
Ἐς κοίλαν ἔῤῥιψαν, ἀνέῤῥηξαν δ' ἄρα τοίχους
Ἀμφοτέρους· κρέμαται δὲ σὺν ἱστίῳ ἄρμενα πάντα
Εἰκῆ ἀποκλασθέντα· πολὺς δ' ἐξ οὐρανοῦ ὄμβρος,
Νυκτὸς ἐφερπύσας· παταγεῖ δ' εὐρεῖα θάλασσα
Κοπτομένη πνοιαῖς τε καὶ ἀῤῥήκτοισι χαλάζαις.
Ἀλλ' ἔμπας ὑμεῖς γε καὶ ἐκ βυθοῦ ἕλκετε νᾶας

Idyll. XXII. 13. Comma post πάντα sustuli. εἰκῆ enim cum κρέμαται coniungendum.

15. Kiessl. ex coniecturâ dedit νυκτὸς ἐφερποίσας. Eum sequutus est Boisson. Recte fortasse, quod secundum vulgarem usum ῡ corripi debet in ἐφερπύσας.

periclitarentur, succurrere. Hymn. Homer. in Dioscur. 6. appellantur σωτῆρες ἐπιχθονίων ἀνθρώπων. V. Mitscherl. ad Horat. Od. I, 3, 2. — ἐπὶ ξυροῦ ἐόντων, qui in summo periculo versantur. Primus Homerus hac loquutione usus est Il. X, 173. νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς. De aliis, qui eandem usurparunt, vide Interpp. ad Sophocl. Antig. 996. Fr. Iacobs. Animadv. in Anthol. Gr. Tom. I. P. I. p. 225. Welcker. ad Theogn. 551. p. 109. Dictionis rationem bene aperuit Passov. in Lex. s. v. ξυρόν.

7. αἱματ. — καθ' ὅμ.] Pindar. Isthm. VIII, 54. στονόεντ' ὅμαδον.

9. ἄστρα βιαζ.] naves, quae prohibentibus astris i. e. intempestivo tempore mari committuntur. Sic apud Herodot. IX, 41., quem interpp. hic afferunt, τὰ σφάγια βιάζεσθαι, invitis sacris aliquid agere. Ad sidera, quorum ortus occasusve procellas efficere credebatur, pertinet arcturus, aquila, delphinus.

12. ἐς κοίλαν] sc. ναῦν. Cava navigii opponuntur hic tabulatis. Vid. Dorville ad Charit. p. 673. Undae enim, superatis foris ac tabulatis, in infimam adeo alvum penetrant. — τοίχους ἀμφ., utrumque latus, parietes navis utrimque surgentes. Homer. Il. XV, 382. ὥςτε μέγα κῦμα θαλάσσης εὐρυπόροιο Νηὸς ὑπὲρ τοίχων καταβήσεται, ὁππότ' ἐπείγῃ Ἲς ἀνέμου. Cf. Erfurdt. ad Soph. Philoctet. 1194. Seidler. ad Eurip. Troad. 117.

14. εἰκῆ κρέμαται] temere pendent, fracta nimirum et disrupta ventorum vi. — Sequentem locum ita intelligo: plurimus vero imber noctu de coelo delabitur, quod ex ipsâ naturâ desumptum. Saepe enim quum interdiu tempestas saeviit, coelumque atris nubibus obductum est, quiescente circa vesperam tempestate, noctu largi imbres decidunt. — Kiessl. edidit νυκτὸς ἐφερποίσας, quod vertit ingruente, nocte, cogitans de atrâ nocte interdiu per tempestatem incubante ponto. Sed etiamsi νυκτὸς ἐφέρποισας legas, nihil tamen de

Αὐτοῖσιν ναύταισιν ὀϊομένοις θανέεσθαι.
Αἶψα δ' ἀπολήγοντ' ἄνεμοι, λιπαρὰ δὲ γαλάνα
Ἀμ πέλαγος· νεφέλαι δὲ διέδραμον ἄλλυδις ἄλλαι·
Ἐκ δ' ἄρκτοι τ' ἐφάνησαν, ὄνων τ' ἀνὰ μέσσον ἀμαυρὴ
Φάτνη, σημαίνοισα τὰ πρὸς πλόον εὔδια πάντα.
Ὦ ἄμφω θνατοῖσι βοηθόοι, ὦ φίλοι ἄμφω,
Ἱππῆες, κιθαρισταί, ἀεθλητῆρες, ἀοιδοί.
Κάστορος, ἢ πρώτου Πολυδεύκεος ἄρξομ' ἀείδειν;
Ἀμφοτέρους ὑμνέων, Πολυδεύκεα πρῶτον ἀείσω.
Ἡ μὲν ἄρα προφυγοῦσα πέτρας εἰς ἓν ξυνιούσας
Ἀργὼ καὶ νιφόεντος ἀταρτηρὸν στόμα Πόντου,

17. Auctore **Reiskio** cum aliis scripsimus ὑμεῖς γε pro ὑμεῖς τε.

26. Vulgo ἀμφοτέρω. **Kiessl.** ex cod. Vat. ἀμφοτέρως; hinc nos ἀμφοτέρους, quod dorica forma ab hoc carmine aliena. Etiam v. 13. ἀμφοτέρους.

sensu mutatur; nihil aliud enim haec verba dicunt quam quod vulgo est νυκτὸς ἐπερχομένης. Duo nempe simul mala commemorantur, noctis tenebrae et pluviae vis.

16. ἀῤῥ. χαλ.] grando densa. **Hom.** Il. XX, 150. ἄῤῥηκτος νεφέλη Eustath. exponit πυκνοτάτη, quam non perrumpas.

17. **Horat.** Od. IV, 8, 32. clarum Tyndaridae sidus ab infimis Quassas eripiunt aequoribus rates.

19. ἀπολήγοντ'] i. e. ἀπολήγοντι. Ceterum secunda syllaba ob liquidam producitur.

21. Nostrum locum explicant **Plinii** verba (Histor. natur. XVIII, 35.): sunt in signo Cancri duae stellae parvae, *Aselli* appellatae, exiguum inter illas spatium obtinente nubeculâ [hodie dicunt stellarum compagem], quam *Praesepia* appellant. Cf. **Voss.** ad Virgil. Georg. p. 173. — Ceterum haec sidera prae aliis nominantur, quod ad ursos navigatio dirigitur; praesepia vero, quod obscurum est sidus, coelo vel tenui nebulâ obducto, non apparent.

24. Dioscuri etiam citharistae et cantores dicuntur. Dioscuris enim poeta tribuit laudes, quibus etiam alii heroes conspicui sunt. Tum adverte ordinem, quo haec posita sunt, admodum singularem. Primum ut artis equitandi periti laudantur Dioscuri, tum citharoedos vocat poeta, porro interponitur aliquid, quod ad corporis exercitationes pertinet, tandem, quod ultimo loco ponitur, iterum cantandi peritiam spectat. In qua epithetorum collocatione elegantiam quaesitam esse non dubito. Nam res, quae raro in hominibus coniunctae videntur, a poetâ non sine artificio iunguntur, unde maior virtutum Dioscurorum oritur admiratio.

25. ἄρξομ' ἀείδειν] infinitivus cum verbo ἄρχεσθαι recte coniunctus, quod cantus nondum incepit; mox enim ἀείσω. Vid. **Rost.** Gr. Gr. §. 129, 4. b. — De formâ ἀείσω cf. notata ad Id. II, 145.

27. ἡ μὲν ἄρα] epica particularum coniunctio. — πέτρ. εἰς ἓν ξυν., sunt insulae Cyaneae. —

Βέβρυκας εἰσαφίκανε, θεῶν φίλα τέκνα φέροισα·
Ἔνθα μιᾶς πολλοὶ κατὰ κλίμακος ἀμφοτέρων ἐξ
Τοίχων ἄνδρες ἔβαινον Ἰησονίης ἀπὸ νηός.
Ἐκβάντες δ' ἐπὶ θῖνα βαθὺν καὶ ὑπήνεμον ἀκτήν,
Εὐνάς τ' ἐστόρνυντο, πυρεῖά τε χερσὶν ἐνώμων.
Κάστωρ δ' αἰολόπωλος ὅ τ' οἰνωπὸς Πολυδεύκης,
Ἄμφω ἐρημάζεσκον ἀποπλαγχθέντες ἑταίρων.
Παντοίην δ' ἐν ὄρει θηεύμενοι ἄγριον ὕλην,
Εὗρον ἀέναον κράναν ὑπὸ λισσάδι πέτρῃ
Ὕδατι πεπληθυῖαν ἀκηράτῳ· αἱ δ' ὑπένερθεν

30. Kiessl. ad Hermanni regulam B.

Theocritus in regione terrae definiendâ ab Apollonio Rhodio aliisque, qui eandem rem tractaverunt, discedit. Ille enim Bebrycas terramque ab Amyco regnatam in Bithyniae litore ponit, quod Pontus Euxinus alluit, ultra Bosporum; alii vero rem actam esse tradunt in ipsâ Propontide citra Bosporum. Causa huius diversitatis quaerenda in eo, quod, quum populi, certâ sede nondum constitutâ, ab aliâ terrâ in aliam migrarent, cum populis ipsis terrarum quoque nomina saepius mutata sunt. Cf. annot. ad Id. XX, 34.

29. *Βέβρυκας*] media huius nominis syllaba ubique in hoc carmine corripitur; eadem producta in plurimis locis reperitur apud Apollon. Rhod., ac semel tantum apud hunc correpta II, 98. Cf. Spitzn. Prosod. §. 47, 3. not. 1.

30. *κλίμακος*] quam *ἀποβάθραν* etiam dicunt Graeci. — *ἐξ* positum, non *ἐκ*, quanquam consonans sequitur, quod in fine versus est. Etymol. M. p. 324, 21. *ἡ ἐξ πρόθεσις, ὅταν αὐτῇ σύμφωνον ἐπιφέρηται, τρέπει τὸ ξ εἰς κ. — ἔτι δεῖ προσθεῖναι, καὶ χωρὶς εἰ μὴ εὑρεθῇ ἐν τέλει στίχου· οἷον ὡς παρὰ Θεοκρίτῳ· Ἔνθα κ. τ. λ.* Sed quod Kiessl. cum Hermanno acuto accentu hanc voculam notat, id an recte fiat, nondum extra omnem dubitationem positum.

32. *ὑπήν. ἀκτήν*] litus vento non expositum. Cf. Erfurdt. ad Sophocl. Antig. 407.

33. *εὐνὰς ἐστ.*] cf. Id. XIII, 33. — *πυρεῖα*, ligna, alterum durius, alterum mollius, ex quibus, quum quam celerrime alterum in alterius foramine versaretur, ignem veteres extundebant, ut etiamnum elicere solent populi, qui ob utilissimarum artium ignorantiam plurimis vitae commoditatibus indigent. Cuius interest plura de hâc re congesta ex veteribus cognoscere, is legat Casaub. in Lectt. Theocr. Cap. XX.

34. *αἰολόπωλος*] i. q. *ταχύπωλος*. Sunt qui hoc adiectivum ad varium equorum colorem referunt. Sed hoc alienum. Dioscuris enim constanti usu albi equi tribuuntur: *λευκοπώλων Τυνδαριδᾶν γείτονες* Pind. Pyth. I, 127. *τὼ λευκοπώλω* audiunt Eurip. Herc. Fur. 29. *Διοσκοῦροι λευκόπωλοι* apud Pherecyd. p. 137. Ad nostram explicationem facit, quod Phryges apud Homer. Il. II, 185. *αἰολόπωλοι* vocantur, qui Il. X, 431. *ἱππόδαμοι* audiunt. Alibi quoque *αἰόλοι ἵπποι* sunt celeres equi.

Λάλλαι κρυστάλλῳ ἠδ' ἀργύρῳ ἰνδάλλοντο
Ἐκ βυθοῦ· ὑψηλαὶ δ' ἐπεφύκεσαν ἀγχόθι πεῦκαι
Λεῦκαί τε πλάτανοί τε καὶ ἀκρόκομοι κυπάρισσοι
Ἄνθεά τ' εὐώδη λασίαις φίλα ἔργα μελίσσαις,
Ὅσσ' ἔαρος λήγοντος ἐπιβρύει ἀν λειμῶνας.
Ἔνθα δ' ἀνὴρ ὑπέροπλος ἐνήμενος ἐνδιάασκε,
Δεινὸς ἰδεῖν, σκληραῖσι τεθλαγμένος οὔατα πυγμαῖς·
Στήθεα δ' ἐσφαίρωτο πελώρια, καὶ πλατὺ νῶτον
Σαρκὶ σιδαρείῃ, σφυρήλατος οἷα κολοσσός.
Ἐν δὲ μύες στερεοῖσι βραχίοσιν ἄκρον ὑπ' ὦμον

39. Vulgatum ἄλλαι ita egregie emendavit Ruhnken.

Vid. Wernicke ad Tryphiod. 330. Adde Buttmann. Lexil. Tom. II. p. 74. p. 76. — οἰνωπός, roseus; secus vertunt fuscus. Dictum puta de genis, primâ lanugine florentibus, quum roseis venit umbra genis, ut poetae verbis utar. Hinc γένυς οἰνωπός. Vid. Valcken. ad Adoniaz. p. 409. B. ad Eurip. Phoen. 1167. Wernicke ad Tryphiod. 521.

35. ἐρημάζεσκον] ibant soli. Alienum ab hoc loco, quod latinus interpres reddidit: in solitudine vagabantur.

37. ἀέννασν] vocalis, quae terminationem antecedit, producta est; quod quum analogiae repugnet, locum pro corrupto habet Hermannus ad Eurip. Ion. 117. Cf. Spitzn. Pros. §. 62, 1. not. 2. — ὑπὸ λισσ. πέτρ., sub rupe arduâ praeruptâque. Vid. Animadv. in Anthol. Tom. III. P. III. p. 639. Not. crit. ad Anthol. Palat. p. 681.

38. Lucian. Dial. Marin. III, 2. οἶδα οὐκ ἄμορφον τὴν Ἀρέθουσαν, ἀλλὰ διαυγής τέ ἐστι καὶ διὰ καθαροῦ ἀναβλύζει καὶ τὸ ὕδωρ ἐπιπρέπει ταῖς ψηφῖσι, ὅλον ὑπὲρ αὐτῶν φαινόμενον ἀργυροειδές.

42. Flores, per quos apes opus facientes vagantur, pulcre vocantur φίλα ἔργα μελίσσαις. Simili modo novae plantae apud Apollon. Rhod. III, 1406. ἀλωήων πόνος ἀνδρῶν dicuntur. Cf. annot. ad Id. XXI, 14. — Tum observa hiatum in φίλα ἔργα admissum nihil offensionis habere ob Homericum exemplum. Vid. Not. Crit. ad Anthol. Palat. Tom. III. p. 383.

45. τεθλαγμένος] rarior quidem forma in iis verbis, quae non consonantem habent ante terminationem, sed tamen exemplis satis firmata. Vid. Buttmann. Gr. ampl. §. 92. not. 6. p. 382. — σκληραῖσι πυγμαῖς, duri pugni dicuntur pugni duris caestibus induti. Virgil. Aen. IV, 478. duros libravit caestus. Quicquid pertinet ad caestus, durum vocatur, adeo vulnera caestu inflicta, ut Virgil. Aen. V, 436. duro crepitant sub vulnere malae. Kiessl. — De contusis pugilum auribus Fr. Iacobs. laudat Visconti ad Philostr. Her. p. 488, Boisson.

47. σαρκὶ σιδαρείῃ] Antipat. Epigr. XL. σιδαρέους ὤμους. Vid. Animadv. in Anthol. Tom. II. P. I. p. 45. Heliod. Tom. II. p. 304. Bip., de graviter armatis loquentem, σιδηροῦς τις ἀνὴρ φαινόμενος, ἢ καὶ σφυρήλατος ἀνδριὰς κινούμενος.

Ἔστασαν, ἠΰτε πέτροι ὀλοίτροχοι, οὕςτε κυλίνδων
Χειμάῤῥους ποταμὸς μεγάλαις περιέξεσε δίναις·
Αὐτὰρ ὑπὲρ νώτοιο καὶ αὐχένος ᾐωρεῖτο
Ἄκρων δέρμα λέοντος ἀφημμένον ἐκ ποδεώνων.
Τὸν πρότερος προςέειπεν ἀεθλοφόρος Πολυδεύκης.

ΠΟΛΥΔΕΥΚΗΣ.

Χαῖρε ξεῖν', ὅςτ' ἐσσί. τίνες βροτοί, ὧν ὅδε χῶρος;

ΑΜΥΚΟΣ.

Χαίρω πῶς, ὅτε γ' ἄνδρας ὁρῶ, τοὺς μήποτ' ὄπωπα;

ΠΟΛΥΔΕΥΚΗΣ.

Θάρσει· μήτ' ἀδίκους, μήτ' ἐξ ἀδίκων φάθι λεύσσειν.

ΑΜΥΚΟΣ.

Θαρσέω· κοὐκ ἐκ σοῦ με διδάσκεσθαι τόδ' ἔοικεν.

ΠΟΛΥΔΕΥΚΗΣ.

Ἄγριος εἶ, πρὸς πάντα παλίγκοτος, ἠδ' ὑπερόπτης.

ΑΜΥΚΟΣ.

Τοιόςδ' οἷον ὁρᾷς· τῆς σῆς γε μὲν οὐκ ἐπιβαίνω.

49. Ita correxit Valcken. Vulgo ἠΰτε πέτροι ὀλοοίτροχοι.

49. ἠΰτε] hac formâ antiquiores poetae semper usi sunt; recentiores formâ ηὔτε. Vid. Mehlhorn. Anthol. Lyr. p. 110. Cf. Buttmann. Lexilog. Tom. II. p. 236. — ὀλοίτροχοι de maioribus, quos torrens volvit, lapidibus positum esse contra antiquiorum scriptorum usum ostendit Buttmann. l. d. De scripturâ vocis luculentum exstat testimonium Schol. ad Homer. Il. V, 137. Cf. Wessel. ad Herodot. VIII, 52. p. 642. Valcken. ad eundem V. p. 419. Hunc locum imitatus est Christod. Ecphr. 237. — Sensus est: tori turgidi ita exstabant, ut te saxa videre credas, s. lapides undarum vi rotundatos et politos.

52. ἄκρων ... ἐκ ποδεώνων] propriâ vi hoc vocabulum extremitates pellis ovinae, qua pastores amiciebantur, significat, et quidem proprie pedes, quibus pellem sibi sub collo alligabant. Vid. Animadv. in Anthol. Tom. II. P. II. p. 40. Apte hîc comparant Claudian. Rapt. Pros. I, 16. simul procedit Iacchus....., quem Parthica velat Tigris, et auratos in nodum colligit ungues.

55. χαίρω πῶς;] respicitur ambigua vis verbi χαίρειν. Sic Eurip. Hecub. 426. Polyxena ad inferos abitura χαῖρ', ὦ τεκοῦσα, χαῖρε Κάσσανδρά τ' ἐμοί, ad quae Hecuba χαίρουσιν ἄλλοι, μητρὶ δ' οὐκ ἔστιν χαρά. Vid. Pflugk. ad Eur. locum et Fr. Iacobs. Animadv. in Anthol. Tom. III. P. II. p. 333.

56. φάθι] puta, existima, Homerico verbi usu, qui ad recentiores transiit.

59. τοιόςδ' οἷον ὁρᾷς] perpende quantâ rusticitate ita respondeat Amycus, ut, quum rudes ac truculenti mores ei obiiciantur, eos ne dissimulet quidem. Cf. Animadv. ad Anthol. Tom. III.

ΠΟΛΥΔΕΥΚΗΣ.
Ἔλθοις καὶ ξενίων γε τυχὼν πάλιν οἴκαδ' ἱκάνοις.
ΑΜΥΚΟΣ.
Μήτε σύ με ξείνιζε· τά τ' ἐξ ἐμεῦ οὐκ ἐν ἑτοίμῳ.
ΠΟΛΥΔΕΥΚΗΣ.
Δαιμόνι', οὐδ' ἂν τοῦδε πιεῖν ὕδατος σύ γε δοίης;
ΑΜΥΚΟΣ.
Γνώσεαι, εἴ σου δίψος ἀνειμένα χείλεα τέρσει.
ΠΟΛΥΔΕΥΚΗΣ.
Ἄργυρος, ἢ τίς ὁ μισθός, ἐρεῖς, ᾧ κέν σε πίθοιμεν;
ΑΜΥΚΟΣ.
Εἷς ἑνὶ χεῖρας ἄειρον ἐναντίος ἀνδρὶ καταστάς.
ΠΟΛΥΔΕΥΚΗΣ.
Πυγμάχος, ἢ καὶ ποσσὶ θένων σκέλος, ὄμματα δ' ὀρθά;
ΑΜΥΚΟΣ.
Πὺξ διατεινάμενος σφετέρης μὴ φείδεο τέχνης.

P. III. p. 120. Not. Crit. in Anthol. Pal. p. 848.

61. μήτε σύ με ξείνιζε] noli dicere te me hospitio excepturum esse. ξείνιζε hic dictum, ut κόμπαζε apud Aeschyl. Sept. 476. κόμπαζ' ἐπ' ἄλλῳ μηδέ μοι φθόνει λέγων. — τά τ' ... ἐν ἑτοίμῳ i. e. ἑτοῖμα. Exempla vide apud Hemsterh. ad h. l. p. 213. Gaisf. Loquitur Amycus de donis hospitalibus, quae parata esse negat.

63. τέρσει] activam verbi formam transitivo sensu usurpatam animadverte. Buttmann. Grammat. ampl. Tom. II. P. I. p. 235. τέρσει pro futuro tempore habendum esse suspicatur.

64. ἄργυρος] haec verba sic sunt accipienda: ἢ ἄργυρός ἐστιν ὁ μισθός, ἢ τίς ἄλλος; ἐρεῖς autem orationi interiectum, ut in similibus verbis solet fieri. F. I.

65. ἄειρον] Apollon. Rhod. II, 14. πρὶν χείρεσσιν ἐμῇσιν ἐὰς ἀνὰ χεῖρας ἀεῖραι. — Utroque loco χεῖρας ἀεῖραι cum dativo coniungitur, quod haec verba unam certandi notionem efficiunt. Plato comicus apud Priscian. p. 1185. Κλέωνι πόλεμον ἠράμην. Vid. Bernhardy Syntax. p. 99.

66. ποσσὶ θένων σκ.] i. e. ὑποσκελίζων, supplantans. — ὄμματα δ' ὀρθά. Subaudiendum θένων.

67. σφετέρης] vestrae artis. Pronominis σφέτερος usus apud poetas late patuit; huius vero usus antiquissimum exemplum praebet prooemium Operum Hesiodi, quam, ut vere dicam, insolentiam Alexandrini et notarunt et imitatione suâ probaverunt. Lege Wolf. Proleg. CCXLVIII., qui rem cum pulvisculo excussit. Buttmann. Lexil. Tom. I. p. 52. — Quod ad sensum attinet, velim non praetermittas Amycum, qui ante Pollucem non novisset, nunc tamen eius famae haud ignarum

ΠΟΛΥΔΕΥΚΗΣ.
Τίς γὰρ ὅτῳ χεῖρας καὶ ἐμοὺς συνερείσω ἱμάντας;
ΑΜΥΚΟΣ.
Ἐγγὺς ὁρᾷς· οὐ γύννις ἐὼν κεκλήσεθ' ὁ πύκτης.
ΠΟΛΥΔΕΥΚΗΣ.
Ἦ καὶ ἄεθλον ἑτοῖμον, ἐφ' ᾧ δηρισόμεθ' ἄμφω;
ΑΜΥΚΟΣ.
Σὸς μὲν ἐγώ, σὺ δ' ἐμὸς κεκλήσεαι, αἴκε κρατήσω.
ΠΟΛΥΔΕΥΚΗΣ.
Ὀρνίχων φοινικολόφων τοιοίδε κυδοιμοί.
ΑΜΥΚΟΣ.
Εἴτ' οὖν ὀρνίχεσσιν ἐοικότες εἴτε λέουσι
Γινόμεθ', οὐκ ἄλλῳ γε μαχεσσαίμεσθ' ἐπ' ἀέθλῳ.
Ἦ ῥ' Ἄμυκος, καὶ κόχλον ἑλὼν μυκάσατο κοῖλον.
Οἱ δὲ θοῶς συνάγερθεν ὑπὸ σκιερὰς πλατανίστως,
Κόχλω φυσαθέντος, ἀεὶ Βέβρυκες κομόωντες.

69. Nostra lectio ex cod. Vatic. desumpta est, quocum veteres editt. consentiunt. Reiskius coniecit: ἐγγύς· ὁρᾷς οὐ σύ μ'; Ἄμυκος κεκλήσεθ' ὁ πυκτής i. e. prope adest; non tu me vides? Amycus vocabitur pugil. Quam coniecturam plurimi recentt. sequuti sunt. Causam non exputo, cur bonam lectionem deserere maluerint editores. Boisson. sic edidit: ἐγγύς· ὁρᾷς; οὐ γ. etc.

fingi, quod pugilatum Pollucis artem dicat.

72. Comparatio cum gallis gallinaceis in eo versatur, quod is, qui victus fuerit, adversario de coitis imperio cedit, quandoque etiam ab eo haud secus ac gallina subigitur. Idem veteres de gallis perdicum narrant. F. I.

74. οὐκ ἄλλῳ γε μαχ.] haud alio praemio deposito certabimus ex meâ voluntate. Nudo optativo opinio significatur cum voluntatis quadam significatione, sed quae a conditione non pendi[t] Hermann. de part. ἄν. li[b]. 11238 sq. Tum quod a[d negat]ionem οὐκ attinet, cave ea[m] trahas ad optativum; pertinet ea ad ἄλλῳ. Vid. Matth. Gr. Gr. §. 608, 4. p. 1219. — Ceterum quod hic tradit Theocritus Pollucem ab Amyco in certamen fuisse provocatum, ex versu Epicharmi in Amyco apud Suid. s. v. κυδάζεται· Ἄμυκε μή κύδαζέ μοι τὸν πρεσβύτην ἀδελφόν, Fr. Iacobs. colligit Amycum alterum Tyndaridarum conviciis lacessivisse; tum vero hac re exasperatum Pollucem certamen cum eo suscepisse.

75. κόχλον] conchâ utitur tubae loco, cuius usus heroica tempora non attingit. Eurip. Iphig. in Taur. 292. κόχλους τε φυσῶν συλλέγων τ' ἐγχωρίους, et v. 295. πολλοὶ δ' ἐπληρώθημεν, ἐν μικρῷ χρόνῳ, ad quem locum vide quos afferunt interpp. Adde Welcker. ad Theogn. IV. p. 135. Lobeck. ad Soph. Aiac. 17. Wuest. — De κοῖλον dubites, epitheton sit, quod ad κόχλον pertineat, an adverbium, cum μυκήσατο coniungen-

Ὣς δ' αὔτως ἥρωας ἰὼν ἐκαλέσσατο πάντας
Μαγνήσσης ἀπὸ ναὸς ὑπείροχος ἐν δαῒ Κάστωρ.
Οἱ δ' ἐπεὶ οὖν σπείραισιν ἐκαρτύναντο βοείαις
Χεῖρας, καὶ περὶ γυῖα μακροὺς εἵλιξαν ἱμάντας,
Ἐς μέσσον σύναγον φόνον ἀλλάλοισι πνέοντες.
Ἔνθα πολύς σφισι μόχθος ἐπειγομένοισιν ἐτύχθη,
Ὁππότερος κατὰ νῶτα λάβῃ φάος ἠελίοιο·
Ἀλλ' ἰδρίῃ μέγαν ἄνδρα παρήλυθες, ὦ Πολύδευκες·
Βάλλετο δ' ἀκτίνεσσιν ἅπαν Ἀμύκοιο πρόσωπον.
Αὐτὰρ ὅγ' ἐν θυμῷ κεχολωμένος ἵετο πρόσσω,
Χερσὶ τιτυσκόμενος. τοῦ δ' ἄκρον τύψε γένειον
Τυνδαρίδης ἐπιόντος· ὀρίνθη δὲ πλέον ἢ πρίν,
Σὺν δὲ μάχαν ἐτίναξε, πολὺς δ' ἐπέκειτο νενευκὼς
Ἐς γαῖαν. Βέβρυκες δ' ἐπαΰτεον· ἐκ δ' ἑτέρωθεν
Ἥρωες κρατερὸν Πολυδεύκεα θαρσύνεσκον,
Δειδιότες, μή πώς μιν ἐπιβρίσας δαμάσειε

88. Gerhard. corrigit ἔτυψε, quo versus debilitaretur; similis enim redderetur illi Πηλεὺς δήν μοι ἔπειτα γυναῖκα γαμέσσεται αὐτός, quales versus, quum Graecis pessimi visi essent, Germanis quoque vitandos esse docuit Fr. Iacobs. in Praefat. ad Vol. II. Operum Miscellan.

dum. Hoc verius puto. Philostr. Vit. Apoll. III, 38. p. 128. παῖς — βαρὺ φθέγγεται καὶ κοῖλον ὥςπερ οἱ ἄνδρες. Lucian. Nero. c. 6. φθέγγεται δὲ κοῖλον μὲν φύσει καὶ βαρύ. F. I.

77. ἀεί] hoc adverb. cum κομόωντες coniunctum nescio quomodo languet.

79. Μαγνήσσης ἀπὸ ναός] Argo Magnesia appellatur, quod nonnulli tradunt in urbe Demetriâ, quae in Magnesiâ sita erat, eam aedificatam esse. Cf. Hygin. Astron. II, 37. Alii aliis in locis eam exstructam esse narrant.

81. περὶ γυῖα] intelligitur pars brachii ab extremâ manu usque ad carpum et ultra hunc pertinens, quippe quae in hoc pugnae genere loris constringebatur. Harles.

82. σύναγον] congrediebantur. συνάγειν τινί, cominus cum hoste congredi. Polyb. XI, 18, 4. Kiessl. — Sic συνάπτειν, διενεγκεῖν. συνάγειν in hunc significatum adhibitum paullo rarius reperitur. Vid. Bernhardy Syntax. p. 340.

83. Ab hoc artificio inprimis pendebat victoria in pugilatu, ut adversarius ita collocaretur, ut solis radii oculos praestringerent. Idem in luctâ obtinebat. Cf. Delect. Epigr. III, 47. p. 77.

90. σὺν δὲ μ. ἐτίν.] τινάσσειν μάχαν, i. e. pugnos quatiendo pugnam concitare, dictum, ut ταράσσειν πόλεμον, turbando commovere bellum. Alia vide apud Bernhardy Synt. p. 109. Eiusdem quidem generis, sed paullo audacius est, δαίνυσθαι τράπεζαν, quod Id. XIII, 38. habuimus.

Χώρῳ ἐνὶ στεινῷ Τιτυῷ ἐναλίγκιος ἀνήρ.
Ἤτοι ὅγ' ἔνθα καὶ ἔνθα παριστάμενος Διὸς υἱὸς
Ἀμφοτέραισιν ἄμυσσεν ἀμοιβαδίς· ἔσχεθε δ' ὁρμῆς
Παῖδα Ποσειδάωνος, ὑπερφίαλόν περ ἐόντα.
Ἔστη δὲ πλαγαῖς μεθύων, ἐκ δ' ἔπτυσεν αἷμα
Φοίνιον· οἱ δ' ἅμα πάντες ἀριστῆες κελάδησαν,
Ὡς ἴδον ἕλκεα λυγρὰ περὶ στόμα τε γναθμούς τε·
Ὄμματα δ' οἰδήσαντος ἀπεστείνωντο προσώπου.
Τὸν μὲν ἄναξ ἐτάραξεν ἐτώσια χερσὶ προδεικνὺς
Πάντοθεν· ἀλλ' ὅτε δή μιν ἀμηχανέοντ' ἐνόησε,
Μέσσας ῥινὸς ὕπερθε κατ' ὀφρύος ἤλασε πυγμήν·
Πᾶν δ' ἀπέσυρε μέτωπον ἐς ὀστέον. αὐτὰρ ὁ πλαγεὶς
Ὕπτιος ἐν φύλλοισι τεθαλόσιν ἐξετανύσθη.

112. Sic vulgatum *αἱ μὲν* correxit Reiskius, cuius emendationem receperunt recentt. omnes. Denuo vero in dubitationem vocat Meineke ad Bion. II, 7. ob elisam vocalem ante *οἱ*. Sed haec causa non satis idonea. Vid. notata ad Id. XV, 112.

94. *χώρῳ ἐνὶ στ.*] memineris ad rupem in silvâ (v. 87.) eos congressos esse, ubi ex propinquo fonte aquam haurire Pollucem non passus fuerat Amycus (v. 64.). — Amycus Tityo similis h. l. dicitur ob proceritatem corporis. Cf. Hom. Od. XI, 577. Eandem ob causam Amycus pro Typhoei aut Terrae filio haberi potuisse narratur ab Apollon. Rhod. II, 38.

97. *ὑπερφίαλον*] cf. Buttmann. Lexil. Tom. II. p. 214.

98. *πλαγαῖς μεθύων*] plagis ebrius, i. e. nutabundus. Homer. Od. XVIII, 240. Ἶρος Ἧσται, νευστάζων κεφαλῇ μεθύοντι ἐοικώς, Οὐδ' ὀρθὸς στῆναι δύναται ποσίν. Apulei. Lib. VIII. p. 237. miles *nutabundus* et tot plagarum dolore saucius. Cf. Not. Crit. ad Anthol. Pal. p. 517.

101. *ἀπεστείνωντο*] quo magis vultus intumescebat, tanto magis recedebant oculi. Rem ad ipsam naturae veritatem expressit poeta. — De totâ vero certaminis descriptione monendum hodie fortasse inventum iri quam plurimos, quibus molliore quodam sensu gaudentibus ea displicitura sit. Veteres contra, quorum oculi athletarum gladiatorumve spectaculis adsueti erant, ut haec certamina cum voluptate intuebantur, ita eorum descriptionem quoque lubenter legebant. Nec Anglos dubito, quorum oculi pugilum adspectu tam saepe pascuntur, talia in veteribus probare.

102. *προδεικνύς*] falsos ictus intentans. *προδεικνύναι* proprium est in palaestrâ et re militari vocabulum, quod de iis adhibetur, qui manuum gestu, armorum motu, aliis rebus, pugnam praeparant. Alia est ratio loci apud Sophocl. Oed. R. 457., quem cum Theocriteo comparat Erfurdt.

105. *ἀπέσυρε μέτωπον*] Amycus apud Apollon. Rhod. II, 16. πυγμαχίῃ στήσασθε καταυτόθι δηρινθῆναι, quam sortem nunc ipse expertus dicitur.

110. *ἀεικέσι πλαγαῖς*] ex Homero, Il. II, 264. *αὐτὸν* ...

Ἔνθα μάχη δριμεῖα πάλιν γένετ' ὀρθωθέντος·
Ἀλλάλους δ' ὄλεκον στερεοῖς θείνοντες ἱμᾶσιν.
Ἀλλ' ὁ μὲν ἐς στῆθός τε καὶ ἔξω χεῖρας ἐνώμα
Αὐχένος ἀρχαγὸς Βεβρύκων· ὁ δ' ἀεικέσι πλαγαῖς
Πᾶν συνέφυρε πρόσωπον ἀνίκατος Πολυδεύκης.
Σάρκες δ' οἱ μὲν ἱδρῶτι συνίζανον, ἐκ μεγάλου δὲ
Αἶψ' ὀλίγος γένετ' ἀνδρός· ὁ δ' αἰεὶ μάσσονα γυῖα
Ἁπτόμενος φορέεσκε πόνου, χροιῇ δ' ἔτ' ἀμείνω.
Πῶς γὰρ δὴ Διὸς υἱὸς ἀδηφάγον ἄνδρα καθεῖλεν,
Εἰπὲ θεά, σὺ γὰρ οἶσθας· ἐγὼ δ' ἑτέρων ὑποφήτης
Φθέγξομαι ὅσσ' ἐθέλεις σύ, καὶ ὅππως τοι φίλον αὐτᾷ.
Ἤτοι ὅγε ῥέξαι τι λιλαιόμενος μέγα ἔργον
Σκαιῇ μὲν σκαιὴν Πολυδεύκεος ἔλλαβε χεῖρα,

116. Vulgo οἶσθα. **Meinek.** scripsit οἶσθας, ad Menandr. a se editum provocans p. 122. Retinui hoc, quanquam solus hiatus in οἶσθα ἐγώ non in caussâ est, ut locum mutatum velis. De hoc dixit **Fr. Iacobs.** Animadv. ad Anthol. Palat. Tom. III. p. XXVI.

ἀφήσω Πεπληγὼς ἀγορῆθεν ἀεικέσσι πληγῇσιν.

111. *συνέφυρε πρόσωπον.* Cf. Anthol. Pal. XI, 77, 78.

113. *ὀλίγος*] pro μικρός positum. Cf. annotat. ad Id. I, 47. — Verbum adiiciam de sententiâ. Tradit poeta Amycum, certamine fere finito, minorem visum esse, Pollucem vero maiorem. Hoc non auctum est in nimium. Nam quibus membra in gravi aliquo opere fatigantur, iis corpus quasi contrahi et in arctius cogi videtur; contra qui integras vires servant in opere faciendo, iis artus in ipso labore succrescunt.

115. *ἀδηφάγον*] ἀδηφάγος cum contemtu appellari videtur Amycus, ut athleta γνάθου τε δοῦλος νηδύος θ' ἡσσημένος, ut est apud **Eurip.** in Autolyco fragm. III., quae verba laudans **Athen.** X. p. 413. C. vocabulo ἀδηφάγος utitur de athletâ. F. I. — Cf. de hac voce **Buttmann.** Lexil. Tom. II. p 133.

116. *ἑτέρων ὑπ.*] poetae quae canunt hominibus a diis se accepisse fingunt. **Callim.** H. in Dian. 186. εἰπὲ θεά, σὺ μὲν ἄμμιν, ἐγὼ δ' ἑτέροισιν ἀείσω. Cf. notata ad Id. XVI, 29. Sed ob hunc Callimachi locum hic non scribendum est ἑτέροις. Genitivus, ut iam **Kiessl.** animadvertit, de sententiâ nihil mutat.

119 — 125. Pugnae rationem hanc tibi cogita fuisse: Amycus pugnam uno quasi ictu confecturus sinistram Pollucis manum sinistrâ suâ apprehendit eamque comprehensam tenet, ut Pollux impediatur, quominus ictum, quem Amycus dextrâ inflicturus est, avertere possit. In eundem finem Amycus de gradu suo (ἀπὸ προβολῆς) paullum in dextram declinat; quo magis enim in dextram corpus promovet, tanto minus Pollux suâ dextrâ valet. Iam manum compressam tollit Amycus, ut a laevo latere pugno incurset in caput adversarii, quod nudum erat; sed antequam pugnum impingeret, Pollux, capite demisso, sub laevo

Δοχμὸς ἀπὸ προβολῆς κλινθείς· ἑτέρᾳ δ' ἐπιβαίνων
Δεξιτερῆς ἤνεγκεν ἀπαὶ λαγόνος πλατὺ γυῖον.
Καί κε τυχὼν ἔβλαψεν Ἀμυκλαίων βασιλῆα·
Ἀλλ' ὅγ' ὑπεξανέδυ κεφαλῇ· στιβαρᾷ δ' ἄρα χειρὶ
Πλᾶξεν ὑπὸ σκαιὸν κρόταφον καὶ ἐπέμπεσεν ὤμῳ·
Ἐκ δ' ἐχύθη μέλαν αἷμα θοῶς κροτάφοιο χανόντος·
Λαιῇ δὲ στόμα τύψε, πυκνοὶ δ' ἀράβησαν ὀδόντες·
Αἰεὶ δ' ὀξυτέρῳ πιτύλῳ δαλεῖτο πρόσωπον,
Μέχρι συνηλοίησε παρήϊα· πᾶς δ' ἐπὶ γαῖαν
Κεῖτ' ἀλλοφρονέων καὶ ἀνέσχεθε νῖκος ἀπαυδῶν
Ἀμφοτέρας ἅμα χεῖρας, ἐπεὶ θανάτου σχεδὸν ἦεν.
Τὸν μὲν ἄρα κρατέων περ ἀτάσθαλον οὐδὲν ἔρεξας,

120. Alii aliter hunc locum tentant. Toupius *ἑτέρῳ* sc. *ποδί*, quod explicat sinistro pede innitens. Kiessl. legi vult *ἑτέραν ἐπιβαίνων*, ad quod *πλατὺ γυῖον* per appositionem referatur. Id quidem mihi cum Fr. Iacobs. persuasum est, haec verba vitium aliquod traxisse.

122. Totum hunc versum suspectum esse, quem plurimi codd. omittunt et primus Stephanus exhibuit, Fr. Iacobs. quoque iudicat.

Amyci brachio emergit, quo symplegma dissolvitur. Eodem temporis momento Pollux in Amyci laevum tempus, quod suo artificio nudum fecerat, pugnum intendit atque omni qua potest vi et gravitate sinistrum humerum adversarii, dolo elusi, percutit. Simul sinistrâ manu pugnum in os impingit tantâ vehementiâ, ut Amycus sui non compos in humum procumbat.

119. *ἔλλαβε*] apprehendit, quod ita diversum ab *ἐδέξατο*, ut hoc esset: Pollucis manum, qui ictum ei intentabat, Amycus excepit; alterum significat Amycum ultro petiisse adversarium.

120. *ἀπὸ προβολῆς*] intellige de gradu pugilis, quum in procinctu stat. — *ἑτέρᾳ*, ab alterâ parte, a dextro latere.

121. *ἀπαὶ λαγόνος*] usitatiorem esse pluralem numerum observat Hermann. ad Eurip. Hec. 555. — Ob sequentem liquidam pro *ἀπαί* commode possit *ἀπό* locum obtinere. Illam tamen formam nolim propterea in dubitationem vocare, quod fecit Buttm. Gr. ampl. §. 117. p. 296. — *πλατὺ γυῖον*, i. e. *χεῖρα βαρεῖαν*.

123. *ἀλλ' ὅγ' ὑπ.*] at hic subter ictum capite elapsus emersit. Kiessl.

127. *δαλεῖτο*] laedebat, a *δηλεῖσθαι*. Vid. annot. ad Id. V, 27.

128. *ἐπὶ γαῖαν ... κεῖτ'*] insolentius quidem dictum hac iuncturâ. Sed poetam iustos emendati sermonis terminos egressum esse, quod statuit Bernhardy Syntax. p. 251., equidem non crediderim.

130. *ἀμφ. χεῖρας*] athleta, qui manus levaret, pro victo se confitebatur.

137. Causam huius pugnae alii aliunde repetunt; rem quoque diversis modis gestam narrant. Con-

Ὦ πύκτα Πολύδευκες· ὄμοσσε δέ τοι μέγαν ὅρκον,
Ὃν πατέρ' ἐκ πόντοιο Ποσειδάωνα κικλήσκων,
Μήποτ' ἔτι ξείνοισιν ἑκὼν ἀνιηρὸς ἔσεσθαι.
Καὶ σὺ μὲν ὕμνησαί μοι ἄναξ. σὲ δέ, Κάστορ, ἀείσω,
Τυνδαρίδα, ταχύπωλε, δορυσσόε, χαλκεοθώραξ.

Τὼ μὲν ἀναρπάξαντε δύω φερέτην Διὸς υἱὼ
Δοιὰς Λευκίπποιο κόρας· δοιὼ δ' ἄρα τώγε
Ἐσσυμένως ἐδίωκον ἀδελφεώ, υἷ' Ἀφαρῆος,
Γαμβρὼ μελλογάμω, Λυγκεὺς καὶ ὁ καρτερὸς Ἴδας.
Ἀλλ' ὅτε τύμβον ἵκανον ἀποφθιμένου Ἀφαρῆος,
Ἐκ δίφρων ἅμα πάντες ἐπ' ἀλλάλοισιν ὄρουσαν
Ἔγχεσι καὶ κοίλοισι βαρυνόμενοι σακέεσσι.

123. Codd. et editt. vett. κεφαλήν. Tum pro ἄρα unus cod. ἅμα, quod excudi curavit Boisson.

126. Aldina et codd. nonnulli ἄλλο δὲ στόμα, quod recepturus fuisset Boisson., ni metro timuisset.

129. Codd. νεῖκος, in duobus supra scriptum νῖκος.

fer fuerit subtiliter de hac fabulâ disputantem Dissen. ad Pindar. Nem. X. p. 472. Filiae Leucippi, quae raptae perhibentur, nominantur Ilaira et Phoebe. — Ante versum 137. nonnulla excidisse suspicatur Reiske; vix credibile enim esse poetam sine ullâ praefatione mediam rei gestae enarrationem aggredi. At haec ipsa est hymnorum ratio, et simili modo v. 27. unum Pollucis factum poeta sibi sumit celebrandum, nihil praemittens, quo transitum sibi pararet. Nihil igitur causae est, cur de huius loci integritate dubites.

141. τύμβον Ἀφαρῆος] aliud Apharei monumentum memoratur Pausaniae (III, 11, 8.), qui id in ipso Spartae foro ponit. Duo eiusdem viri sepulcra diversis locis memorari docet Siebelis. ad Paus. l. d. exemplo Epimenidis. — Mortuorum vero monumenta a veteribus nominari ad locorum intervalla designanda satis constat. Cf. notata ad Id. VII, 10. — Locus, qui sequitur, paullo obscurior est, quod Theocritus diversam plane ab aliis scriptoribus tenet fabulae rationem. Equidem ita statuo: Dioscuri cum Apharetidis praedam egerant ex Arcadiâ, in qua distribuendâ iam exorta erat lis inter eos. Sed Dioscuri quae fraude sibi detracta existimarent armenta recuperarunt, et praeter sua etiam Apharetidarum armenta compulerunt. Cum his secundum Theocritum in Messeniam ad Leucippum videntur pervenisse, et hunc, quem datis his armentis (v. 150.) corrupissent, adduxerunt eo, ut filias, Apharetidis iam desponsatas, sibi concederet abducendas (v. 151. ἄνδρα παρετρέψασθε γάμον δ' ἐκλέψατε δώροις). Apharetidae, qui amborum fratrum iam diu praesenserant fraudem, frustra eos, ut conatu absisterent, rogaverant (v. 152.). Rapuerant filias Dioscuri; eos vero insequuti Apharetidae ad patris sepulcrum consequuti sunt.

Λυγκεὺς δ' αὖ μετέειπεν ὑπὲκ κόρυθος μέγ' ἀΰσας·
Δαιμόνιοι, τί μάχης ἱμείρετε; πῶς δ' ἐπὶ νύμφαις
Ἀλλοτρίαις χαλεποί, γυμναὶ δ' ἐν χερσὶ μάχαιραι;
Ἀμῖν τοι Λεύκιππος ἑὰς ἕδνωσε θύγατρας
Τάσδε πολὺ προτέροις· ἀμῖν γάμος οὗτος ἐν ὅρκῳ.
Ὑμεῖς δ' οὐ κατὰ κόσμον ἐπ' ἀλλοτρίοις λεχέεσσι
Βουσὶ καὶ ἡμιόνοισι καὶ ἀλλοτρίοις κτεάτεσσιν
Ἄνδρα παρετρέψασθε, γάμον δ' ἐκλέψατε δώροις.
Ἦ μὰν πολλάκις ὔμμιν ἐνώπιος ἀμφοτέροισιν
Αὐτὸς ἐγὼ τάδ' ἔειπα, καὶ οὐ πολύμυθος ἐών περ·
Οὐχ οὕτω, φίλοι ἄνδρες, ἀριστήεσσιν ἔοικε
Μναστεύειν ἀλόχους, αἷς νυμφίοι ἤδη ἑτοῖμοι.

146. Boisson. ex coniecturâ γυμναί τ'.

153. Cod. Vat., aliquot editt. στὰς εἶπα, quod recepit Boisson.

162. Correxit Brunckius βούλοιντό κε. Vulgo γε. Brunckii emendatio verissima est. Vid. Hermann. praef. ad Soph. Aiac. p. XXIII. Reisig. de part. ἄν. p. 128.

146. χαλεποί] infesti ob sponsas alienas.

148. πολὺ προτέροις] prius quam vos patrem donis corruptum flecteretis.

149. ἐπ' ἀλλ. λ.] in eum finem, ut alienas nuptias consequamini.

150. A sensu huius loci prorsus aberraverunt interpretes, qui hos dativos a praegressâ praepositione ἐπί pendere arbitrati sunt. Imo pertinet ad παρετρέψασθε, ut postea δώροις ἐκλέψατε. Quum dona multo maiora Dioscuri obtulissent patri quam Apharetidae, illius animum ita flexerunt, ut eo certe non invito filias secum abduxerint. Boves et muli haud raro commemorantur inter dona, quae patri pro filiâ dabantur. — ἀλλοτρ. κτεάτ., opibus, quas furto aliis abstulistis, quod has ipsas ante rapuerant. καί valet insuper. — In hoc igitur Theocritus plane recedit ab aliis, quod Leucippum ipsum Dioscuris filias collocasse tradit. Cuius rei causa quaenam fuerit, haud obscurum est. Etenim poeta, qui hanc rem in hymno tractare vellet, haud aliam poterat rationem inire quam ut omnem culpam a diis, quos celebraturus esset, amoliretur.

151. γάμον] nuptias dicit, quam proprie collocationem filiarum dicere debebat.

153. ἔειπα] rarior aoristi forma, qua Homerum atque Herodotum usos esse constat. V. Matth. Gr. §. 193. not. 7.

156—158. Enumerantur omnes Peloponnesi partes. — ἱππ. Ἆλις, Elis equis suis insignis. Hic inprimis cogita de Oenomai equis. — Ἀρκ. εὔμαλος. Pindar. Olymp. VI, 169, ubi Stymphalin ματέρ' εὐμάλοιο Ἀρκαδίας appellat. — Ἀχ. πτολίεθρα. Dioscurorum temporibus Achaei maximam Peloponnesi partem adhuc tenebant; sed arctiores hic in mente habuisse videtur poeta fines, quibus postea haec regio circumscripta est, ad sinum Corinthiacum sita. Transtulit igitur ad antiquiora tempora ea, quae nonnisi

Πολλά τοι Σπάρτα, πολλὰ δ' ἱππήλατος Ἆλις
Ἀρκαδία τ' εὔμαλος Ἀχαιῶν τε πτολίεθρα,
Μεσσάνα τε καὶ Ἄργος ἅπασά τε Σισυφὶς ἀκτά·
Ἔνθα κόραι τοκέεσσιν ὑπὸ σφετέροισι τρέφονται
Μυρίαι, οὔτε φυῆς ἐπιδευέες οὔτε νόοιο,
Τάων εὐμαρὲς ὔμμιν ὀπυίειν ἅς κ' ἐθέλητε·
Ὡς ἀγαθοῖς πολέες βούλοιντό κε πενθεροὶ εἶναι·
Υ̓́μμες δ' ἐν πάντεσσι διάκριτοι ἡρώεσσι,
Καὶ πατέρες, καὶ ἄνωθεν ἅπαν ματρώϊον αἷμα.
Ἀλλά, φίλοι, τοῦτον μὲν ἐάσατε πρὸς τέλος ἐλθεῖν
Νῶϊ γάμον· σφῷν δ' ἄλλον ἐπιφραζώμεθα πάντες.
Ἴσκον τοιάδε πολλά· τὰ δ' εἰς ὑγρὸν ᾤχετο κῦμα

164. Brunckius, quem alii sequuti sunt, ex codd. edidit *ματρ. αἷμα*. Libri fere omnes *πατρώϊον αἷμα*. Secus. Vid. annot.

165. Schaefer. suspicatur legendum *τούτου μὲν ἐάσατε πρὸς τέλος ἐλθεῖν Νῶϊ γάμου*. Sic scripsit Boisson. Cf. annot.

de suis valerent. — *Σισ. ἀκτά*, isthmus Corinthi, qui olim ab Ephyraeis nominabatur.

159. *τοκ. ὑπὸ σφ. τρέφ.*] Homerica est loquutio. Il. V, 555. *οἵω τώγε λέοντε .... ἐτραφέτην ὑπὸ μητρί.* Lucian. Somn. c. 12. *Σωκράτης ὑπὸ τῇ ἑρμογλυφικῇ τραφείς.* Frequens eadem apud seriores. F. I.

160. *οὔτε φυῆς ... οὔτε νόοιο*] *φυήν* ad pulcritudinem et gratiam formae, qua conspicuae sunt puellae, refer; *νόον* cerni puta in conficiendorum operum muliebrium arte ac peritiâ. Sic Hippodamia (Hom. Il. XIII, 431.) in deliciis parentum fuisse dicitur, quod *πᾶσαν ὁμηλικίην ἐκέκαστο Κάλλεϊ καὶ ἔργοισιν ἰδὲ φρεσίν.* Wuest. — Respexit poeta locum Il. I, 114. *ἐπεὶ οὔ ἑθέν ἐστι χερείων, Οὐ δέμας; οὔτε φυὴν οὔτ' ἂρ φρένας οὔτε τι ἔργα.* F. I.

162. *ἐθέλητε ... βούλοιντο*] vides horum verborum discrimen, quod Buttmannus (Lexilog.) in Homero demonstravit, ad alios etiam scriptores pertinere. Cf. Nitzsch. ad Plat. Ion. p. 83.

164. *καὶ πατέρες*] parentes, patrem et matrem intellige, quo sensu *πατέρες* et patres poni constat. — *ἅπαν ματρ. αἷμα*, totam maternam stirpem insignem esse recte in Dioscurorum laudes adiicit poeta, postquam de parentibus dixerat. De reliquâ enim paternâ stirpe ridiculum fuerat quicquam addere, quod in Iove ea finitur; ex quo apparet *ἅπαν* unice veram lectionem esse.

165. *πρὸς τέλος ἐλθεῖν*] i. e. matrimonium promissum et paratum ad finem perducere. Hanc loquutionem ne confundas cum loquutione periphrasticâ de sacris matrimonii usurpatâ *τέλος γάμου.* F. I.

167. *ἴσκον τοιάδε πολλά*] haec fere et alia hujus generis multa dicebam. Hic significatus verbi *ἴσκειν*, ex perversâ Homericorum locorum interpretatione ortus, passim obvius est in poetarum Alexandrinorum operibus. Vid. Buttmann. Lexilog. II, 84. — *πολλά* non pro *πολλάκις* positum.

167. *εἰς ὑγρὸν ᾤχετο κῦμα*] loquendi forma apud poetas valde

Πνοιῇ ἔχοισ' ἀνέμοιο· χάρις δ' οὐχ ἕσπετο μύθοις.
Σφὼ γὰρ ἀκηλήτω καὶ ἀπηνέες. ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν
Πείθεσθ'· ἄμφω δ' ἄμμιν ἀνεψιὼ ἐκ πατρὸς ἐστόν.
Εἰ δ' ὑμῖν κραδία πόλεμον ποθεῖ, αἵματι δὲ χρὴ
Νεῖκος ἀναῤῥήξαντας ὁμοίιον ἔχθεα λῦσαι,
Ἴδας μὲν καὶ ὅμαιμος ἑὸς κρατερὸς Πολυδεύκης
Χεῖρας ἐρωήσουσιν ἀποσχομένω ὑσμίνης·
Νῶϊ δ' ἐγὼ Κάστωρ τε διακρινώμεθ' Ἄρηϊ,
Ὁπλοτέρω γεγαῶτε. γονεῦσι δὲ μὴ πολὺ πένθος
Ἀμετέροισι λίπωμεν· ἅλις νέκυς ἐξ ἑνὸς οἴκου
Εἷς· ἀτὰρ ὧλλοι πάντας ἐϋφρανέουσιν ἑταίρους,
Νυμφίοι ἀντὶ νεκρῶν, ὑμεναιώσουσι δὲ κούρας
Τάσδ'· ὀλίγῳ τοι ἔοικε κακῷ μέγα νεῖκος ἀναιρεῖν.
Εἶπε· τὰ δ' οὐκ ἄρ' ἔμελλε θεὸς μεταμώνια θήσειν.
Τὼ μὲν γὰρ ποτὶ γαῖαν ἀπ' ὤμων τεύχε' ἔθεντο,
Τοὶ γενεᾷ προφέρεσκον· ὁ δ' εἰς μέσον ἤλυθε Λυγκεύς,
Σείων καρτερὸν ἔγχος ὑπ' ἀσπίδος ἄντυγα πρώταν·

168. ᾤχετο ... ἔχοισα] fuit hoc nonnullis offensioni. Vid. Fr. Iacobs. in Not. Crit. ad Anthol. Pal. p. 334.

172. Libri fere omnes ἔγχεα λοῦσαι, idque repraesentat Boisson.

173. ἑός] sumptum est ex coniecturâ Is. Vossii. Codd. ἐμός.

178. πάντας] βάντες est Briggsii coniectura.

180. Non male, iudice etiam Fr. Iacobs., Reiskius tentabat κούρας· Τῶσδ' (i. e. οὕτως) ὀλίγῳ.

185. Ita cod. Flor. et edit. Flor. Vulgatum ὣς δ' αὔτως Κάστωρ ... Καρτερός servavit Kiessl., in quo vel illud displicet, quod καρτερός ita positum languet. Alia ratio est quum dicitur κρατερὸς Πολυδεύκης v. 92, 173.

usitata, qua res, quae ad irritum cadunt, ventis dari dicuntur. Pindar. Pyth. VI, 10. de thesauro hymnorum τὸν οὔτ' ἄνεμος ἐς μυχοὺς ἁλὸς ἄξει. Multa ex veteribus collegerunt exempla Mitscherl. ad Horat. Od. I, 26, 2. Fr. Iacobs. Animadv. in Anthol. Tom. III. P. I. p. 237.

170. ἀνεψιώ] fratres patrueles; mox v. 173. ὅμαιμοι appellantur. Nam Aphareus et Tyndareus fratres erant ex communi matre Gorgophone, Persei filiâ, ille ex patre Periere, hic ex Oebalo, cui post mortuum Perierem Gorgophone nupserat. — Ceterum poeta orationis variandae causâ Dioscuros modo Iovis filios, modo Tyndaridos dicit. Cf. v. I, 95. 115. cum v. 59, 136. etc.

172. νεῖκος ἀναῤῥήξ.] ἀναῤῥῆξαι aperiendi significatione est in fr. Pindari: πρὸς ἅπαντας ἀναῤῥῆξαι τὸν ἀρχαῖον λόγον. Quare haec verba νεῖκος ἀν. ὁμοίιον ita accipere licet, ut actionis initium declarent (simultatem, quae in manifestas erupit inimicitias), finis autem eius et exitus declaretur verbis αἵματι ἔχθεα λῦσαι. F. I.

Ὡς δ' αὔτως ἄκρας ἐτινάξατο δούρατος ἀκμὰς
Κάστωρ· ἀμφοτέροις δὲ λόφων ἐπένευον ἔθειραι.
Ἔγχεσι μὲν πράτιστα τιτυσκόμενοι πόνον εἶχον
Ἀλλάλων, εἴπου τι χροὸς γυμνωθὲν ἴδοιεν.
Ἀλλ' ἤτοι τὰ μὲν ἄκρα, πάρος τινὰ δηλήσασθαι,
Δοῦρ' ἐάγη, σακέεσσιν ἐν ἰτεΐνοισι παγέντα.
Τὼ δ' ἄορ' ἐκ κολεοῖιν ἐρυσσαμένω φόνον αὖθις
Τεῦχον ἐπ' ἀλλάλοισι· μάχης δ' οὐ γίνετ' ἐρωή.
Πολλὰ μὲν εἰς σάκος εὐρὺ καὶ ἱππόκομον τρυφάλειαν
Κάστωρ, πολλὰ δ' ἔνυξεν ἀκριβὴς ὄμμασι Λυγκεὺς
Τοῖο σάκος, φοίνικα δ' ὅσον λόφον ἵκετ' ἀκωκή.
Τοῦ μὲν ἄκραν ἐκόλουσεν ἐπὶ σκαιὸν γόνυ χεῖρα
Φάσγανον ὀξὺ φέροντος ὑπεξαναβὰς ποδὶ Κάστωρ
Σκαιῷ· ὁ δὲ πλαγεὶς ξίφος ἔκβαλεν, αἶψα δὲ φεύγειν
Ὡρμάθη ποτὶ σᾶμα πατρός, τόθι καρτερὸς Ἴδας
Κεκλιμένος θαεῖτο μάχην ἐμφύλιον ἀνδρῶν.
Ἀλλὰ μεταΐξας πλατὺ φάσγανον ὦσε διαπρὸ

187. Locum distinximus ad mentem Schaeferi. Vulgo post *πόνον εἶχον* interpungitur.

190. Felix utique est inventum Reiskii *ἐν ἰτεΐνοισι παγέντα*, ut Id. XVI, 79., quod velim cum Boisson. confirmetur codicis cuiusdam auctoritate. Vulgo legitur *ἐνὶ δεινοῖσι*.

191. Singularem *ἐκ κολεοῖο* ex aliquot libris et editt. revocavit Boisson.

199. *τόθι*] hanc formam, quam omnes codd. tuentur, obliterare nolui, licet metri causâ non sit necessaria. Meineke cum Brunck. *ὅθι*. Sic quoque Id. XXIV, 28. Epigr. IV, 1. Vid. Spitzner. de versu her. p. 52. Buttmann. Gr. ampl. §. 116, 9. not. 12. p. 278. Passov. in Lex.

178. *ὦλλοι*] qui superstites sunt ex pugnâ.

181. *μετ. θήσειν*] iuxta Homericum Il. III, 363. *τὰ δὲ πάντα θεοὶ μεταμώνια θεῖεν.*

187. *πόνον εἶχον*] cf. notata ad Id. VII, 139. — Ceterum cum hoc certamine confer certamen filiorum Oedipodis apud Eurip. Phoen. 1391. sqq.

190. *ἐάγη*] media syllaba correpta, quae ex certo usu Homerico producenda erat. Vid. Buttmann. Gr. ampl. Tom. II. P. I. p. 63.

194. *ἀκριβὴς ὄμμασι*] Pindar. Nem. X, 116. *κείνου γὰρ ἐπιχθονίων πάντων γένετ' ὀξύτατον ὄμμα.* Cf. Dissen. Explicat. ad Pindar. p. 474.

195. *ὅσον*] tantum, nur; vid. not. ad Id. I, 45.

196. Verba sic construenda: *φέροντος φάσγανον ἐπὶ σκαιὸν γόνυ.* Lynceus gladium inferne ferebat, haud quidem ut Castoris ictum averteret, sed ut huius genu sinistrum feriret; at hic praevertens et pede sinistro recedens dextram illi manum, qua gladium tenebat, abstulit. Kiessl.

200. *μάχην ἐμφύλιον ἀνδρῶν*] dictum pro *μάχην ἐμφυλίων*

Τυνδαρίδας λαγόνος τε καὶ ὀμφαλοῦ· ἔγκατα δ' εἴσω
Χαλκὸς ἄφαρ διέχευεν· ὁ δ' εἰς χθόνα κεῖτο νενευκὼς
Λυγκεὺς, κὰδ δ' ἄρα οἱ βλεφάρων βαρὺς ἔδραμεν ὕπνος.
Οὐ μὰν οὐδὲ τὸν ἄλλον ἐφ' ἑστίῃ εἶδε πατρῴῃ
Παίδων Λαοκόωσα φίλον γάμον ἐκτελέσαντα.
Ἦ γὰρ ὅγε στάλαν Ἀφαρήιον ἐξανέχουσαν
Τύμβῳ ἀναῤῥήξας ταχέως Μεσσάνιος Ἴδας
Μέλλε κασιγνήτοιο βαλεῖν σφετέροιο φονῆα·
Ἀλλὰ Ζεὺς ἐπάμυνε, χερῶν δέ οἱ ἔκβαλε τυκτὰν
Μάρμαρον, αὐτὸν δὲ φλογέῳ συνέφλεξε κεραυνῷ.
Οὕτω Τυνδαρίδαις πολεμιζέμεν οὐκ ἐν ἐλαφρῷ.
Αὐτοί τε κρατέοντε, καὶ ἐκ κρατέοντος ἔφυσαν.

Χαίρετε Λήδας τέκνα, καὶ ἁμετέροις κλέος ὕμνοις
Ἐσθλὸν ἀεὶ πέμποιτε. φίλοι δέ γε πάντες ἀοιδοὶ
Τυνδαρίδαις Ἑλένᾳ τε καὶ ἄλλοις ἡρώεσσιν,
Ἴλιον οἳ διέπερσαν ἀρήγοντες Μενελάῳ.
Ὑμῖν κῦδος, ἄνακτες, ἐμήσατο Χῖος ἀοιδὸς,
Ὑμνήσας Πριάμοιο πόλιν καὶ νῆας Ἀχαιῶν
Ἰλιάδας τε μάχας Ἀχιλῆά τε πύργον ἀΰτῆς·
Ὑμῖν δ' αὖ καὶ ἐγὼ λιγεῶν μειλίγματα Μουσῶν,
Οἷ' αὐταὶ παρέχουσι, καὶ ὡς ἐμὸς οἶκος ὑπάρχει,
Τοῖα φέρω. γεράων δὲ θεοῖς κάλλιστον ἀοιδή.

212. Alii οὐκ ἐπ' ἐλαφρῷ.

ἀνδρῶν. Eâdem ratione νεῖκος ἀνδρῶν ξύναιμον apud Sophocl. Antig. 788., ubi Musgr. similia alia comparat.

205. τὸν ἄλλον] pro τὸν ἕτερον. Vid. annot. ad Id. VII, 36.

208. ἀναῤῥήξας] magnas hic dubitationes moverunt interpretes, qui fieri potuerit, ut columnam tam celeriter fregerit Idas. Scilicet στήλη intelligendum de cippo modice magno et cum arte dolato, ut virium contentione haud maximâ opus fuerit. Poeta ipse mox dicit τυκτὰν μάρμαρον. Vid. Dissen. Explicat. ad Pindar. Nem. X. p. 474.

213. ἐν ἐλαφρῷ] quod idem fere sonat ac si dixisset οὐκ ἐλαφρόν ἐστι. Cf. v. 61.

220. πύργον ἀΰτῆς] ex Homero desumptum. Turris belli audit Achilles, quod firmum Graecorum praesidium erat. Comparant Eurip. Alc. 311. παῖς .... πατέρ' ἔχει πύργον μέγαν. Pindar. Olymp. II, 145. Ἕκτορ' ... Τροίας ἄμαχον ἀστραβῆ κίονα.

222. ὡς ἐμὸς οἶκος ὑπάρχει] Eurip. Electr. 359. ξενίων κυρήσεθ' οἷ' ἐμὸς κεύθει δόμος.

XXIII.

Argumentum.

Repraesentatur in hoc Idyllio impotentissimi amoris aestus, quo homo nescio quis in puerum formâ pulcrum, moribus autem et indole saevum et asperum ferebatur. Qui vir amoris, quo ardet, impotentiam amplius non ferens, ad pueri limina properat eo consilio, ut, si crudelem eius animum flectere non possit, mortem sibi consciscat. In hoc igitur cycneo carmine puerum monet, ne nimium pulcritudine suâ, fragili et caduco bono, confidat, utque osculum, viventi negatum, defuncto impertiat precatur. Quibus dictis collum in laqueum inserit. Puer autem domo egressus, cadavere viso nihil motus, paullo post Cupidinis statuâ in ipsum cadente oppressus Deo, quem spreverat, poenas dedit. Nonnulla ex hoc Idyllio expressit Virgilius Ecl. II. Cf. Ovid. Metam. XIV, 698 sqq. F. I.

Praeter Reiskium, qui in annot. ad v. 16. Theocritum huius carminis auctorem esse dubitat, unus Reinhold. (in lib. saepius nominato p. 27.) exstitit, qui Theocrito id plane abiudicandum censeret. Argumenta vero, quae ad sententiam suam probandam in medium protulit, magnam partem tam sunt infirma, ut iis refutandis supersedere possimus. Nec male disputavit contra Reinholdum Wissowa Theocr. Theocrit. p. 27.

ΕΡΑΣΤΗΣ Η ΔΥΣΕΡΩΣ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ κγ'.

Ἀνήρ τις πολύφιλτρος ἀπηνέος ἤρατ' ἐφάβω,
Τὰν μορφὰν ἀγαθῶ, τὸν δὲ τρόπον οὐκ ἔθ' ὁμοίω.

Idyll. XXIII. 10. Ernesti ad Callim. in Del. 62. suspicatur ὀπιπτεύησι pro ὑποπτεύησι, quae forma Schneidero in Lex. dubia visa est. Credam tamen equidem post ea, quae Buttm. Gr. ampl. P. I. §. 106. p. 516. disputavit, non dubitandum esse, quin seriores poetae, Homerico usu inducti, tales formas sibi permiserint. Cf. annot. ad Id. XXV, 46.

Idyll. XXIII. 1. πολύφιλτρος] Kiessl. interpretatur: is, cui multa philtra data sunt, qui ex amore aeger est. Interpretatio tamen vix satis poetica. Fr. Iacobs. haec offert: φίλτρον dictum est pro amore (vid. Herm. ad Orph. p. 823.), ut passim in Anthologiâ; in πολύς autem vehementiae est significatio. Ceterum compara initium secundae eclogae Virgilianae: Formosum pastor Corydon ardebat Alexin, Delicias domini; nec quid speraret habebat.

3. Notanda est orationis insolentia, ex qua quod in praecedentibus obiectum, quod grammatici dicunt, erat, nunc in subiectum mutatur. Quam licentiam iam Homericus usus sancivit apud Graecos.

4 sq. τόξα Χερσὶ κρατεῖ] manibus tenet arcum. Sophocl. Oed. Col. 1374. τὸ σὸν θάκημα καὶ τοὺς σοὺς θρόνους Κρατοῦσιν. Auctor Batrachom. 62. βαῖνέ μοι ἐν νώτοισι, Κράτει δέ με, ubi vide Matthiae. p. 169. F. I.

7. τῶν πυρσῶν παραμύθιον] flammae solatium. πυρσοί de amoris ignibus interdum usurpantur. Aristaen. L. II. Ep. V. p. 79. ἔρωτος ὁ πυρσὸς καὶ μέχρι τοῦ ἥπατος διελήλυθεν εἰςρυείς. Alia dat Toup. in Append. ad h. l. Wuest. — ἀμάρυγμα χείλ., ἀμάρ. proprie splendor luminis subito exorti, tum lux coruscans. Vid. Ruhnk. Ep. crit. p. 107. — Observanda progressio signorum amoris: lenis labiorum subridentis motus, tum obtutus hilarior, donum nascentis benevolentiae symbolum a tacente porrectum, verba deinde et postremum omnium osculum. F. I.

8. οὐ ῥοδόμαλον] cf. notata ad Id. VII, 117. — Ad verba τὸ κουφ. τὸν ἔρωτα cf. Id. XVII, 52.

10. Comparationis finis hic est: quemadmodum fera torvo obtutu venatorem insidias ipsi struentem observat, impetum in eum factura; ita puer omni tempore iuvenem procul a se habuit, nec unquam

Μίσει τὸν φιλέοντα, καὶ οὐδὲ ἓν ἅμερον εἶχε·
Κοὐκ ᾔδη τὸν Ἔρωτα, τίς ἦν θεός, ἡλίκα τόξα
Χερσὶ κρατεῖ, πῶς πικρὰ βέλη ποτὶ παιδία βάλλει·
Πάντα δὲ κὴν μύθοισι καὶ ἐν προσόδοισιν ἀτειρής.
Οὐδέ τι τῶν πυρσῶν παραμύθιον, οὐκ ἀμάρυγμα
Χείλεος, οὐκ ὄσσων λιπαρὸν σέλας, οὐ ῥοδόμαλον,
Οὐ λόγος, οὐχὶ φίλαμα τὸ κουφίζον τὸν ἔρωτα.
Οἷα δὲ θὴρ ὑλαῖος ὑποπτεύησι κυναγώς,
Οὕτω πάντ' ἐποίει ποτὶ τὸν βροτόν· ἄγρια δ' αὐτῷ
Χείλεα, καὶ κῶραι δεινὸν βλέπον (εἶχεν ἀνάγκαν)·
Τᾷ δὲ χολᾷ τὸ πρόςωπον ἀμείβετο· φεῦγε δ' ἄπο χρώς
Ὕβριν τᾶς ὀργᾶς περικείμενος, ἀλλὰ καὶ οὕτως

12. Vulgatam lectionem retinui, quae bonum sensum praebere videtur. Alii alia tentant.

13. Post χρώς punctum posuit Kiessl., qui post περικείμενος intelligit ἦν, quam ellipsin, quum in proximâ enuntiatione legatur ἦν minime duram esse dicit.

eius adspectum tulit. Wuest. — ὑποπτεύησι. Hostilis animi significationem hoc verbum habet. Populum cum ferâ comparans Plut. Tom. II. p. 800. C. ἀγαπητόν, εἰ μήτε ὄψει μήτε φωνῇ πτυρόμενος, ὥςπερ θηρίον ὕποπτον καὶ ποικίλον, ἐνδέχοιτο τὴν ἐπιστασίαν. Similis est usus verbi ὑποβλέπειν. F. I.

11. πάντ' ἐποίει ποτὶ τὸν βρ.] possis ita explicare: omnia faciebat hunc solum respiciens, i. e. omnia ad eum referebat; nihil omittebat, quin eum ureret. Sed rectius cum Fr. Iacobs. πάντα ad sequentia refertur: in omnibus, quae faciebat circa amatorem illum, ferum animum prodebat. — τὸν βροτόν hanc simul notionem involvit, ut miserum denotet.

12. εἶχεν ἀνάγκαν] haec verba ita accipias, ut mediâ oratione sint interiecta: puer irâ atque odio discruciatus sui compos non erat nec aliter poterat agere. Huius interpretationis auctor est Toupius, qui aptum ex Nonno Dionys. XXV. p. 882. attulit exemplum: σὺ δ' ὕστατος ὑψόθι γαίης Αἰθέρι καὶ νεφέλῃσι μετάρσιος εἶχες ἀνάγκην.

14. ὕβριν τᾶς ὀργᾶς περικ.] locus dictionis pulcritudine insignis. Dicit poeta colorem de facie fugisse, quod fastidiosa superbia in ore pueri expressa esset. Sententia ex ipsâ rei veritate hausta: is, qui alterum fastidit, ita agere solet, ut sibi ipsi aegre sit; cuius animi commotionis ac, si recte dicas, perturbationis vestigia in invidi hominis ore relinqui quotidie videmus. — περικείμενος refer ad χρώς. Quo sensu saepius ponunt Graeci ἐπιέννυσθαι et περιέννυσθαι. Nota sunt ex Homero ἐπιειμένος ἀλκήν, ἀναιδείην. Vid. Lexica. — Tandem ὕβριν τῆς ὀργῆς idem fere valet quod ὑβριστὴν ὀργήν, quod reponere volebat Wakefield. vel ὑβριστὰς ὀργάς, quod suadet Bernhardy Syntax. p. 51. Verte: prae se ferebat insolentem animi stomachosi superbiam.

Ἦν καλός· ἐξ ὀργᾶς ἐρεθίζετο μᾶλλον ἐραστάς.
Λοίσθιον οὐκ ἤνεικε τόσαν φλόγα τᾶς Κυθερείας,
Ἀλλ' ἐνθὼν ἔκλαιε ποτὶ στυγνοῖσι μελάθροις,
Καὶ κύσε τὰν φλιάν· οὕτω δ' ἀνενείκατο φωνάν·
Ἄγριε παῖ καὶ στυγνέ, κακᾶς ἀνάθρεμμα λεαίνας,
Λάϊνε παῖ, καὶ ἔρωτος ἀνάξιε, δῶρά τοι ἦνθον
Λοίσθια ταῦτα φέρων, τὸν ἐμὸν βρόχον· οὐκ ἔτι γάρ σε,
Κῶρ', ἐθέλω λυπῆν κεχολωμένον· ἀλλὰ βαδίζω
Ἔνθα τύ μευ κατέκρινας· ὅπῃ λόγος ἦμεν ἀταρπὸν
Ξυνάν, τοῖσιν ἐρῶσι τὸ φάρμακον ἔνθα τὸ λᾶθος.
Ἀλλὰ καὶ ἢν ὅλον αὐτὸ λαβὼν ποτὶ χεῖλος ἀμέλξω,
Οὐδέ κε τὼς σβέσσω τὰν ἐμὸν πόθον. ἄρτι δὲ χαίρειν

15. Magna in hoc loco est varietas lectionum. Plurimi libri aut *ἢ καλὸς ἐξόρπαξ* aut *ἢ καλὸς ἐξόρπασ.* H. Stephani est emendatio, quam cum aliis recepimus.

16. Vulgatum est *τὰ σύμφορα τᾶς Κ.*, quod haud scio annon defendi possit. Nostra lectio, quam recentt. fere omnes adoptaverunt, debetur Eldickio. Kiessl. eodem iure *τόσ' ἄλγεα* quoque scribi posse animadvertit.

23. Valcken. interpungit h. l. ita: *ὅπῃ λόγος ἦμεν ἀταρπόν, Ξυνάν ... φάρμακον, ἔνθα τ. λ.* Toupius suadet *ἀταρπὸν Ξυνάν, τοῖσι δ' ἐρῶσι* etc. Lenior est correctio Wartoni *ἦμεν ἀταρπὸν Ξυνὸν τοῖσιν*

16. Cf. Ovid. Metam. XIV, 701. Luctatusque diu, postquam ratione furorem Vincere non potuit, supplex ad limina venit. et v. 716. Non tulit impatiens longi tormenta doloris Iphis: et ante fores haec verba novissima dixit.

18. *ἀνενείκ. φων.*] ex pravo Alexandrinorum usu *ἀνεν.* ad solam vociferationem refertur. Apud Homerum de gemitu ac suspirio ponitur. Cf. Buttmann. Lexilog. Tom. I. p. 263 sqq.

20. *λάϊνε*] cf. Id. III, 39.

23. Intellige ita: eo iturus sum, quo fama est ferre viam, omnibus calcandam (*ξυνάν*), ubi unicum (quae vis est articuli) amantibus reperitur remedium, oblivio

25. *λαβὼν ποτὶ χεῖλος*] i. e. *προςαγαγὼν τῷ χείλει.* — *ἀμέλξω*, sc. *τὸ φάρμακον.* Significatio verbi *ἀμέλγειν* observanda. Bion. I, 48. *τὸ δὲ σεῦ γλυκὺ φίλτρον ἀμέλξω.* Observat Fr. Iacobs. *ἀμέλγειν* bibendi sensu serioribus placuisse, prae aliis Nonnum vocem in hunc sensum adhibere.

26. *οὐδὲ — τώς*] i. q. *οὐδ' ὥς*, ne sic quidem. Sic Id. XXIV, 71. Nicandr. Theriac. 240.

27. *ἐπιβάλλομαι*] pro *ἐπιβάλλω*, adiicio, applico, admoveo. Kiessl.

28. Virgil. Eclog. II, 17. O formose puer, nimium ne crede colori, Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur. Plin. H. N. XXI, 1. natura flores odoresque in diem gignit, magnâ, ut palam est, admonitione hominum, quae spectatissime floreant citissime marcescere. Vid. Animadv. in Anthol. Tom. II. P. III. p. 114.

Τοῖσι τεοῖς προθύροις ἐπιβάλλομαι. οἶδα τὸ μέλλον·
Καὶ τὸ ῥόδον καλόν ἐστι, καὶ ὁ χρόνος αὐτὸ μαραίνει·
Καὶ τὸ ἴον καλόν ἐστιν ἐν εἴαρι, καὶ ταχὺ γηρᾷ·
Λευκὸν τὸ κρίνον ἐστί, μαραίνεται, ἁνίκα πίπτει·
Ἁ δὲ χιὼν λευκά, καὶ τάκεται, ἁνίκα παχθῇ·
Καὶ κάλλος καλόν ἐστι τὸ παιδικόν, ἀλλ' ὀλίγον ζῇ.
Ἥξει καιρὸς ἐκεῖνος, ὁπανίκα καὶ τὺ φιλάσεις,
Ἁνίκα τὰν κραδίαν ὀπτεύμενος ἁλμυρὰ κλαύσεις.
Ἀλλὰ τύ, παῖ, κἂν τοῦτο πανύστατον ἁδύ τι ῥέξον·
Ὁππόταν ἐξενθὼν ἠρτημέναν ἐν προθύροισι
Τοῖσι τεοῖσιν ἴδῃς τὸν τλάμονα, μή με παρένθῃς·
Στᾶθι δέ, καὶ βραχὺ κλαῦσον· ἐπισπείσας δὲ τὸ δάκρυ,

ἐρ., quod repraesentat edit. Boisson. Nos hunc locum edidimus, prouti Fr. Iacobsio scribendus et distinguendus videbatur.

30. Schaefer. correxit πίπτῃ. Sed verum videtur Fr. Iacobsii iudicium, qui hunc versum, sic scriptum, ut vulgo editur, Theocriti elegantiâ indignum censet. Vitium eidem inesse videtur in voce ἐστί.

31. Boisson. de coniecturâ ἁνίκα καυθῇ; in annot. alteram coniecturam proponit ἁνίκα φλεχθῇ.

35. Hunc locum et v. 41. haud bene tentaverunt critici ob ἂν cum imperativo iunctum. Vid. annot.

37. Vulgo τὸν τλάμονα ad μή με παρένθῃς trahunt.

38. Boisson. ex aliquot codd. ἐπισπείρας.

31. τάκεται, ἁνίκα παχθῇ] τήκεσθαι hîc de tabe liquescentis nivis, quum luridum colorem adsumit, intelligendum. πήγνυσθαι vero sanissimum est; nix enim πήγνυται, i. e. conglobatur s. cohaerescit paullo antequam frigus solvitur.

33. Propert. III, 23, 35. Exclusa inque vicem fastus patiere superbos: Et quae fecisti, facta quereris anus. Cf. Animadv. in Anthol. Tom. II. P. III. p. 83.

34. τὰν κραδίαν ὀπτεύμενος] cf. annotat. ad Id. VII, 55. — ἁλμυρὰ κλ., lacrymas effundes, quas summus dolor tibi exprimet. Hesych. ἁλμυρὰ δάκρυα, χαλεπά, πικρά. Cf. Fr. Iacobs. in Not. Crit. ad Anthol. Pal. Tom. III. p. 810. — Tum notanda forma futuri activi pro medio; illud Doricum. Vid. Buttmann. Gr. ampl. Tom. II. P. I. p. 168.

35. κἂν τοῦτο παν. ἁδύ τι ῥ.] hoc extremum certe mihi gratificare, si sustineas. Sic etiam v. 41. Exempla particulae ἂν cum imperativo iunctae dant Meineke ad h. l. et ad Menandr. p. 121., Fr. Iacobs. ad Delect. Epigr. V, 65. p. 157. Cf. Rost. Gr. Gr. §. 120, 5. d. p. 461. Ceterum Hermann. in libro de part. ἂν IV. 1. p. 11245. docet ἂν in talibus locis cum imperativo iungi, sed non construi, i. e. ad aliam vocem referendum esse.

38. ἐπισπείσας] Verbum ἐπισπένδειν frequens est in hac re apud poetas. Epigr. ἀδεσπ. CCCXV. τύμβῳ σπεῖσον ἀπὸ βλεφάρων δάκρυ ἀποιχομένη. Vid. Animadv. in Anthol. Vol. I. P. I. p. 118.

Λῦσον τῷ σχοίνῳ με, καὶ ἀμφίθες ἐκ ῥεθέων σῶν
Εἵματα, καὶ κρύψον με, τὸ δ' αὖ πύματόν με φίλασον,
Κἂν νεκρῷ χάρισαι τὰ σὰ χείλεα. μή με φοβαθῇς·
Οὐ δύναμαι ζῆν, εἴγε διαλλάξας με φιλάσεις·
Χῶμα δέ μοι κοίλανον, ὅ μευ κρύψει τὸν ἔρωτα.
Κἂν ἀπίῃς, τόδε μοι τρὶς ἐπάϋσον, Ὦ φίλε, κεῖσαι·
Ἢν δέ γε λῇς, καὶ τοῦτο, Καλός δέ μοι ὤλεθ' ἑταῖρος.
Γράψον καὶ τόδε γράμμα, τὸ σοῖς τοίχοισι χαράξω·
ΤΟΥΤΟΝ ΕΡΩΣ ΕΚΤΕΙΝΕΝ, ΟΔΟΙΠΟΡΕ· ΜΗ ΠΑΡΟΔΕΥΣΗιΣ,
ΑΛΛΑ ΣΤΑΣ ΤΟΔΕ ΛΕΞΟΝ, ΑΠΗΝΕΑ ΕΙΧΕΝ ΕΤΑΙΡΟΝ.

44. In vulgatâ lectione ruit metrum. Cui bene, opinor, succurrit Meineke ἐπάπυσον scribendum putans.

46. Certissimam Schaeferi coniecturam cum Mein. et Boisson. recepi. Vulgo metro adversante τό σοι στίχοισι χαράξω. Ceterum in eandem coniecturam inciderunt duo Angli, Porsonus et Briggsius; longo vero tempore ante eam protulerat nostras.

50. ἀπ' αὐτῶν] tres codd. ἀπ' αὐτοῦ praebent.

42. οὐ δύναμαι ζῆν] in vitam redire non potero. — εἴγε διαλλ. με φ., si reconciliatus me osculaberis. Usitatius foret διαλλαγείς.

43. μευ ... τὸν ἔρωτα] i. e. ἐμὲ τὸν ἐρῶντα.

44. ὦ φίλε, κεῖσαι] significantius dictum: molliter iam, o amice, hîc cubas. Hom. Il. I, 319. νῦν δὲ σὺ μὲν κεῖσαι δεδαϊγμένος, quae verba sunt Achillis ad Patroclum. Cf. Il. XXIV, 758.

46. Versus ipsos in pariete, cui adstabat, depingere fingitur, quos inde descriptos amasius insculpat cippo.

48. ἀπ. εἶχεν] hiatus, qui hîc admissus est, notandus magis quam correctione tollendus. Vid. Fr. Iacobs. in Not. Crit. ad Anthol. Pal. Tom. III. p. XXV.

49. Sensum loci recte sic constituit Kiessl.: Quum lapidem ad parietem et quidem ad mediam usque aulae ianuam provolvisset, conscendit lapidem, annectit superne ex trabe ianuae transversae laqueum, seque suspendit ita, ut per mediam ianuam dependeat et ab exeunte necessario contingatur. — Sed de singulis quaedam sunt adiicienda. ἐρείδεσθαι sensu praegnanti, ut aiunt, positum est; praeter acclinandi enim s. applicandi notionem simul involvit significationem promovendi. Verte igitur: iuxta parietem provolvit usque ad medium limen. — φοβερόν appellat lapidem, quod eo utitur ad horribile facinus committendum. — ἀπ' αὐτῶν recte se habet. οὐδοί non solum limen esse videtur, quod pedibus calcamus, sed postes quoque, limini impositi. Saxum igitur ille ita acclinat postibus, ut usque ad medios pertingat, ex iisque se suspendit. Quo efficitur, opinor, ut ἀπ' αὐτῷ frigere appareat.

52. τὰν ἕδραν] nota dictum de loco, in quo quis stat; latiore igitur sensu, quamvis fulturam significat. — ἐκύλισεν, devolvit eo quod vehementiore calcis s. pedis ictu deiiceret lapidem. — ὑπὲκ ποδός sanissimum est. Nos

Ὣς εἰπὼν λίθον εἷλεν· ἐρεισάμενος δ' ἐπὶ τοίχῳ
Ἄχρι μέσων οὐδῶν φοβερὸν λίθον, ἧπτεν ἀπ' αὐτῶν
Τὰν λεπτὰν σχοινῖδα· βρόχον δ' ἔμβαλλε τραχήλῳ·
Τὰν ἕδραν δ' ἐκύλισεν ὑπὲκ ποδός, ἠδ' ἐκρεμάσθη
Νεκρός. ὁ δ' αὖτ' ὤϊξε θύρας, καὶ τὸν νεκρὸν εἶδεν
Αὐλᾶς ἐξ ἰδίας ἠρτημένον· οὐδ' ἐλυγίχθη
Τὰν ψυχάν, οὐ κλαῦσε νέον φόνον, ἀλλ' ἐπὶ νεκρῷ
Εἵματα πάντ' ἐμίανεν ἐφαβικά· βαῖνε δ' ἐς ἄθλως
Γυμναστῶν, καὶ τῆλε φίλων ἐπεμαίετο λουτρῶν,
Καὶ ποτὶ τὸν θεὸν ἦνθε, τὸν ὕβρισε· λαϊνέας δὲ
Ἵστατ' ἐπὶ κρηπῖδος Ἔρως ὑδάτων ἐφύπερθεν.

54. ἐλυγίχθη Hemsterh. est coniectura. Vulgo ἐτυλίχθη.

55. Kiessl. coniicit ἀλλ' ἔτι νεκρῷ etc., hoc sensu: non modo non deflevit necem, sed ne in mortuum quidem odio deposito omnes eius vestes polluit.

58. Procul dubio scribendum λαΐνεος δὲ ... Ἔρως, quod haud multum abfuit quin recepissem. Simile vitium sublatum Idyll. XXIV, 43.

59. Kiessl. ἀπὸ κρηπῖδος.

diceremus: unter dem Fusse hinweg.

54. ἐλυγίχθη] ἐκλάσθη.

55. νέον φόνον] Kiessl. cum Heinrichio ita intelligit: mortem iuvenis, quo sensu a pedestri scriptore dicendum fuerat φόνον τοῦ νέου. Cf. Interpp. ad Eurip. Med. 48. Boeckh. ad Pindar. Explicatt. p. 126. Magis tamen mihi placet Fr. Iacobsii ratio, ita explicantis: caedes modo patrata; vehementius enim percellit animum recens factum. — Sequentia ita interpretor: ad mortuum vestimenta omnia polluit sua. Contrarium igitur fecit eius, quod defunctus optaverat, nec contactum defuncti vitavit, sed egrediens domo eum chlamyde, quam ephebi gestabant, contingebat. ἐφαβικά intelligi possunt nonnisi de vestimentis pueri, qui ad ἐφήβους s. ad exercitationes in palaestrâ iturus erat. De usu praepositionis ἐπί v. Not. Crit. ad Anthol. Pal. Tom. III. p. 592.

58. Amoris statua in gymnasiis poni solebat iuxta statuas Mercurii atque Herculis. Eius rei testis est, quem Wartonus affert, Athen. Deipn. XIII, 12. p. 561. d. Videtur autem statua illa ad alveum balnei collocata fuisse, ut crepido ad ipsum solium pertinuerit, statua vero (ὑδάτων ἐφύπερθεν) eminuerit. — Quod ad mortis genus attinet, quo hic periisse dicitur amasius, haud absimile est eius, de quo tradit Aristot. de Arte Poet. IX, 12. ὁ ἀνδριὰς ὁ τοῦ Μίτυος ἐν Ἄργει ἀπέκτεινε τὸν αἴτιον τοῦ θανάτου τῷ Μίτυϊ, θεωροῦντι ἐμπεσών. Sic puerum novercae statuâ, in tumulo positâ, oppressum narrat Anthol. Palat. IX, 67. Historias alias historiae de Mityo similes vide apud eos scriptores, quos afferunt Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. p. 46. et Hemsterh. ad h. l. apud Gaisf. p. 213. — Crepidinem, in quo collocata erat Amoris statua, fuisse lapideam non opus erat ut diceret poeta; sed statua erat lapidea, quod adiiciendum erat, ut intelligeretur gravi eius pondere oppressum esse puerum.

Ἅλατο καὶ τὤγαλμα, κακὸν δ' ἔκτεινεν ἔφαβον·
Νᾶμα δ' ἐφοινίχθη· παιδὸς δ' ἐπενάχετο φωνά·
Χαίρετε τοὶ φιλέοντες· ὁ γὰρ μισῶν ἐφονεύθη.
Στέργετε δ' ὔμμες αἶται· ὁ γὰρ θεὸς οἶδε δικάζειν.

61. Vulgo αἷμα, quod defendit Bernhardy Syntax. p. 109. Alii ἅμα, unde νᾶμα feliciter eruit Sanctamandus.

63. Vulgatum ἀῖται correxit Mein. In codd. legitur plurimis ἀΐτας.

61. νᾶμα ἐφοιν.] cogita puerum in baptisterio fuisse et forte sub statuâ Amoris natasse s. sedisse, quum collapsa in eum rueret. νᾶμα de aquâ, in vase inclusâ s. servatâ usurpatur, si vera distinctio, prolata ab Spohn. in Animadv. in Adoniaz., quam ad v. 27. repetiimus. — Animadverte metaphorae audaciam, qua quae leniter ex imo auditur vox mari velut innatare dicitur.

63. De voce ἀΐτης vide annot. ad Id. XII, 14.

XXIV.

Argumentum.

Narratur hoc Idyllio primum pueri Herculis certamen et victoria, quam de draconibus, ab infestâ Iunone ipsi immissis, reportavit — 62. Alcmena, hoc prodigio perterrita, Tiresiam arcessit vatem, qui illud interpretetur Deorumque placandorum rationem doceat. Qui quum venisset, Herculem, multis laboribus exhaustis, summam, dum viveret, gloriam, post fata autem sedem inter deos consequuturum esse respondet; tum dracones necatos comburi domumque lustrari iubet — 98. Sequitur recensus magistrorum, qui Herculem puerum ad eas artes, quae heroem decent, formasse dicuntur. Finis carminis, quo poeta omnem Herculis institutionem et disciplinam tradidisse videtur, temporis iniuriâ periit. Sunt qui initio quoque nonnulla intercidisse existiment; quod mihi secus videtur. Nec facile adducar, ut iis assentiam, qui et hoc poema et Id. XXV. et Megaram, Moscho vulgo tributam, aut ex Pisandri, ut Reiskius, aut, ut Fridericus Schlegel. existimabat (in Historiâ poeseos Graec. et Rom. T. I. p. 201.) ex Panyasidis Heracleis servata esse suspicati sunt. Ad primam nostri Idyllii partem cf. inprimis Pindar. Nem. I. inde a versu 49. F. I.

Quanquam diversissimae de auctore huius carminis ab editoribus Theocriti aliisque viris doctis prolatae sunt sententiae, tamen nobis licebit paucis defungi verbis in eâ re significandâ. Recentiores enim in aetate definiendâ inter se consentiunt, ita ut carmen aetate Alexandrinâ non statuant antiquius; ambigunt tantum de auctore. Hanc autem controversiam quum vix sperare liceat unquam ad liquidum perduci posse, equidem eorum amplector sententiam, qui carmen a Theocrito profectum arbitrantur. Cf. Wissowa Theocr. Theocrit. p. 37.

ΗΡΑΚΛΙΣΚΟΣ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ κδʹ.

Ἡρακλέα δεκάμηνον ἐόντα ποχ' ἁ Μιδεᾶτις
Ἀλκμήνα, καὶ νυκτὶ νεώτερον Ἰφικλῆα,
Ἀμφοτέρως λούσασα καὶ ἐμπλήσασα γάλακτος,
Χαλκείαν κατέθηκεν ἐς ἀσπίδα, τὰν Πτερελάου
Ἀμφιτρύων καλὸν ὅπλον ἀπεσκύλευσε πεσόντος.

Idyll. XXIV. 17. Codd., ut videtur, omnes ἐξειλυσθέντε, quod

Idyll. XXIV. 1. ἁ Μιδεᾶτις] sic etiam Id. XIII, 20., ad quem locum vide annot.

2. νυκτὶ νεώτερον] ab aliis, velut a Pindaro Nem. I, 37., Hercules atque Iphicles eodem tempore nati dicuntur. Vid. Dissen. Explicat. Tom. II. p. 359. — Ἰφικλῆα. Duae sunt nominativi formae, altera Ἰφικλῆς, altera Ἴφικλος. Sic Πάτροκλῆς et Πάτροκλος apud Homerum, alia.

4. χαλκείαν ... ἐς ἀσπίδα] scuta antiquissimis temporibus in hunc usum adhibita esse satis constat. Cf. Voss. ad Virgil. Eclog. p. 199. Animadv. ad Anthol. Tom. III. P. I. p. 286. Multos veterum locos attulit Vir doctus in Ergänzungsbl. zur Ien. Litt. Zeit. 1817. nro. 55. p. 51. — Pterelaus, qui ab aliis Pterelas appellatur, rex fuit Taphi insulae. Aureum habebat crinem in capite, a Neptuno acceptum; quem quamdiu servaret, immortalis futurus erat. Sed quum bello petitus esset ab Amphitruone, Comaetho, eius filia, Amphitruonis amore capta, patri crinem evulsit; quo facto facile occidi potuit. Apollod. II, 4, 5. ibique Heyne. — Recte Kiessl. observat ἀποσκυλεύειν τί τινος hic dictum esse, ut ἀφαιρεῖσθαί τί τινος.

6. ἁπτομένα ... κεφαλᾶς] quod facit tam ad pueros mulcendos et placandos, quam ut amorem suum prodat. Anthol. Palat. VII, 730. Ἀριστοτέλης δ' οὐκ ἀπάνευθε πατὴρ Δεξιτερᾷ κεφαλὰν (filiae defunctae) ἐπιμάσσεται. F. I.

7 — 9. Sequitur iam ipsa illa cantilena, qua pueros mater obsopit; naeniam dicunt Latini, νύννιον s. καταβαυκάλισιν Graeci. In his versibus tam mira mollitudo verborum sonique suavitas depre-

Ἁπτομένα, δὲ γυνὰ κεφαλᾶς μυθήσατο παίδων·
Εὕδετ', ἐμὰ βρέφεα, γλυκερὸν καὶ ἐγέρσιμον ὕπνον,
Εὕδετ', ἐμὰ ψυχά, δύ' ἀδελφεώ, εὔσοα τέκνα,
Ὄλβιοι εὐνάζοισθε, καὶ ὄλβιοι ἀῶ ἵκοισθε.
Ὣς φαμένα δίνασε σάκος μέγα· τοὺς δ' ἔλαβ' ὕπνος.
Ἆμος δὲ στρέφεται μεσονύκτιον ἐς δύσιν ἄρκτος
Ὠρίωνα κατ' αὐτόν, ὁ δ' ἀμφαίνει μέγαν ὦμον·
Τᾶμος ἄρ' αἰνὰ πέλωρα δύω πολυμήχανος Ἥρη,
Κυανέαις φρίσσοντας ὑπὸ σπείραισι δράκοντας,
Ὦρσεν ἐπὶ πλατὺν οὐδόν, ὅθι σταθμὰ κοῖλα θυράων
Οἴκω, ἀπειλήσασα φαγεῖν βρέφος Ἡρακλῆα.
Τὼ δ' ἐξειλυσθέντες ἐπὶ χθονὶ γαστέρας ἄμφω
Αἱμοβόρως ἐκύλιον· ἀπ' ὀφθαλμῶν δὲ κακὸν πῦρ
Ἐρχομένοις λάμπεσκε, βαρὺν δ' ἐξέπτυον ἰόν·
Ἀλλ' ὅτε δὴ παίδων λιχμώμενοι ἐγγύθεν ἦνθον,
Καὶ τότ' ἄρ' ἐξέγροντο (Διὸς νοέοντος ἅπαντα)
Ἀλκμήνας φίλα τέκνα· φάος δ' ἀνὰ οἶκον ἐτύχθη.
Ἤτοι ὅγ' εὐθὺς ἄϋσεν, ὅπως κακὰ θηρί' ἀνέγνω

haud scio annon praeferendum sit. Hiatus certe me non moveret.

henditur, ut somniferi lalli modi haud aptius exprimi potuisse videantur. — De naeniis veterum qui plura cupit, is legat Scaliger. Lectt. Auson. II, 11. p. 117. Casaub. ad Theophr. Char. 7. p. 104. Fisch.

7. ἐγέρσιμον ὕπνον] somnum, ex quo mane excitentur. Opponitur ὕπνος ἀγρήγορος, Inscript. apud Osann. Auctar. Lexic. p. 4, 5. ὁ μακρὸς ὕπνος Diotim. Epigr. X, 1.

9. ἀῶ ἵκοισθε] cf. notata ad Idyll. I, 140.

11. Notus locus ex Anacreontico carm. tertio: μεσονυκτίοις ποθ' ὥραις, Στρέφεται ὅτ' Ἄρκτος ἤδη Κατὰ χεῖρα τὴν Βοώτου. — μεσονύκτιον, ut Id. XIII, 69.

15. σταθμὰ κοῖλα] Sophocl. Oed. T. 1261. ἐκ δὲ πυθμένων Ἔκλινε κοῖλα κλῇθρα. — ἀπειλήσασα Fr. Iacobs. explicat σὺν ἀπειλαῖς κελεύσασα. Fortasse simpliciorem praestat inire rationem, ut sit promittens, iactans, in quem sensum Latini quoque adhibent minari. Vid. Heindorf. annot. ad Horat. Satir. II, 3, 9.

18. πῦρ λάμπ. ἀπ' ὀφθ.] similia vide apud Fr. Iacobs. ad Philostr. Imagg. p. 671.

21. ἐξέγροντο ... τέκνα] cf. Id. II, 108. Rost. Gr. §. 100, 4. a.

22. ἀνὰ οἶκον] ex hoc genere hiatus, ubi praepositio ad nomen in quinto pede positum pertinens quartum pedem finit ante vocalem, exempla plura attulit Fr. Iacobs. ad Anthol. Pal. Tom. III. p. XXVI. Cf. Praefat.

23. ὅπως] h. l. idem quod ὡς. Usus tam epicis quam Atticis poetis frequens.

Κοίλω ὑπὲρ σάκεος καὶ ἀναιδέας εἶδεν ὀδόντας,
Ἰφικλέης· οὖλαν δὲ ποσὶν διελάκτισε χλαῖναν,
Φευγέμεν ὁρμαίνων· ὁ δ' ἐναντίος εἴχετο χερσὶν
Ἡρακλέης, ἄμφω δὲ βαρεῖ ἐνεδήσατο δεσμῷ
Δραξάμενος φάρυγος, τόθι φάρμακα λυγρὰ τέτυκται
Οὐλομένοις ὀφίεσσι, τὰ καὶ θεοὶ ἐχθαίροντι.
Τὼ δ' αὖτε σπείραισιν ἑλισσέσθην περὶ παῖδα
Ὀψίγονον, γαλαθηνόν, ὑπὸ τροφῷ αἰὲν ἄδακρυν·
Ἂψ δὲ πάλιν διέλυον, ἐπεὶ μογέοιεν ἀκάνθας,
Δεσμῶ ἀναγκαίω πειρώμενοι ἔκλυσιν εὑρῆν.
Ἀλκμήνα δ' ἐξάκουσε βοᾶς, καὶ ἐπέγρετο πρᾶτα.
"Ἄνσταθ' Ἀμφιτρύων· ἐμὲ γὰρ δέος ἴσχει ὀκνηρόν·
Ἄνστα, μηδὲ πόδεσσι τεοῖς ὑπὸ σάνδαλα θείης.
Οὐκ ἀίεις, παίδων ὁ νεώτερος ὅσσον ἀϋτεῖ;

25. Unus codex οὖλαν τε, quod recepit Boisson.

28. τόθι, quod codd. praebent, sanum. Cf. annot. ad Id. XXII, 199.

38. ἢ οὐ primus Kiessl. edidit ex cod. Flor. — In sqq. Schaeferi coniecturam οἱ δέ τε τοῖχοι cum Meinek. recepi pro vulgato οὐδέ τε τοῖχοι.

42. Vulgo ὅρρ'. Nostram lectionem ob vocalem ante οἱ elisam immerito in dubitationem vocat Meineke ad Bion. II, 7. Vid. annot. ad Id. XV, 112. Fr. Iacobsio scribendum videtur ὅ ῥα ὕπερθεν.

24. ἀναιδέας] improbi dentes, qui quod devorent cupidissime expetunt. Idyll. XXV, 231. λαμυροὺς ὀδόντας. Cf. Fr. Iacobs. ad Del. Epigr. p. 428.

26. ἐν. εἴχ. χερσίν] obluctans manus iis obtendit.

29. τὰ καὶ θεοὶ ἐχθ.] venenum praesentissimum, ipsi enim dii id perhorrescunt. Boisson. Homericum (Iliad. XX, 63.) comparat οἰκία ... τάτε στυγέουσι θεοί περ. — Hic versus aegre abesset. Non caret enim gravitate, quod diutius in veneni commemoratione moratur poeta.

31. ὀψίγονον] dubitare possis, utrum Hercules sit tardo partu editus, an Iphiclus, iunior natu. Re diligentius perpensâ certum mihi est Herculem intelligendum esse. Hic enim serpentes manibus comprehendit; hunc exsolvere se studentes spiris complectuntur; in hunc unum lectorum convertitur animus cumulatis epithetis, quae de Iphiclo accepta otiosà forent, de Hercule rei miraculum egregie augent. — Idem lubenter nutricis lac sugit nec vagitum edit, quod robur ac valetudinem infantis prodit.

32. διέλυον] Apollon. Rhod. IV, 150. δολιχὴν ἀνέλυεν ἄκανθαν Γηγενέος σπείρης. Philostrat. p. 117, 28. οἱ μὲν ἤδη παρεῖνται. Ceterum διαλύειν intransitivo sensu positum. — μογέοιεν ἀκάνθας, quum spinis defatigati essent. Accusativus eam corporis partem denotat, cuius ope labor insumitur.

35. Iam Alcmene ipsa, quae maritum ex somno suscitat, loquens inducitur. Ex licentiâ autem poetis non infrequenti nihil praecedit, quo recta oratio significetur.

36. Festinantis hoc est audia

Ἦ οὐ νοέεις, ὅτι νυκτὸς ἀωρί που, οἱ δέ τε τοῖχοι
Πάντες ἀριφραδέες, καθαρᾶς ἅτερ ἠριγενείας;
Ἔστι τί μοι κατὰ δῶμα νεώτερον, ἔστι, φίλ' ἀνδρῶν.
Ὣς φάθ'. ὁ δ' ἐξ εὐνᾶς ἀλόχῳ κατέβαινε πιθήσας·
Δαιδάλεον δ' ὥρμησε μετὰ ξίφος, ὅ ῥ' οἱ ὕπερθε
Κλιντῆρος κεδρίνω περὶ πασσάλῳ αἰὲν ἄωρτο.
Ἤτοι ὅγ' ὠριγνᾶτο νεοκλώστω τελαμῶνος,
Κουφίζων ἑτέρᾳ κολεόν, μέγα λώτινον ἔργον·
Ἀμφιλαφὴς δ' ἄρα παστὰς ἐνεπλήσθη πάλιν ὄρφνης.
Δμῶας δὴ τότ' ἄϋσεν ὕπνον βαρὺν ἐκφυσῶντας·
Οἴσετε πῦρ ὅ τι θᾶσσον ἀπ' ἐσχαρεῶνος ἑλόντες,
Δμῶες ἐμοί, στιβαροὺς δὲ θυρᾶν ἀνακόψατ' ὀχῆας.
Ἄνστατε, δμῶες ταλασίφρονες. αὐτὸς ἀϋτεῖ.
Οἱ δ' αἶψα προγένοντο λύχνοις ἅμα δαιομένοισι

43. Alii κεδρίνῳ. Iam dudum correxit Schaefer., cuius editionem non inspexeram, quum idem proponerem in annot. ad Eurip. Alc. 161.

45. Kiessl. ad Schaeferi mentem comma posuit post μέγα.

50. Inter v. 50 et 51. in cod. Vat. et Mediol. inserta leguntur haec ἦ ῥα γυνὴ Φοίνισσα μύλαις ἐπὶ κοῖτον ἔχοισιν (volebat librarius ἔχοισα), quae Valcken. post v. 49. locum obtinere posse arbitratur.

pedibus accurrere. Multa exempla collegerunt Blomfield. ad Aeschyl. Prom. 137. Fr. Iacobs. ad Philostr. Imagg. p. 609.

39. ἀριφραδέες] collucentes. Observa adiectivum proprio sensu usurpatum. — καθαρᾶς ... ἠριγ. Aurora καθαρά audit, quia caliginem dispellit et res spectabiles reddit.

40. φίλ' ἀνδρῶν] cf. notat. ad Id. XV, 74.

43. κλιντῆρος κεδρίνω] arcae, lecti, alia ex cedrino ligno conficiebantur, quo diutius durarent.

47. ὕπνον ἐκφυσ.] comparant Virgil. Aen. IX, 326. toto proflabat pectore somnum. Cf. Id. XXI, 21.

48. ὅ τι θᾶσσον, i. e. ὅ τι τάχιστα. Rarior hic usus. Aristot. locum Probl. I, 56. ὅπως ὅ τι θερμότερος ᾖ affert Bernhardy Synt. p. 435.

49. ἀνακόψ. ὀχ.] fores aperiri iubet, ut advocari possint vicini. Sic apud Pindar. nobilissimi quique Thebani statim conveniunt. Cf. Dissen. Explicat. p. 359.

50. ταλασίφρονες] hic sunt servi, qui animum habent intrepidum, ut Homer. Il. IV, 421. ὑπό κεν ταλασίφρονά περ δέος εἷλεν. Aliena ab hoc loco videtur ea vocis notio, qua laborum patientem significat. — αὐτός, herus, paterfamilias. Memorabilis usus pronominis in ipso heri ore, quum plerumque herus a famulis αὐτός appelletur; quod recte monuit Valcken. Cf. annot. ad Idyll. III, 38. IV, 5.

51. οἱ δ' αἶψα προγένοντο] ad Homericum illud (Il. XVIII, 525.) dicta οἱ δὲ τάχα προγένοντο.

Δμῶες· ἐνεπλήσθη δὲ δόμος, σπεύδοντος ἑκάστω.
Ἤτοι ἄρ' ὡς εἴδοντ' ἐπιτίτθιον Ἡρακλῆα
Θῆρε δύω χείρεσσιν ἀπρὶξ ἁπαλαῖσιν ἔχοντα,
Συμπλήγδην ἰάχησαν· ὁ δ' ἐς πατέρ' Ἀμφιτρύωνα
Ἑρπετὰ δεικανάεσκεν, ἐπάλλετο δ' ὑψόθι χαίρων
Κωροσύνᾳ, γελάσας δὲ πάρος κατέθηκε ποδοῖιν
Πατρὸς ἑοῦ θανάτῳ κεκαρωμένα δεινὰ πέλωρα.
Ἀλκμήνα μὲν ἔπειτα ποτὶ σφέτερον βάλε κόλπον
Ξηρὸν ὑπαὶ δείους ἀκράχολον Ἰφικλῆα·
Ἀμφιτρύων δὲ τὸν ἄλλον ὑπ' ἀμνείαν θέτο χλαῖναν
Παῖδα· πάλιν δ' ἐς λέκτρον ἰὼν ἐμνάσατο κοίτω.
Ὄρνιχες τρίτον ἄρτι τὸν ἔσχατον ὄρθρον ἄειδον·
Τειρεσίαν τόκα μάντιν, ἀλαθέα πάντα λέγοντα,
Ἀλκμήνα καλέσασα χρέος κατέλεξε νεοχμόν,

56. δεικανάεσκεν] servavimus cum Meinekio. Kiessl. cum Schaefer. δεικανάασκεν. Alius generis est ἐνδιάασκον Id. XVI, 38. XXII, 44.

59. βάλε] Schaefer. λάβε, quod receperunt Kiessl. et Meineke.

64. Schaefer. τόκα.

65. Plures codd. τέρας, quod amplexus est Boisson.

53. εἴδοντο] forma deponentis pro activâ εἶδον a cuiusvis aetatis scriptoribus passim usurpata. Matth. Gr. §. 230.

58. θαν. κεκαρ.] continuatus enim angor eas exstinxit, quas firmiter tenuerat nec dimiserat manibus.

59. βάλε] propere ad sinum ponit, ut clamantem et perterritum sedaret.

60. ξηρὸν ὑπαὶ δείους] ξηρός est exsanguis prae stupore et attonitus; qua de re αὖος magis in usu. Heliod. I, 12. ἐγὼ δέ, ὥςπερ τυφῶνι βληθείς, αὖος, ἀπόπληκτος ἑστήκειν. X, 13. ἀχανής τε καὶ αὖος ἐγεγόνει. Homer. Il. XII, 376. χλωρὸν ὑπαὶ δείους dicit.

61. τὸν ἄλλον] i. e. τὸν ἕτερον. Vid. notata ad Id. VII, 36.

63. ὄρνιχες] iam tertium erat gallicinium, i. e. iam diluculum appropinquabat. Noctis enim tempus quemadmodum in tres partes erat divisum, ita tertia pars, quae a gallicinio (ἀλεκτροφωνία) nomen habebat, in tres particulas erat subdivisa. Sic Id. XVIII, 56. ὁ πρᾶτος ἀοιδός de primo gallicinio ponitur indicatque primum mane.

64. ἀλ. π. λ.] hoc ipsum de Tiresiâ praedicant cives Thebani apud Sophocl. Antig. 1081.

65. χρέος κατ. νεοχμόν] novam rem exposuit. χρέος pro χρῆμα, ut Callim. in Dian. 100. ἐλάφους, μέγα τι χρέος.

67. μηδ'] oratio obliqua transit in rectam, ut saepissime. Cf. annot. ad Id. XIX, 6. — νοέοντι, i. e. ἐπινοοῦσι, διανοοῦνται. Eâdem significatione frequens apud Homerum. Locos vide apud Passov. Lex. s. v.

68. αἰδόμενος] gravius quam φειδόμενος.

70. Μάντι Εὐηρ.] Nota prosodiam huius loci. Aliqua for-

Καί νιν ὑποκρίνεσθαι, ὅπως τελέεσθαι ἔμελλεν,
Ἠνώγει. Μηδ', εἴτι θεοὶ νοέοντι πονηρόν,
Αἰδόμενος ἐμὲ κρύπτε· καὶ ὡς οὐκ ἔστιν ἀλύξαι
Ἀνθρώποις ὅ τι Μοῖρα κατὰ κλωστῆρος ἐπείγει,
Μάντι Εὐηρείδα, μάλα σε φρονέοντα διδάσκω.
Τῶς ἔλεγεν βασίλεια· ὁ δ' ἀνταμείβετο τοίως·
Θάρσει, ἀριστοτόκεια γύναι, Περσήϊον αἷμα.
Ναὶ γὰρ ἐμὸν γλυκὺ φέγγος ἀποιχόμενον πάλαι ὄσσων,
Πολλαὶ Ἀχαιάδων μαλακὸν περὶ γούνατι νῆμα
Χειρὶ κατατρίψοντι, ἀκρέσπερον ἀείδοισαι
Ἀλκμήναν ὀνομαστί· σέβας δ' ἔση Ἀργείαισι.
Τοῖος ἀνὴρ ὅδε μέλλει ἐς οὐρανὸν ἄστρα φέροντα
Ἀμβαίνειν τεὸς υἱός, ἀπὸ στέρνων πλατὺς ἥρως,
Οὗ καὶ θηρία πάντα καὶ ἀνέρες ἥσσονες ἄλλοι.

68. Fr. Iacobsio scribendum videtur αἰδόμενός με κρ. In sequentibus Schaefer. proponit τί δ', ὡς οὐκ ἔστιν ἀλ. Meinekio scribi posse videtur καὶ ὡς οὐκ ἔστιν ἀλ., ne sic quidem, sc. εἰ καί τις κρύπτοι. Vulgata non sollicitanda videtur.

72. In cod. Vat. post hunc versum haec inserta leguntur: Θάρσει μελλόντων δὲ τὸ λώϊον ἐν φρεσί.

75. Alii καταστρέψοντι.

tasse excusatio in nomine proprio. Synizesin statuit cum Hermanno Elem. doctr. metr. p. 55. Meineke. — μάλα σε φρ. διδάσκω, te doceo, qui ipse iam id cognitum habes; rem dico tibi satis tritam.

71. βασίλεια· ὁ δ'] observa hiatum in medio tertio pede in caesurâ trochaicâ, quem nec peritissimi versuum artifices evitaverunt. Vid. Not. Crit. ad Anthol. Pal. Tom. III. p. 26.

72. Περσήϊον αἷμα] Alcmena filia erat Anaxus, quae ex Alcaeo, Persei atque Andromedae filio, nata erat.

73. Per oculorum lumen, quo iam privatus erat, iurat. Nempe res est, etiam postquam amissa est, ob recordationem gratissima.

74. Alcmena inter mulieres celebratissima erit. Pro hoc dicit: eam cantabunt mulieres inter nendum. — πολλαί dictum ubi πολλάκις exspectabas. Cf. Id. XVI, 72.

75. κατατρίψοντι] terent deducentes s. decerpent. Mulieres enim dum fila digitis contorquent, ea terunt. Catull. LXIV, 316. decerpens aequabat semper opus deus etc. Nescio quid difficultatis hic moverit Kiessl.

76. Epigr. apud Gruter. p. 139, 10., ubi mulieres πρὸς λύχνον, ᾧ μύθους ἤδομεν ἡμιθέων.

78. ἀπὸ στέρνων πλ.] lato pectore. Praepositio ἀπό circumscriptioni inservit, ut in illo θῆλυς ἀπὸ χροιᾶς Κύκνος Id. XVI, 49. Bernhardy Syntax. p. 223. comparat Auctor. libri de republ. Laced. V, 9. ἀπό τε τῶν σκελῶν καὶ ἀπὸ χειρῶν .... γυμνάζονται. Latum pectus signum roboris ac virilitatis. Hinc Agamemnon Homero dicitur ἴκελος στέρνον Ποσειδάωνι Il. II, 479.

79. ἄλλοι] hic ob θηρία, quod

Δώδεκά οἱ τελέσαντι πεπρωμένον ἐν Διὸς οἰκῆν
Μόχθως· θνατὰ δὲ πάντα πυρὰ Τραχίνιος ἑξεῖ.
Γαμβρὸς δ' ἀθανάτων κεκλήσεται, οἳ τάδ' ἐπῶρσαν
Κνώδαλα φωλεύοντα βρέφος διαδηλήσασθαι.
Ἔσται δὴ τοῦτ' ἆμαρ, ὁπανίκα νεβρὸν ἐν εὐνᾷ
Καρχαρόδων σίνεσθαι ἰδὼν λύκος οὐκ ἐθελήσει.
Ἀλλά, γύναι, πῦρ μέν τοι ὑπὸ σποδῷ εὔτυκον ἔστω,
Κάγκανα δ' ἀσπαλάθω ξύλ' ἑτοιμάσατ', ἢ παλιούρω,
Ἢ βάτω, ἢ ἀνέμῳ δεδονημένον αὖον ἄχερδον·
Καῖε δὲ τῷδ' ἀγρίαισιν ἐπὶ σχίζαισι δράκοντε

84 sq. Aptiorem locum haberent hi versus post v. 79., ubi poeta de belluis profligatis loquitur. Tum vero versum 83. recte exciperet v. 86., quo Tiresias exponit, qua ratione noxia bellaarum vis (τὸ διαδηλήσασθαι) averruncari queat. Fr. Iacobsio scribendum videtur ἔσται δ' ἦ, quo facto haec cum praecedentibus sic cohaererent: belluas nunc in eum concitarunt dii; erit autem tempus, quo talia monstra ab eodem debellata hominibus non amplius erunt infesta. De particulâ ἦ in mediâ oratione vide Heindorf. ad Platon. Tom. IV. p. 390.

noxias belluas denotat, ita accipi possit: et viros quoque noxios. Simpliciorem tamen cum Fr. Iacobsio praefero rationem hanc, ut ἄλλοι ad Herculem referatur, cui reliqui omnes viri robore et virtute cedunt.

81. πυρὰ Τραχ.] Herculem in Oetâ, monte Thessaliae, crematum esse constat. Trachis vero urbs Thessaliae haud procul ab Oetâ.

82. γαμβρὸς δ' ἀθανάτων] sc. Iovis atque Iunonis, ex qua deâ Iuventas nata. Hesiod. Theog. 922. Non opus igitur est ad eam explicationem confugias, quam proposuit Bernhardy Syntax. p. 61., ut ἀθάνατοι de uno Iove dictum pro genere divino accipiatur.

87. Omnibus spinarum generibus vim noxarum depellendarum inesse existimabant veteres. Vid. Nic. Heins. ad Ovid. Fast. II. 28. F. I. — παλίουρος est Rhamnus Paliurus Linn., nobis Christdorn. Eadem saepius iunguntur. Vid. Delect. Epigr. p. 262.

91. κόνιν πυρός] κόνις hic, ut aliquoties apud Homerum, de cinere.

92. Difficultatem hic movet Kiessl., qui possint cineres trans fluvium ultra terminos mitti; haec sensum non habere, nisi cogitemus fluvium arcto alveo decurrentem et ipsos ditionis terminos alluentem. Rem ita expedi: ancilla flumine superato cineres condit in rimâ rupis extra fines regni positae; domum inde rediens oculos iubetur non revertere ad eum locum, quo cineres deposuerit. — Fluvius est Dirce, quem aliis fontem dictum Pausanias IX, 8. ποταμόν appellat, Plinius histor. nat. IV, 7. fluvium. Tum rupes intellige eas, quae inter lacum Hylicem et Thebas sunt, ubi fluit Dirce. — Res portentosas, quae lustrationis necessitatem imponerent, ultra urbis terminos eiici solitas esse quum alii loci testantur, tum Liv. XXVII, 37., a I. H. Voss. allatus. Praeterea notatu dignum, quod purgamenta ab adversis trans caput iaciebantur.

Νυκτὶ μέσᾳ, ὅκα παῖδα κανῆν τεὸν ἤθελον αὐτοί.
Ἠρι δὲ συλλέξασα κόνιν πυρὸς ἀμφιπόλων τις
Ῥιψάτω εὖ μάλα πᾶσαν ὑπὲρ ποταμοῖο φέροισα
Ῥωγάδας ἐς πέτρας ὑπερούριον· ἄψ δὲ νέεσθαι
Ἄστρεπτος· καθαρῷ δὲ πυρῶσατε δῶμα θεείῳ
Πρᾶτον· ἔπειτα δ' ἅλεσσι μεμιγμένον, ὡς νενόμισται,
Θαλλῷ ἐπιῤῥαίνειν ἐστεμμένον ἀβλαβὲς ὕδωρ·
Ζηνὶ δ' ἐπιῤῥέξαι καθυπερτέρῳ ἄρσενα χοῖρον,
Δυςμενέων αἰεὶ καθυπέρτεροι ὡς τελέθοιτε.

90. αὐτοί. Unus cod. αὐτοῦ, unde αὐτῷ edidit Boisson., librarium αὐτῶ et αὐτῷ confudisse et pro illo αὐτοῦ substituisse ratus.

96. Schaefer. ad Eurip. Orest. p. 15. edit. tert. duas coniecturas proponit, alteram ἐστεμμένῳ, alteram ἐστεμμένοι. Duo triave epitheta uni substantivo addita ne cui invenusta videantur, is legat Reisig. comment. crit. ad Soph. Oed. Col. p. 335. Pflugk. ad Eur. Hec. 425. Vid. annot.

98. Schaefer. ὡς τελέθητε legendum censet. Boisson. ὡς τελέθοιτε, sic e[illegible], de quo particulae ὡς usu ad Nicetam dixit.

Vid. Pflugk. ad Eurip. Androm. 293. Ad nostrum locum conferri potest Virgil. Eclog. VIII, 101. Fer cineres, Amarylli, foras; rivoque fluenti Transque caput iace: ne respexeris, quanquam non eam vim habet, ut Theocriteus ad amussim conformetur. — De coniunctis particulis εὖ μάλα praeter Schaef. ad Bosii Ellips. p. 223. et ad Soph. Oed. T. 958. vide Fr. Iacobs. ad Delect. Epigr. p. 3., inprimis Bornemann. ad Xen. Conv. VIII, 5. p. 186., qui plurima eiusdem similisve coloris loquutionum exempla collegit. εὖ μάλα iam apud Homerum reperiuntur consociata Od. IV, 96. XXII, 190.

93. ἄψ δὲ νέεσθαι] infinitivus imperativi loco positus, quod de tertiâ personâ paullo rarius est.

94. ἄστρεπτος] usitatior est accusativus. Vid. Matth. Gr. §. 546. p. 1073. — Frequens sulphuris usus in lustrationibus. Tibull. I, 5, 11. Ipseque ter circum lustravi sulphure puro, ad quem locum vide interpp.

95. Multas atque eas diversas hic locus expertus est explicationes. Ne longus sim in aliorum rationibus afferendis atque refutandis, non dubito, quin iungenda sint θαλλῷ ἐπιῤῥαίνειν ὕδωρ, quod ipsa verborum collocatio iam suadet, ἐστεμμένον ὕδωρ vero proprio sensu accipiendum esse. θαλλός s. ramus est pro aspergillo, quo aqua lustralis, sale mixta, e lebete herbâ nescio qua (ὡς νενόμισται) secundum usum notum, quem disertius commemorare non videbatur necessarium, cincto et coronato hauritur.

97. Sus Iovi ut plurimum sacrificatur. — Deus autem audit καθυπέρτερος. Nam precantes ex variis deorum cognominibus illud solebant deligere, quod rei quam optabant accomodatissimum esset.

98. Observa optativum τελέθοιτε post infinitivum ἐπιῤῥέξαι, de quo Bernhardy Synt. p. 407. not. laudat Schaefer. ad Demosth. I. p. 436.

Ὦρα, καὶ ἐρωήσας ἐλεφάντινον ᾤχετο δίφρον
Τειρεσίας, πολλοῖσι βαρύς περ ἐὼν ἐνιαυτοῖς.
Ἡρακλέης δ' ὑπὸ ματρί, νέον φυτὸν ὡς ἐν ἀλωᾷ,
Ἐτρέφετ', Ἀργείω κεκλημένος Ἀμφιτρύωνος.
Γράμματα μὲν τὸν παῖδα γέρων Λίνος ἐξεδίδαξεν,
Υἱὸς Ἀπόλλωνος, μελεδωνεύς, ἄγρυπνος ἥρως·
Τόξον δ' ἐντανύσαι καὶ ἐπίσκοπον εἶναι ὀϊστῶν

107. Alii ἔπλαξεν.' Vid. Buttmann. Gr. ampl. Tom. I. p. 282.

112. Vulgo πυγμάχοι, quod servavit Meineke. Salmasianam con-

99. ἐρωήσας ἐλ. δίφρον] removit sellam et abiit. Ita ἐρωεῖν cum accusativo Homer. Il. XIII, 57. Kiessl.

100. βαρύς περ ἐὼν ἐν.] Aelian. Hist. Anim. VI, 61. VII, 2. γήρᾳ βαρεῖς. Praepositio σύν additur, sed sensu non multum diverso (cf. Bernhardy Synt. p. 214.) apud Sophocl. Oed. R. 17. σὺν γήρᾳ βαρεῖς. Horat. Satir. I, 1, 4. gravis annis miles, ad quem locum tuendum facit Liv. VII, 39. milites aetate graves.

101. Summâ curâ mater eum educat. Comparatio ut elegans est, ita iam Homero usurpata Il. XVIII, 57. τὸν μὲν ἐγὼ θρέψασα, φυτὸν ὣς γουνῷ ἀλωῆς. Cf. annot. ad Id. XVIII, 29. Pflugk. ad Eurip. Hec. 26.

102. κεκλημένος Ἀμφιτρ.] Eurip. Ion. 9. Παλλάδος κεκλημένη. Herod. VI, 88. Νικόδρομος Κνοίθου καλεόμενος. Bernhardy. Syntax. p. 167.

103. Totus hic locus notabilis propterea, quod ex eo intelligitur, quam veteres ipsi sibi informaverint animo notionem de institutione heroum antiqui temporis. Nam id nemini in mentem venerit, ut ex hoc loco colligat, qualis reverâ illa institutio fuerit. Ceterum singularis de hac re exstat commentatio Siebelisii de heroum Graecorum institutione eorumque magistris, quae primum prodiit 1804., tum repetita legitur in Matthiae Miscellan. Philol. Vol. II. P. I. p. 67 — 92. — Sic quod hic de literis traditur, quas Linus puerum docuerit, nemo non videt poetam quae suis temporibus usu essent recepta ad antiquitatis tempora retulisse.

105. ἐπίσκοπον ... ὀϊστῶν] sagittarum moderatorem (ut moderator arundinis apud Ovid.). Scilicet ἐπίσκ. ὀϊστῶν ita dictum videtur, ut ἐπίσκοπος δαίμων, κώπης ἄνακτες, ψευδῶν ἄνακτες, quae ultima comparavit Musgr. Eodem sensu accipit haec verba Passov. in Lex. Alii, vocis originem a σκοπός deducentes, interpretantur: qui sagittas in scopum dirigit, s. peritum sagittarum iaculatorem. Sed huic rationi obstare videtur genitivus ὀϊστῶν, cuius exempla sic positi equidem desidero. Nam quod afferri possit ἐπίσκοπος νίκης, huius loquutionis dispar est ratio.

106. Unâ cum Hercule Eurytus artis iaculandi peritissimus nominatur Homer. Od. VIII, 224. Uterque ibi narratur ab Ulysse cum ipsis adeo diis de praestantiâ artis suae certavisse; Eurytus vero, quod Apollinem provocaverit, ad superbiam puniendam ab hoc deo occisus esse. — ἐκ πατέρων. Vid. annot. ad Id. XVI, 33.

108. Quum tres sint Eumolpi probe discernendi, alius Triptole-

Εὔρυτος, ἐκ πατέρων μεγάλαις ἀφνειὸς ἀρούραις.
Αὐτὰρ ἀοιδὸν ἔθηκε καὶ ἄμφω χεῖρας ἔπλασσεν
Πυξίνᾳ ἐν φόρμιγγι Φιλαμμονίδας Εὔμολπος.
Ὅσσα δ' ἀπὸ σκελέων ἑδροστρόφοι Ἀργόθεν ἄνδρες
Ἀλλάλως σφάλλοντι παλαίσμασιν, ὅσσα τε πύκται
Δεινοὶ ἐν ἱμάντεσσιν, ἅ τ' εἰς γαῖαν προπεσόντες
Παμμάχοι ἐξεύροντο παλαίσματα σύμφορα τέχνᾳ,

iecturam, quam **Gaisford.** codd. niti affirmat, cum **Kiessl.** in verborum ordinem intuli. In *πυγμάχος* et *παμμάχος* an accentus recte sit collocatus, dubitat **Buttmann.** Gr. ampl. Tom. I. p. 374.

mo aequalis, cui Ceres fruges dedit, alius Thrax, cuius nomen frequens est in Eleusiniis mysteriis, alius tandem, qui unâ cum Hercule, quem initiavisse dicitur mysteriis, saepe commemoratur, hunc quidem Eumolpum alii filium Musaei fuisse perhibent. Theocritus igitur alios auctores sequutus est tum in origine Eumolpi indicandâ, tum in arte appellandâ, quam ab eo acceperit Hercules. — **Philammon**, filius Phoebi et Chiones, inter antiquissimos musicos refertur.

109. *ὅσσα ... παλαίσμασιν*] **artem luctandi** circumscribit poeta. Ii enim, qui luctâ inter se certant, id inprimis tentant, ut adversarium supplantatum prosternant. *ἑδροστρόφοι* audiunt ab *ἕδρα*, qui gradus est luctantium, ex quo alter alterum deiicit. In hunc usum declarandum adhiberi debebat **Theophr.** Char. 27. *καὶ παλαίων ἐν τῷ βαλανείῳ πυκνὰ τὴν ἕδραν στρέφειν*, ad quem locum vide **Schneider.** Hinc tam *πάλη* quam *παλαιστής* audiunt *εὔστροφος*. Vid. **Hemsterh.** ad h. l. p. 213. **Gaisford.** Praeter haec **Fr. Iacobs.** ad vocabulum *ἕδραν* illustrandum advocat **Heliodor.** III, 10., ubi *τὸ εὔτροπον καὶ οὐδεμίαν ἕδραν ἀνεχόμενον* iungitur. Ibid. X, 31., de eo, qui se ad luctam componit: *προβάλλει ἐκτάδην τὼ χεῖρε, καὶ τοῖν ποδοῖν τὴν βάσιν εἰς τὸ ἑδραῖον διερεισάμενος.* In ipsâ autem luctae descriptione ibid. c. 32. *τὴν βάσιν κατὰ τὰ σφυρὰ καὶ ἀστραγάλους τῇ πτέρνῃ σφοδρῶς τε καὶ ἐπαλλήλως ἐκμοχλεύσας.* — *ἀπὸ σκελέων*, i. e. *σκέλεσι*; illam vero iuncturam praetulit poeta ob sequens *παλαίσμασιν*. — **Argivi** vero prae aliis nominantur, quod apud eos ars palaestrica inprimis floruit. Hinc *Ἀργείων ἁ πάλα.* Vid. Animadv. ad Anthol. Tom. I. P. II. p. 163. Tom. II. P. I. p. 107. ad Del. Epigr. p. 76. — Tandem adverte ad constructionem, de qua recte dixit **Kiessl.** Proprie dicendum fuerat poetae: *ὅσσα παλαίσματα ἐξευρόμενοι σφάλλοντι*, sed maluit mutatâ structurâ *ὅσσα ... παλαίσμασι σφάλλοντι* ponere.

111. *ἐν ἱμάντ.*] possit, quispiam referre ad *πύκται*, **qui manus et brachia loris instructi sunt.** In quem finem comparaveris *ἐν πέλταις καὶ ἀκοντίοις*, *ἐν τόξοις ἀγωνίζεσθαι* et multa huiusmodi. Cf. **T. Hemsterh.** in Anecd. p. 30 sq. Unice verum tamen, ut iungas *δεινοὶ ἐν ἱμάντ.*, **terribiles ob caestus**, quod dictum ut *ἐν ὅρκῳ μέγαν* **Soph.** Oed. R. 653. *ἐν εὐγενείᾳ καὶ πλούτῳ πρῶτος Ἀθηναίων* **Diodor.** XIII, 37. Vid. **Bernhardy** Syntax. p. 212. — *ἐς γαῖαν προπεσ.* De hoc artificio vide quae dixit **Fr. Iacobs.** ad Philostr. Imagg. II, 6. p. 434 sq.

112. *παμμάχοι*] iidem sunt, qui *παγκρατιασταί* alias appellantur.

Πάντ' ἔμαθ' Ἑρμείαο διδασκόμενος παρὰ παιδὶ
Ἁρπαλύκῳ Φανοτῆϊ· τὸν οὐδ' ἂν τηλόθι λεύσσων
Θαρσαλέως τις ἔμεινεν ἀεθλεύοντ' ἐν ἀγῶνι·
Τοῖον ἐπισκύνιον βλοσυρῷ ἐπέκειτο προσώπῳ.
Ἵππους δ' ἐξελάσασθαι ὑφ' ἅρματι, καὶ περὶ νύσσαν
Ἀσφαλέως κάμπτοντα τροχῷ σύριγγα φυλάξαι
Ἀμφιτρύων ὃν παῖδα φίλα φρονέων ἐδίδασκεν
Αὐτός, ἐπεὶ μάλα πολλὰ θοῶν ἐξήρατ' ἀγώνων
Ἄργει ἐν ἱπποβότῳ κειμήλια· καί οἱ ἀαγεῖς
Δίφροι, ἐφ' ὧν ἐπέβαινε, χρόνῳ διέλυσαν ἱμάντας.
Δούρατι δὲ προβολαίῳ, ὑπ' ἀσπίδι νῶτον ἔχοντα,
Ἀνδρὸς ὀρέξασθαι, ξιφέων τ' ἀνέχεσθαι ἀμυχμόν,
Κοσμῆσαί τε φάλαγγα, λόχον τ' ἀναμετρήσασθαι

114. Vulgo Φανοπῆϊ. Φανοτῆϊ est in cod. Mediol. Kiessl. proponit etiam Πανοπῆϊ. Vid. annot.

114. Harpalycus Phanoteus nominatur ab urbe Phocidis, cuius incolae et Phanotei et Panopei appellabantur teste Strab. IX, 528. Tzschuck. Πανοπεὸς ὁ νῦν Φανοτεός, ὅμορος τοῖς περὶ Λεβαδίαν τόποις. Adde interpp. ad Sophocl. Electr. 45. Ceterum ab Apollod. II, 4, 9. is, qui Herculem pancratium docuit, Autolycus vocatur, quod nomen hic quoque reponendum censet Heyne.

116. βλοσ. ἐπέκ. προς.] simile hoc apud Apollon. Rhod. IV, 1437. ὅσσε δέ οἱ βλοσυρῷ ὑπέλαμπε μετώπῳ.

118. τροχ. σύρ. φυλ.] tam brevi enim gyro, quum ad extremam hippodromi columnam pervenissent, flectebant, ut axis paene contingeret columnam. Quamobrem hoc inprimis inter pericula, quae aurigantibus subeunda erant, commemoratur. Vid. Homer. Il. XXIII, 334 sqq. et lege quae ab Hermanno ad Sophocl. Elect. 710. disputata sunt. — Quemadmodum vero Amphitruo Herculem artem aurigandi docet, ita Nestor quoque suum filium apud Homer.

122. Sensus est: currus e certaminibus salvi et integri reducti, vetustate demum soluti sunt.

123. ὑπ' ἀσπ. νῶτον ἔχ.] quo melius enim ac liberius brachium moveret, scutum in tergum coniecit.

125. Iunge καὶ ἐπιόντα ἀναμετρ. λόχον δυσμ. λόχον simpliciter accipe de copiis appropinquantibus, quarum numerum e longinquo aestimare prudentis est ducis. Kiessl. vertit: atque in impetu faciendo praevidere insidias, quae parari possunt ab hostibus. Sed obstat ἐπιών, quod quomodo insidias aut iam paratas aut parandas significare possit, non assequor.

127. ἱππαλίδας] poeticam formam habent pro ἱππεύς, ad eamque firmandam Schaefer. ad Mosch. I, 3. confert δραπετίδας pro δραπέτης. At videtur utrumque non satis recte inter se comparari posse. Rectius habueris pro patronymico, modo de Hippalo, Castoris patre, constaret. Boisson. hoc praetulit, ad Claverium provocans ad Apollod. p.

Δυςμενέων ἐπιόντα, καὶ ἱππήεσσι κελεῦσαι
Κάστωρ ἱππαλίδας ἔδαεν, φυγὰς Ἄργεος ἐνθών,
Ὁππόκα κλᾶρον ἅπαντα καὶ οἰνόπεδον μέγα Τυδεὺς
Ναῖε, παρ' Ἀδρήστοιο λαβὼν ἱππήλατον Ἄργος.
Κάστορι δ' οὔτις ὁμοῖος ἐν ἀμιθέοις πολεμιστὰς
Ἄλλος ἔην, πρὶν γῆρας ἀποτρῖψαι νεότητα.
Ὧδε μὲν Ἡρακλῆα φίλα παιδεύσατο μάτηρ.
Εὐνὰ δ' ἦς τῷ παιδὶ τετυγμένα ἀγχόθι πατρός,
Δέρμα λεόντειον, μάλα οἱ κεχαρισμένον αὐτῷ·
Δεῖπνον δὲ κρέα τ' ὀπτά, καὶ ἐν κανέῳ μέγας ἄρτος,
Δωρικός, ἀσφαλέως κε φυτοσκάφον ἄνδρα κορέσσαι·
Αὐτὰρ ἐπ' ἄματι τυννὸν ἄνευ πυρὸς αἴνυτο δόρπον,
Εἵματα δ' οὐκ ἀσκητὰ μέσας ὑπὲρ ἕννυτο κνάμας.
[Λείπει τὸ τέλος τοῦ παρόντος Εἰδυλλίου.]

250. — Omnino Theocritus aliam hic et diversam à vulgari narratione insistit viam, dum Castorem profugum ex Argo venisse statuit, moleste, ut videtur, ferentem, quod Tydeus regnum obtineret. Tydeus enim, et ipse profugus, quum Argos venisset, ab Adrasto benigne exceptus, et filiam eius Deipylen in matrimonium duxit, et mortuo ei successit in imperio. — ἔδαεν. Vid. Buttmann. Gr. ampl. Tom. II. P. I. p. 100.

131. πρὶν γῆρας ἀποτρ.] Castor enim, quippe qui Tyndari filius erat, non immortalis erat, sed omnia humanae sortis incommoda experiebatur. Sed Pollux, Iovis filius, sempiterno iuventutis flore gaudebat. — ἀποτρῖψαι oppositum loquutioni ἀποξύσαι τὸ γῆρας apud Homerum.

132. παιδεύσατο] edocendum curavit.

135. De Herculis voracitate satis constat. Cf. quae observavimus ad Eurip. Alc. 771. Scilicet Hercules, quod athletarum habebatur robustissimus, ut artis exemplum praebebat, ita in victu quoque ceteris praeibat. Cf. notata ad Id. IV, 12. — Doricus panis, ex crassiore farinâ coquebatur et grandior erat quam ceteri Graeci panem fingere solebant. Vid. O. Müller. Dorier. Tom. II. P. II. p. 477.

136. κορέσσαι] infinitivus pendet ab adiect. μέγας, quod, si sensum spectas, pro ἱκανός iam dictum est. Haud absimile est Pindaricum Nem. X, 19. βραχύ μοι στόμα πάντ' ἀναγήσασθαι, ubi vide Dissenii annotat. (in Biblioth. Script. Graec.)

137. ἐπ' ἄματι] die finito. Vid. Kiessl. ad h. l. et qui accurate de hoc usu praepositionis ἐπί egit Nitzsch. ad Odyss. II, 284.

XXV.

ARGUMENTUM.

In hoc poemate, sive poematis potius fragmento, Hercules repraesentatur in agro Eleo, circa Augiae stabula. Quo quum venisset, a sene quodam, regii pecoris custode, ad regem deducitur — 84., qui ad armenta sua invisenda ex urbe in agrum concesserat. Intexitur descriptio gregis immensi a pascuis redeuntis — 137. Ubi quum taurus inter ceteros robore excellens Herculem aggreditur nulloque ab eo repellitur negotio, regis puerique regii animus magnâ fortissimi viri admiratione percellitur — 150. Inde dum in eâdem viâ pergunt, Phyleus, hoc enim nomine Augiae filius appellabatur, Herculem rogat, ut quibus artibus Nemeum leonem superaverit sibi enarrare velit — 189., cui morem gerens Hercules omnem rem quomodo acta sit diserte enarrat. — Theocriti poema esse nonnulli dubitant. Pro iunioris poetae foetu habent Beckius et Eichstaedt., quem vide in Adumbr. Quaest. de Carm. Theocr. p. 26 sqq. Hermannus tamen ad Orpheum p. 691 sq. Theocriti ingenio non indignum videri existimans non solum prosodiae rationem bucolico generi propiorem esse monet, sed in oratione etiam esse nonnulla a scriptore isto usurpata, quae epicis ignota, solis fere concessa videantur bucolicis. F. I.

Hoc quoque poema fuerunt qui Theocriti esse negarent. Quominus iustam de eo feramus sententiam, impedit nos, ut alia taceam, iam id, quod non integrum ad nos pervenit. Initium enim deesse unusquisque intelligit, a nemine admonitus; in medio quoque carmine aliquot locis desiderari particulas quasdam non est quod dubites, vid. annotationem ad v. 108, 153.; tandem in fine maiorem carminis partem temporum iniuriâ intercidisse valde est probabile. Quae quum ita sint, noli mirari diversissimas a viris doctis de eius auctore prolatas esse sententias. Referre nolo somnia eorum, qui de Panyasi aut de Pisandro adeo cogitaverunt. Auctorem aetatis Alexandrinae tempora non superare tam

metricae rationes, de quibus consule Hermann. ad Orph. p. 691. p. 758., quam linguae usus evincunt. Hoc igitur quum pro certo poni posse videatur, equidem ab eorum haud abhorreo sententiâ, qui Theocritum ipsum huius carminis auctorem habent. Ut ita statuam, movent me ea, quae iam Hermannus in medium protulit, argumenta: primum quod haud exigua huius carminis cum ceteris Theocriti carminibus intercedit similitudo, quae cernitur in eo, quod prosodiae ratio bucolico generi propior est; tum quod nonnulla in hoc carmine reperiuntur, quae epicis ignota, solis fere concessa erant bucolicis: quo refer inprimis correptiones ante mutam cum liquida in hoc carmine obvias. Ipsa porro epici argumenti tractatio mihi quidem Theocriteum quendam colorem habere videtur: quanquam probe intelligo hoc, quum ab unius cuiusque sensu res pendeat, admodum dubium visum iri aliis. — Eandem haud dubie sententiam fovens de auctore carminis plurimos dorismos invexit Boissonade, partim codd. vestigiis insistens, partim analogiae rationem sequutus. Hoc exemplum imitari nolim, quum mihi persuasum sit Theocritum, dialecto prudenter temperatâ, in epico carmine sermonem praetulisse, quo alii quoque poetae exemplum Homeri sequuti usi erant. Huc accedit, quod admodum verisimile est librarios ad formas doricas inferendas iusto procliviores fuisse. Quamobrem media quaedam, quam codices ipsi monstrant, via tenenda est.

ΗΡΑΚΛΗΣ ΛΕΟΝΤΟΦΟΝΟΣ,

Η ΚΑΤΑ ΤΙΝΑ ΑΝΤΙΓΡΑΦΑ

ΑΥΓΕΙΟΥ ΚΛΗΡΟΣ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ κε'.

[Λείπει ἡ ἀρχή.]

Τὸν δ' ὁ γέρων προσέειπε, φυτῶν ἐπίουρος ἀροτρεύς,

Idyll. XXV. 1. Alii βοῶν ἐπιβουκόλος ἀνήρ, quam lectionem ex interpretatione vocis ἐπίουρος ortam esse recte iudicaverunt viri docti.

Idyll. XXV. 1. Cogita Herculem, quum Augiam quaesiturus esset, in huius agris in operarium aliquem operi rustico intentum incidisse, ex eoque quaesivisse, ubinam versaretur Augias. Servus, intermisso opere, viae ducem se offert. — ἀροτρεύς generali significatione de quovis γεωργῷ videtur esse positum. F. I.

Παυσάμενος ἔργοιο, τό οἱ μετὰ χερσὶν ἔκειτο·
"Εκ τοι, ξεῖνε, πρόφρων μυθήσομαι, ὅσσ' ἐρεείνεις,
Ἑρμέω ἁζόμενος δεινὴν ὄπιν εἰνοδίοιο·
Τὸν γάρ φασι μέγιστον ἐπουρανίων κεχολῶσθαι,
Εἴ κεν ὁδοῦ ζαχρεῖον ἀνήνηταί τις ὁδίτην.
Ποῖμναι μὲν βασιλῆος ἐΰτριχες Αὐγείαο
Οὐ πᾶσαι βόσκονται ἴαν βόσιν, οὐθ' ἕνα χῶρον·
Ἀλλ' αἱ μέν ῥα νέμονται ἐπ' ὄχθαις ἀμφ' Ἐλισοῦντος,
Αἱ δ' ἱερὸν θείοιο παρὰ ῥόον Ἀλφειοῖο,
Αἱ δ' ἐπὶ Βουπρασίου πολυβότρυος, αἱ δὲ καὶ ὧδε.
Χωρὶς δὴ σηκοί σφι τετυγμένοι εἰσὶν ἑκάσταις.
Αὐτὰρ βουκολίοισι περιπλήθουσί περ ἔμπης
Πάντεσσιν νομοὶ ὧδε τεθηλότες αἰὲν ἔασι,

9. ῥα νέμονται] ita recentiores ex Cod. Vatic. Vulgo ῥα νάοντος, quod defendit Kiessl. in Ind. p. 1015. Sed quae ibi allata sunt argumenta me minus movent. Nam νέμονται non languere videtur, et νάοντος ita positum offendit, quod sine ullâ vi reliquis praepositum esset.

2. τό οἱ μετὰ χερσὶν ἔκειτο] i. e. ὃ μετὰ χερσίν s. ut pedestris scriptor diceret ὃ μετὰ χεῖρας εἶχεν.

4. Mercurium ad deos compitales pertinere et viatoribus prospicere satis notum est. Apposite afferunt Diphili comici locum apud Athen. VI. p. 238. F., qui ex emendatione Porsoni sic scribendus: ἀγνοεῖς ἐν ταῖς ἀραῖς Ὅ τι ἐστὶν εἴ τις μὴ φράσει ὀρθῶς ὁδόν.

5. κεχολῶσθαι] de perfecto cf. Rost. Gr. §. 116, 7. not.

6. ἀνήνηται] vid. Buttmann. Gr. ampl. T. II. P. I. p. 76.

9. Augias rex eam partem Elidis tenebat, quae Epeorum erat. Ad hanc regionem eiusque vicinitatem referenda sunt omnia quae hic commemorantur. — Elissus, fluvius Elidis, aquam suam in Alpheum infundit. Verba iunge ita: νέμ. ἐπ' ὄχθαις, pascuntur ad ripas, ἀμφ' Ἐλισ., ab utrâque parte Elisuntis. Sic Apollon. Rhod. II, 503. ποταμῷ ἔπι ποιμαίνουσαν et Herod. VIII, 104. τοῖσι ἀμφὶ ταύτης οἰκέουσι τῆς πόλιος. Cf. Bernhardy Syntax. p. 244.

10. Observa cumulata hic epitheta ἱερὸν θείοιο. ἱερός de quovis flumine dici potuit, sed θεῖος vocatur Alpheus, quod Olympiae inter duodecim deos maiorum gentium colebatur.

11. Buprasium locus Eleae regionis. Memoratur iam apud Hom. Il. II, 615. Etiam Strabo VIII. p. 340. C. testatur suo tempore vicum huius nominis fuisse.

15. Πηνεοῦ] pro Πηνειοῦ, ut apud Pindar. Ἀλφεοῦ pro Ἀλφειοῦ. Celebratissima vero circa Peneum regio ob pascua laetissima.

16. ποίην — θαλέθουσιν] θαλέθειν ποίην, ut θάλλειν βίον apud Aeschyl. Pers. 617. Vid. Bernhardy Syntax. p. 110. — εἱαμεναί τε, depressiores, ideoque irriguae. εἱαμενή ab εἷαται dictum, idem fere quod ἥμενος χῶρος Id. XIII, 40. Ceterum aliis

Πηνεοῦ ἄμ μέγα τῖφος· ἐπεὶ μελιηδέα ποίην
Λειμῶνες θαλέθουσιν ὑπόδροσοι εἰαμεναί τε
Εἰς ἅλις, ἥ ῥα βόεσσι μένος κεραῇσιν ἀέξει.
Αὖλις δέ σφισιν ἥδε τεῆς ἐπὶ δεξιὰ χειρὸς
Φαίνεται εὖ μάλα πᾶσα πέρην ποταμοῖο ῥέοντος,
Κείνῃ ὅθι πλατάνιστοι ἐπηεταναὶ πεφύασι,
Χλωρή τ' ἀγριέλαιος, Ἀπόλλωνος νομίοιο
Ἱερὸν ἁγνόν, ξεῖνε, τελειοτάτοιο θεοῖο.
Εὐθὺς δὲ σταθμοὶ περιμήκεες ἀγροιώταις
Δέδμηνθ', οἳ βασιλῆϊ πολὺν καὶ ἀθέσφατον ὄλβον
Ῥυόμεθ' ἐνδυκέως, τριπόλοις σπόρον ἐν νειοῖσιν
Ἔσθ' ὅτε βάλλοντες, καὶ τετραπόλοισιν ὁμοίως.
Οὔρους μὴν ἴσασι φυτοσκάφοι, οἳ πολυεργοὶ

15. Vulgo Μηνίου. Pars codd. Πηνειοῦ, unde Πηνεοῦ correxit Heyne, quod cum Meinek. et Boisson. recepi. — De ἂμ μέγα vid. annot. crit. ad Id. XX, 39.

16. Ita codd. Ante Valckenar. legebatur λειμῶνές τε φέρουσιν. In locis accentu leni scribitur εἰαμενή.

17. εἰς ἅλις] haec formula, quam ad Alexandrinam demum aetatem cum aliis refert Sturz. de dial. Maced. p. 210., usu proborum scriptorum satis defenditur. Vid. Bernhardy Syntax p. 196. Idem valet de σύναμα v. 126. Verumtamen quo recentiores sunt scriptores, eo saepius huiusmodi formas in usum vocarunt. Cf. Lobeck. ad Phryn. p. 48.

21. Ἀπόλλωνος νομίοιο] quo nomine colebatur hic deus. Idem epitheton apud Callim. h. in Apoll. 47. Vid. Boeckh. ad Pindar. Pyth. IX. p. 324. Aptum vero h. l. dei gregum custodis epitheton et sacellum.

22. ἱερὸν ἁγνόν] coniunguntur etiam ab Homero. Nunc designatur his vocibus lucus Apollinis oleastris et platanis consitus.

23. εὐθύς] iuxta eum locum, in quam notionem εὐθύς rarius, opinor, adhibetur. Sic Latinorum statim, quod simili modo de locorum se excipientium situ nonnunquam usurpatur. — σταθμοί, latiore significatu de iis aedificiis, quae praeter operarum habitationes horrea frugibus condendis complectebantur.

25. Arationem pro soli ratione ter quaterve repetitam esse satis constat.

27. οὔρους] ab οὖρος pro ὅρος, quod de saxis terminalibus intellige. Hom. Il. XXII, 405. οὖρον ἀρούρης et Athen. XII. p. 543. E. ἀνυπέρβλητος δὲ πέπηγεν οὖρος. — Agrorum, qui in ditione Augiae sunt, tam late extenduntur fines, ut nonnisi eorum cultores, per regionem totam dispersi, eas nôrint. Ii autem omnes, peractis per aestatem laboribus, ad festum Bacchi celebrandum, ut mos erat Graecorum, in unum locum conveniunt. — φυτοσκάφοι. Poeta non dicit vinitores tantum ditionis terminos novisse, reliquos vero agricolas eos ignoravisse. Sed hos iam com-

Ἐς ληνοὺς ἱκνεῦνται, ἐπὴν θέρος ὥριον ἔλθῃ.
Πᾶν γὰρ δὴ πεδίον τόδ' ἐΰφρονος Αὐγείαο,
Πυροφόροι τε γύαι, καὶ ἀλωαὶ δενδρήεσσαι,
Μέχρι πρὸς ἐσχατιὰς πολυπίδακος ἀκρωρείης·
Ἃς ἡμεῖς ἔργοισιν ἐποιχόμεθα πρόπαν ἦμαρ,
Ἣ δίκη οἰκήων, οἷσιν βίος ἔπλετ' ἐπ' ἀγροῖς·
Ἀλλὰ σύ πέρ μοι ἔνισπε (τό τοι καὶ κέρδιον αὐτῷ
Ἔσσεται), οὗ τινος ὧδε κεχρημένος εἰλήλουθας·
Ἠέ τοι Αὐγείην ἢ καὶ δμώων τινὰ κείνου
Δίζεαι, οἵ οἱ ἔασιν. ἐγὼ δέ κέ τοι σάφα εἰδὼς
Πάντα μάλ' ἐξείποιμ'· ἐπεὶ οὔ σέ γε φημὶ κακῶν ἐξ
Ἔμμεναι, οὐδὲ κακοῖσιν ἐοικότα φύμεναι αὐτόν,

44. Offendor in particulâ *καί*. Quum Hercules ex montium iugis in planitiem descenderit (cf. v. 16, 29.), leni mutatione legendum credam *τοῦ γάρ με κατήγαγεν ἐνθ. χρειώ*, quod vide annon confirmet Hom. Od. XIII, 163. *μῆτερ ἐμή, χρειώ με κατήγαγεν εἰς Ἀΐδαο.*

46. *κρίνησι*] sic vulgatum *κρίνησι* primus correxit Valckenaer. annot. ad Id. XXIII, 10. Cf. Buttm. Gr. ampl. P. I. §. 106. p. 516. Coniunctivum tamen tuetur Matth. Gr. §. 525. p. 1020.

memoraverat (*ἀγροιῶται*); nunc alterum servorum genus commemorandum erat. Quum vero dicit *φυτοσκάφους* nosse terminos ditionis Augiae, peculiaris est in verbo *ἴσασιν* emphasis, qua latitudo finium significatur. F. I. — *πολυεργοί*, laboriosi, quod per aestatem assiduis laboribus vacaverunt, nunc vero otiosi et laetitiae indulgentes.

31. *μέχρι πρὸς ἐσχ.*] *μέχρι* redundat, praepositione *πρός* adiectâ: quem usum noli cum aliis Alexandrinorum dialecto imputare; plus semel *μέχρι πρός* et *ἄχρι πρός* legitur apud Lucianum. Cf. annot. ad v. 17. — *ἐσχατιαί* hic sunt partes remotissimae ad montium iuga, quae agris opponuntur, in patente planitie sitis. Cf. annot. ad Id. XIII, 25.

33. *οἰκήων*] famulos intellige; apud Homerum in Iliade de domesticis, qui eandem domum incolunt, ponitur. Contrarium obtinet in voce *οἰκέτις*, quae apud Homerum vernam denotat, apud Theocrit. XVIII. heram significat.

34. Sic ex peregrino quaerunt. Homericum est *μυθήσεαι ὅττεό σε χρή*, ut Od. I, 124. etc. — Quae interiecta sunt *τό τοι καὶ ... ἔσσεται*, significationem habent bonae voluntatis, qua Herculem adiuturus erat operarius; sed eadem verba suspicionis quoque aliquam notionem involvunt. Etenim quae illorum temporum erat ratio, haud raro ex alienâ terrâ praedas agebant homines, ut minime sit mirandum, quod talem cautionem ostendat famulus. — Sequentia, quibus cum deo comparat Herculem, a famulo dicta puta, postquam advenam accuratius inspexisset.

37. *οἵ οἱ ἔασιν*] epicae orationis hic habes ubertatem, cuius exempla ex Homero ad h. l. dedit Schaefer. Sed, quod notatu dignum, neque pedestres scriptores apud Graecos talem abundan-

Οἷόν τοι μέγα εἶδος ἐπιπρέπει. ἦ ῥά νυ παῖδες
Ἀθανάτων τοιοίδε μετὰ θνητοῖσιν ἔασι.
Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προςέφη Διὸς ἄλκιμος υἱός·
Ναί, γέρον, Αὐγείην ἐθέλοιμί κεν ἀρχὸν Ἐπειῶν
Εἰςιδέειν· τοῦ γάρ με καὶ ἤγαγεν ἐνθάδε χρειώ.
Εἰ δ' ὁ μὲν ἂρ κατὰ ἄστυ μένει παρὰ οἷσι πολίταις,
Δήμου κηδόμενος, διά τε κρίνησι θέμιστας,
Δμώων δή τινα, πρέσβυ, σύ μοι φράσον ἡγεμονεῦσαι,
Ὅςτις ἐπ' ἀγρῶν τῶνδε γεραίτερος αἰσυμνήτης,
Ὧι κε τὸ μέν κ' εἴποιμι, τὸ δ' ἐκ φαμένοιο πυθοίμην.
Ἄλλου δ' ἄλλον ἔθηκε θεός γ' ἐπιδευέα φωτῶν.
Τὸν δ' ὁ γέρων ἐξαῦτις ἀμείβετο, δῖος ἀροτρεύς·

47. **Boisson.** ex Iunt. et tribus codd. ἡγεμονεύσας, quod ut facilitate suâ se commendat, ita tamen licet dubitare, an ipsius auctoris sit.

49. Duo codd. pro μέν κ' praebent μέν γ'. Inde **Boisson.** ᾧ γε τὸ μέν κ' εἴπ. effinxit. Duo alii codd. κ' omittunt.

51. Pro ἀροτρεύς olim vulgabatur ἀγρώτης.

tiam spreverunt. Cf. **Iacob.** Quaestion. Lucian. spec. p. 17., quod editioni Toxaris, ab ipso curatae, additum est. Adde **Schaefer.** in ind. ad Odyss. s. v. pleonasmi, **Reisig.** ad Oedip. Col. p. 229., quos laudat **Bernhardy** Syntax. p. 448.

39. Ex corporis amplitudine ac maiestate divinam Herculis originem auguratur. Similes locos dant **interpp.** ad hymn. in Cer. 213.

44. εἰςιδέειν] coram intueri atque praesens cum eo colloqui velim.

47. φράσον] i. e. κέλευσον. **Dionys.** Halicarn. Antiqu. Rom. IV, 62. φράσασα τηρεῖν ἐπιμελῶς. [poterat **Homericum** afferri Il. X, 127. Od. VIII, 68.]. Ac ne quis offendatur accusativo τινά, meminerit, eandem esse constructionem verbi κελεύειν itemque aliorum similium. V. **Brunck.** ad Apollon. Rhod. IV, 1593. et **Boisson.** ad Philostr. Her. p. 401. **Schaefer.** — Adde **Matth.** Gr. §. 382. p. 703. **Bernhardy** Syntax p. 92.

48. γεραίτερος] exspectabas superlativum. Sed γεραίτερος recte positum; comparationis enim aliquam notionem involvit: **maior natu quam alius quisquam ex reliquis.** Vid. **Bernhardy** Syntax p. 436. — αἰσυμνήτης hic **villicum** significat. Apud Cumaeos dictum fuisse τὸν ἄρχοντα tradit **Schol.** ad Eurip. Med. 19., **Aristotele** auctore excitato. ἰδίως δέ φησιν Ἀριστοτέλης ὑπὸ Κυμαίων αἰσυμνήτην τὸν ἄρχοντα λέγεσθαι. Apud **Euripidem** quoque l. d. αἰσυμνᾶν pro βασιλεύειν est, licet haec verba proprie differant. Vide **Pflugk.** ad l. c. **Fr. Iacobs.** de αἰσυμνήταις inprimis consuli iubet **Ebert.** in dissert. Siculis Tom. I. p. 16 sqq.

50. His verbis nunc se auxilio ducis indigere dicit; obscure autem opem, quam praestiturus erat Augiae, significat.

Ἀθανάτων, ὦ ξεῖνε, φραδῇ τινος ἐνθάδ' ἱκάνεις·
Ὥς τοι πᾶν ὃ θέλεις αἶψα χρέος ἐκτετέλεσται:
Ὧδε γὰρ Αὐγείης υἱὸς φίλος Ἠελίοιο,
Σφωϊτέρῳ σὺν παιδί, βίῃ Φυλῆος ἀγαυοῦ,
Χθιζός γ' εἰλήλουθεν ἀπ' ἄστεος, ἤμασι πολλοῖς
Κτῆσιν ἐποψόμενος, ἥ οἱ νήριθμος ἐπ' ἀγρῶν·
Ὥς που καὶ βασιλεῦσιν ἐείδεται ἐν φρεσὶν ᾗσιν
Αὐτοῖς κηδομένοισι σαώτερος ἔμμεναι οἶκος.
Ἀλλ' ἴομεν μάλα πρὸς μίν· ἐγὼ δέ τοι ἡγεμονεύσω
Αὖλιν ἐς ἡμετέρην, ἵνα κεν τέτμοιμεν ἄνακτα.
Ὣς εἰπὼν ἡγεῖτο· νόῳ δ' ὅγε πολλὰ μενοίνα,

64. Alii *μέμονε δέ μιν αἰεὶ ἔρεσθαι*, quod recepit Boisson.
66. Nostra lectio vulgata est. Formam *προτιμυθήσαιτο* in Iunt. repertam probat Kiessl.
69. Cod. Vatic. *ἀμφότερα*, quod recepit Boisson. Pluralis me non moratur, sed hiatus offendit.

52. Dii ipsi tuam causam agunt, quippe qui eum ipsum, quem quaeris, hic forte commorantem invenis. — Augias, quod filius Solis esset, praestantissimos tauros habere dicitur. De Sole, Augiae patre, vide Heyne ad Apollod. Tom. I. p. 473. s. Schol. Apollon. Rhod. I, 172.

55. *σφωϊτέρῳ σὺν παιδί*] cum suo filio. Pronominis usus Alexandrinorum aetate vulgaris. — *βίη Φυλῆος*, notissimâ circumscriptione de Phyleo ipso, cuius fortitudo atque robur simul praedicantur. Sic *βίη Ἡρακληείη*, alia.

56. *ἀπ' ἄστεος*] quum Strabo VIII. p. 336. Cas. p. 518. Alm. disertis verbis testetur Elidem urbem Homeri aetate nondum conditam fuisse, poetam temporum rationem non servavisse statuerunt interpp. Sed de Elide urbe haec intelligamus, nihil nos cogit; satis est ponamus aliquem vicum locumve, quem cives incoluerint; cf. v. 45. Regum autem erat vel inter suos ius dicere, vel quae in agris servi agerent inspicere. Qua in re Homerum praeeuntem habuit Theocritus Il. IV, 476. *ἐπεί ῥα τοκεῦσιν ἅμ' ἕσπετο μῆλα ἰδέσθαι.* Adde Il. VI, 25. XI, 105, 106. — *ἤμασι πολλοῖς*. Cf. annotat. ad Id. VI, 4.

59. *σαώτερος*] ad vim comparativi penitus urgendam cogitatione adhibe contrariam notionem: quam si agrorum curam aliis permitteret. Accurate de hoc comparativorum usu disputavit Nitzsch. in commentat. de comparativis Graec., quae adiecta est Platonis Ioni ab ipso edito, p. 65. Idem Nitzsch. recte animadvertit dativos *αὐτοῖς κηδομένοις* ad absolutorum casuum speciem accedere, quanquam non praetermittendum dativos hic ob praecedens *βασιλεῦσι*, ad quod attractionis quadam vi referuntur, excusationem suam habere.

61. *ἵνα κεν τέτμοιμεν*] ubi inveniemus regem. Optativus non est orationis obliquae, sed ipse per se constructus cum part. *ἄν* posse quid fieri significat. Sic statuit Hermann. de part. *ἄν* Lib. II. cap. 13. p. 11229.

63. *κορύνηκ*] de prosodiâ hu-

Δέρμα τε θηρὸς ὁρῶν χειροπληθῆ τε κορύνην,
Ὁππόθεν ὁ ξεῖνος· μέμαεν δέ μιν ἐξερέεσθαι.
Ἂψ δ' ὄκνῳ ποτὶ χεῖλος ἐλάμβανε μῦθον ἰόντα,
Μή τί οἱ οὐ κατὰ καιρὸν ἔπος ποτιμυθήσαιτο
Σπερχομένῳ· χαλεπὸν δ' ἑτέρου νόον ἴδμεναι ἀνδρός.
Τοὺς δὲ κύνες προσιόντας ἀπόπροθεν αἶψ' ἐνόησαν,
Ἀμφότερον, ὀδμῇ τε χροὸς δούπῳ τε ποδοῖιν.
Θεσπέσιον δ' ὑλάοντες ἐπέδραμον ἄλλοθεν ἄλλος
Ἀμφιτρυωνιάδῃ Ἡρακλέϊ· τὸν δὲ γέροντα
Ἀχρεῖον κλάζον τε περίσσαινόν θ' ἑτέρωθεν.
Τοὺς μὲν ὅγε λάεσσιν, ἀπὸ χθονὸς ὅσσον ἀείρων,

72. Vulgo legitur *κλάζοντε περίσσαινόν γ'*. *γε* incommodum esse iam Schaefer. sensit. Eius loco plures codd. *θ'* offerunt. *κλάζον τε* Reiskii est inventum. Nostrum Boisson. quoque adoptavit.

73. Maior pars codd. *ἆσσον*.

ius vocis vide Spitzner. Pros. §. 59, 2. not.

64. *μέμαεν*] forma rarior, de qua lege dicentem Buttmann. Gr. ampl. P. II. p. 186.

65. Suaviter hoc expressit poeta: retraxit verba, quae iam in primoribus labris versabantur. Nota Homerica loquutio: *ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων*.

69. *ἀμφότερον*] frequens usus huius pronominis ita positi sive plurali numero, quem pedestris orationis scriptores frequentant, sive singulari, qui poetis usitatus est. Homerus quidem nonnisi *ἀμφότερον* habet; Aeschylus primus (Pers. 717.) plurali usus est. Exempla collegit Welcker. ad Theogn. 400. p. 104. Vid. Bernhardy Syntax. p. 129.

70. Canes accurrentes hospitem allatrant, senem vero, quem agnoscunt, excipiunt blandientes. Quae hic leguntur, in singulis admodum suavia, comparari possunt cum Hom. Od. XIV, 29. XVI, 4. — *θεσπέσιον ὑλάοντες*. *θεσπέσιος* de quavis re, quae iustum modum excedit. Vid. Buttmann. Lexil. Tom. I. p. 168.

72. *ἀχρεῖον κλάζον*] sine causâ nec serio latrabant. *ἀχρεῖον* proprie est *ἐπ' οὐδένι χρέει* s. *χρήματι*. Quum enim latratus ad deterrendos potissimum incessendosque fures vel adversarios datus sit a naturâ, recte *ἀχρείως κλάζειν* poeta canes dicit, qui eâdem arte ad contrariam rem et ad blandiendum abuterentur. Sic hunc locum recte explicuit Doederlein. in Lectt. Hom. Specim. I. 1827. — Accusativus *τὸν γέροντα*, etiamsi ex verbo *κλάζον* pendere possit, rectius tamen, eodem Doederl. animadvertente, ita explicabitur, ut *κλάζον τε* sit *διὰ μέσου* positum. Cf. Erfurdt. ad Soph. Antig. 533. Pflugk. ad Eurip. Hec. 695, 704.

73. *ὅσσον ἀείρων*] aliquantum a terrâ sustulit lapides, eosdem iterum deiiciens. Scilicet quod ipse canum vigilantiâ gaudebat, eos tantum deterrere volebat; hinc non petiit lapidibus. De significatione pronominis *ὅσσον* laudat Kiessl. Brunck. ad Aristoph. Nubb. 434. Koeppen. ad Hom. Il. IV, 130.

Φευγέμεν ἂψ ὀπίσω δειδίσσετο· τρηχὺ δὲ φωνῇ
Ἠπείλει μάλα πᾶσιν, ἐρητύσασκε δ' ὑλαγμοῦ,
Χαίρων ἐν φρεσὶν ᾗσιν, ὅθ' οὕνεκεν αὖλιν ἔρυντο,
Αὐτοῦ γ' οὐ παρεόντος· ἔπος δ' ὅγε τοῖον ἔειπεν·
Ὦ πόποι, οἷον τοῦτο θεοὶ ποίησαν ἄνακτες
Θηρίον ἀνθρώποισι μετέμμεναι· ὡς ἐπιμηθές.
Εἴ οἱ καὶ φρένες ὧδε νοήμονες ἔνδοθεν ἦσαν,
Ἤιδει δ', ᾧτε χρὴ χαλεπαινέμεν, ᾧτε καὶ οὐκί,
Οὐκ ἄν οἱ θηρῶν τις ἐδήρισεν περὶ τιμῆς·
Νῦν δὲ λίην ζάκοτόν τι καὶ ἀῤῥηνὲς γένετ' αὔτως.
Ἦ ῥα· καὶ ἐσσυμένως ποτὶ ταὔλιον ἷξον ἰόντες.
Ἠέλιος μὲν ἔπειτα ποτὶ ζόφον ἔτραπεν ἵππους,
Δείελον ἦμαρ ἄγων· τὰ δ' ἐπήλυθε πίονα μῆλα
Ἐκ βοτάνης ἀνιόντα μετ' αὔλιά τε σηκούς τε.
Αὐτὰρ ἔπειτα βόες μάλα μυρίαι ἄλλαι ἐπ' ἄλλαις
Ἐρχόμεναι φαίνονθ', ὡςεὶ νέφη ὑδατόεντα,
Ὅσσα τ' ἐν οὐρανῷ εἰσὶν ἐλαυνόμενα προτέρωσε

82. Plurimae editt. οὐκ ἄν τοι. Reiskii coniecturam codd. confirmaverunt. — Sic v. 84. quod Valcken. emendavit ἷξον pro ἷζον, in codd. repertum.

97. στείνοντο] immerito, opinor, offendit Briggs., qui ἄγνυντο proposuit, et Boisson., qui, quum Vatic. liber τείνοντο habeat, θείνοντο inde effinxit.

74. φευγέμεν δειδίσσετο] φευγέμεν effectus significationem habet: perterrens eos retro abire coegit.

76. αὖλιν ἔρυντο] de voce ἐρύεσθαι lege Buttmann. Lexil. Tom. I. p. 62.

77. ὅγε] est idem pastor, non Hercules. Observavit iam Kiessl.

84. ἷξον ἰόντες] formula Homerica. Il. X, 470. Sic quod sequitur δείελον ἦμαρ Homericum. Od. XVII, 606. Cf. Buttmann. Lexil. Tom. II. p. 188. — Ceterum nota ἄγων hic de sole dictum, qui, quum discedit, vesperam post se ducit. Proprie quidem Nox ducit (ἄγει) vesperam.

88 — 95. Poeta innumeram boum et vaccarum multitudinem significaturus imaginem petit a nubibus, quae, quum venti saeviunt, innumerabiles conspiciuntur, aliâ aliam trudente. Pulcra comparatio, in qua nihil desideres, nihil otiosum dixeris. — οὔτις ἀριθμος ... οὔτις ἄνυσις, numero carent modoque, i. e. et innumerabiles ante oculos expanduntur, nec usquam finis apparet, quantum oculi prospiciunt. — τόσσα βοῶν — βουκόλια. Boum, qui unum gregem efficiunt unâque eunt, copia cum nubium tractu comparatur, quae in coelo meantes simul in conspectum veniunt.

97. στείνοντο] Vertunt: insonuerunt agri mugitu. Cogitare malim agros arctatos armentis mugientium boum. Denso boum agmine divitiae designantur, ut Idyll. XVI, 93. Etiam in loco Hesiod. Theog. 159. στο-

Ἠὲ νότοιο βίῃ, ἠὲ Θρῃκὸς βορέαο·
Τῶν μέν τ' οὔτις ἀριθμὸς ἐν ἠέρι γίνετ' ἰόντων,
Οὐδ' ἄνυσις· τόσα γάρ τε μετὰ προτέροισι κυλίνδει
Ἲς ἀνέμου, τὰ δέ τ' ἄλλα κορύσσεται αὖθις ἐπ' ἄλλοις·
Τόσσ' αἰεὶ μετόπισθε βοῶν ἐπὶ βουκόλι' ᾔει.
Πᾶν δ' ἄρ' ἐνεπλήσθη πεδίον, πᾶσαι δὲ κέλευθοι,
Ληΐδος ἐρχομένης· στείνοντο δὲ πίονες ἀγροὶ
Μυκηθμῷ· σηκοὶ δὲ βοῶν ῥεῖα πλήσθησαν
Εἰλιπόδων· ὄϊες δὲ κατ' αὐλὰς ηὐλίζοντο.
Ἔνθα μὲν οὔτις ἔκηλος, ἀπειρεσίων περ ἐόντων,
Εἱστήκει παρὰ βουσὶν ἀνὴρ κεχρημένος ἔργου·
Ἀλλ' ὁ μὲν ἀμφὶ πόδεσσιν ἐϋτμήτοισιν ἱμᾶσι
Καλοπέδιλ' ἀράρισκε, παρασταδὸν ἐγγὺς ἀμέλγων·
Ἄλλος δ' αὖ φίλα τέκνα φίλαις ὑπὸ μητράσιν ἵει,
Πινέμεναι λαροῖο μεμαότα πάγχυ γάλακτος·
Ἄλλος ἀμόλγιον εἶχ', ἄλλος τρέφε πίονα τυρόν·
Ἄλλος ἐσῆγεν ἔσω ταύρους, δίχα θηλειάων.

104. Dativus *μητράσιν* in uno cod. inventus est. Vulgo *φίλας ὑπὸ μητέρας*. — Mox plurimi codd. *λιαροῖο πέπληντο δὲ π. γ.*

106. Alii *στρέφε*. Nostrum bene defendit Valcken. ad Herod. IV, 9. p. 284.

ναχίζετο Γαῖα πελώρη Στεινομένη vertendum puto arctata.

100. Redeuntes in stabula greges multum negotii facessiverunt operariis, ut nullus eorum otiosus esset. — *ἔκηλος*. Multus est de hac voce Buttmann. Lexil. Tom. I. p. 140 sqq., ubi animadvertit rectum vocis usum inflecti a Theocrito, quippe qui ponat de eo, qui propter desidiam in otio est; apud Homerum contra *ἔκηλον* dici eum, qui in securo otio degit, quod curarum vacuus est. — *ἀπειρ. περ. ἐόντων.* Accipienda sunt haec verba de innumerâ pecudum multitudine, ut recte iam indicavit Kiessl. Alii secus retulerunt ad hominum, qui praesto adfuerint, multitudinem.

102. Pedicis coarctabantur vaccae, ut suo quaeque loco maneret et facilem se praeberet ad mulgendum; quo fine nunc loris vel catenis alligantur. — *καλοπέδιλα* sunt ligneae pedicae.

104. *ὑπὸ ... ἵει*] propria haec in eâ re vox. Id. IX, 3. *μόσχως βωσὶν ὑφέντες.*

105. *μεμάοτα*] cf. Buttmann. Gr. ampl. Tom. II. P. I. p. 185.

106. *τρέφε*] significat comprimere, condensare; unde *τραφερός* densus, firmus. Nostrum locum tam explicat quam confirmat Aelian. Hist. An. XVI, 32. *γίγνεσθαι δὲ ἐξ αὐτῶν γάλα καὶ τοῦτο τρεφόμενον τυρὸν ἐργάζεσθαι κάλλιστον.*

107. Vespere vaccae a tguris, oves ab arietibus, caprae ab hir-

Αὐγείης δ' ἐπὶ πάντας ἰὼν θηεῖτο βοαύλους,
Ἥντινά οἱ κτεάνων κομιδὴν ἐτίθεντο νομῆες.
Σὺν δ' υἱός τε βίη τε βαρύφρονος Ἡρακλῆος
Ὡμάρτευν βασιλῆϊ διερχομένῳ μέγαν ὄλβον.
Ἔνθα καὶ ἄῤῥηκτόν περ ἔχων ἐν στήθεσι θυμὸν
Ἀμφιτρυωνιάδης καὶ ἀρηρότα νωλεμὲς αἰεί,
Ἐκπάγλως θαύμαζε βοῶν τόγε μυρίον ἔθνος
Εἰσορόων. οὐ γάρ κεν ἔφασκέ τις οὐδὲ ἐώλπει
Ἀνδρὸς ληΐδ' ἑνὸς τόσσην ἔμεν, οὐδὲ δέκ' ἄλλων,
Οἵγε πολύῤῥηνες πάντων ἔσαν ἐκ βασιλήων.
Ἠέλιος δ' ᾧ παιδὶ τόδ' ἔξοχον ὤπασε δῶρον,
Ἀφνειὸν μήλοις περὶ πάντων ἔμμεναι ἀνδρῶν·
Καί ῥά οἱ αὐτὸς ὄφελλε διαμπερέως βοτὰ πάντα
Ἐς τέλος· οὐ μὲν γάρ τις ἐπήλυθε νοῦσος ἐκείνου
Βουκολίοις, αἵτ' ἔργα καταφθίνουσι νομήων.

110. Ante Valcken. vulgabatur πολύφρονος, quod retinuit Kiessl. βαρύφρονος Cod. Vatic. cum aliis.
121. Vulgo ἐκείνοις et vers. sq. καταφθείρουσι.
124. Tres codd. γένοντο, quod se paene praetulisse ait Kiessl.

eis secernebantur. A quo more, ut alia omittam, petitam habes imaginem in Evangel. Matth. XXV, 32.

108. Plura hic desiderantur, quae ad nexum necessaria videntur. Etenim commemorari debuit Herculis cum Augiâ eiusque filio congressus. Quocirca Dahlius recte hic aliquam carminis partem intercidisse statuit.

110. Hercules audit βαρύφρων, quod non multum differt a βαθύφρων: magna ille magno animo volvebat.

111. μέγαν ὄλβον] stabula et greges.

112. Tribuit Herculi θυμὸν ἄῤῥηκτον, animum non vulnerabilem, ut v. 264. Dio. Chrys. Orat. V. p. 191. σῶμα σκληρὸν καὶ ἄῤῥηκτον φολίσι. Porro tribuit poeta Herculi θυμὸν ἀρηρότα, animum bene munitum, adversus omnem trepidationem puta, i. e. animum omnis perturbationis expertem. Apte comparant Hom. Od. X, 553. οὐδέ τι λίην ἄλκιμος ἐν πολέμῳ οὔτε φρεσὶν ᾗσιν ἀρηρώς.

114. βοῶν ἔθνος] ex Hom. Il. nota sunt similia ἔθνεα μελισσάων (II, 87.), ὀρνίθων ἔθνεα (II, 459.), μυιάων ἔθνεα (II, 469.). Adde φῦλα μελισσάων apud Hesiod. fragm. 22. et, quod notabilius etiam est, δῆμος ὀρνέων, πιθήκων, et ἰχθύων adeo. Vid. Fr. Iacobs. ad Philostr. Imagg. I, 9. p. 258. II, 17. p. 497. Cf. notata ad v. 185., ad Id. VII, 26., ad Epigr. VI, 3.

115. ἐώλπει] ἔλπομαι etiam significat arbitror. Sic etiam sperare usurpatur. Kiessl.

121. νοῦσος ... αἵτ'] paullo rarior haec constructio. Homer. Hymn. in Ven. 285, 286. φάσθαι τοι νύμφης καλυκώπιδος ἔκγονον εἶναι, Αἳ τόδε ναιετάουσιν ὄρος καταειμένον ὕλῃ. Vid. Porson. ad Eurip. Orest. 910. Schaefer. — Multa exempla ex tragicis, comi-

Αἰεὶ δὲ πλέονες κεραοὶ βόες, αἰὲν ἀμείνους
Ἐξ ἔτεος γείνοντο μάλ' εἰς ἔτος· ἦ γὰρ ἅπασαι
Ζωοτόκοι τ' ἦσαν περιώσια θηλυτόκοι τε.
Ταῖς δὲ τριηκόσιοι ταῦροι συνάμ' ἐστιχόωντο
Κνήμαργοί θ' ἕλικές τε· διηκόσιοί γε μὲν ἄλλοι
Φοίνικες· πάντες δ' ἐπιβήτορες οἵγ' ἔσαν ἤδη.
Ἄλλοι δ' αὖ μετὰ τοῖσι δυώδεκα βουκολέοντο
Ἱεροὶ Ἠελίου· χροιὴν δ' ἔσαν ἠΰτε κύκνοι,
Ἀργησταί, πᾶσιν δὲ μετέπρεπον εἰλιπόδεσσιν·
Οἳ καὶ ἀτιμαγέλαι βόσκοντ' ἐριθηλέα ποίην
Ἐν νομῷ, ὧδ' ἔκπαγλον ἐπὶ σφίσι γαυριόωντες.
Καί ῥ' ὁπότ' ἐκ λασίοιο θοοὶ προγενοίατο θῆρες
Ἐς πεδίον δρυμοῖο βοῶν ἕνεκ' ἀγροτεράων,
Πρῶτοι τοί γε μάχηνδε κατὰ χροὸς ᾔεσαν ὀσμήν·
Δεινὸν δ' ἐβρυχῶντο, φόνον λεύσσοντε προςώπῳ.

136. Ita tres codd. Vulgatum ὁρμήν iam **Reisk.** ex coniectura emendaverat.

137. **Boisson.** λεύσσόν τε, quanquam, ut ipse ait, non eo motus, quod dualis de multis sit adhibitus.

cis, epicis et pedestris adeo orationis scriptoribus, quanquam hi quidem rarius hoc dicendi genere usi sunt, vide apud **Bernhardy** Syntax. p. 296.

122. καταφθίνουσι] perdunt: significatione transitiva. Vid. **Buttmann.** Gr. ampl. Tom. II. P. I. p. 249. — ἔργα νομήων, labor, quem pastores impendunt gregibus tuendis et augendis. **Kiessl.**

126. συνάμα] una voce. Vid. **Fr. Iacobs.** Animadv. ad Anthol. Palat. p. 217. p. 295. Cf. **Sturz** de dialect. Alexandr. p. 210.

127. κνήμαργοί] interpretor de cruribus albis, quibus pedes distincti erant. Haud aliter πόδαργος accipiendum videtur. Hic certe nonnisi colorem boum respici declarat tum adiectum ἕλικες, tum quod his opponuntur φοίνικες, qui toti rufi sunt. Nec usquam pedum pernicitas in laude boum ponitur.

129. Soli duodecim boves consecrati erant, quem numerum non temere credo poni. Facile enim apparet pertinere hunc numerum ad mensium numerum. — ἱεροὶ Ἠελίου. cf. **Boisson.** ad Callim. p. 172. **F. I.**

131. ἀργησταί] ἀργηστής i. q. ἀργής, nitidus, candidus. Cf. **Blomfield.** Glossar. ad Aesch. Sept. v. 60. v. 641.

132. ἀτιμαγέλαι] praestantiae quodam sensu a reliquis sese segregant, et seorsim pascuntur. Apud **Philostr.** Imagg. p. 113, 3. vocantur οἱ ἀτιμάζοντες τὴν ἀγέλην ταῦροι. Vid. **Fr. Iacobs.** Comment. p. 589. Sed Id. IX, 5. ἀτιμαγελεῦντες sunt ii, qui gregem deserunt.

133. γαυριόωντες] vox inprimis de equis exultantibus usurpata.

137. ἐβρυχῶντο ... λεύσσοντε] notandus hic usus dualis, qui aperte pluralis locum obtinet. De hoc liberiore numerorum usu vide **Fr. Iacobs.** in Not. Crit. ad

Τῶν μέν τε προφέρεσκε βίηφί τε καὶ σθένεϊ ᾧ
Ἠδ' ὑπεροπλίῃ Φαέθων μέγας· ὃν ῥα βοτῆρες
Ἀστέρι πάντες ἔϊσκον, ὅθ' οὕνεκα πολλὸν ἐν ἄλλοις
Βουσὶν ἰὼν λάμπεσκεν, ἀρίζηλος δ' ἐτέτυκτο.
Ὅς δ' ἤτοι σκύτος αὐὸν ἰδὼν χαροποῖο λέοντος,
Αὐτῷ ἔπειτ' ἐπόρουσεν ἐϋσκόπῳ Ἡρακλῆϊ,
Χρίμψασθαι ποτὶ πλευρὰ κάρη στιβαρόν τε μέτωπον.
Τοῦ μὲν ἄναξ προσιόντος ἐδράξατο χειρὶ παχείῃ
Σκαιοῦ ἄφαρ κέραος· κατὰ δ' αὐχένα νέρθ' ἐπὶ γαίης
Κλάσσε, βαρύν περ ἐόντα· πάλιν δέ μιν ὦσεν ὀπίσσω,
Ὤμῳ ἐπιβρίσας· ὁ δέ οἱ ἐπὶ νεῦρα τανυσθεὶς
Μυῶν ἐξ ὑπάτοιο βραχίονος ὀρθὸς ἀνέστη.
Θαύμαζεν δ' αὐτός τε ἄναξ υἱός τε δαΐφρων
Φυλεύς, οἵ τ' ἐπὶ βουσὶ κορωνίσι βουκόλοι ἄνδρες,

138. Idem Boisson. *μέν γε.*

142. Scripsimus hic et versu 166. cum Meinekio *ὅς δ' ἤτοι* pro *ὅς δή τοι*, quas particulas epici non coniunxisse videntur. Eandem sententiam fovent, quos ille affert, Hermann. ad Hymn. Hom. p. 105. I. H. Voss. ad Arat. Phaenom. p. 7. — *σκύτος* est vulgata omnium codicum lectio. Quae quum numeris adversari visa sit, Toup. proposuit *σκύλος*, quod recentiores probant. Cf. Passov. in Lex. s. v., Spitzner. Prosod. §. 66, 2, 1. not. 1. Nos utpote in re adhuc dubiâ a codd. lectione recedere noluimus.

148. *περὶ νεῦρα* corrigit Valckenar.

Anth. Palat. Tom. I. p. 344. Matth. Gr. §. 300. not. — Tum adverte *βρυχᾶσθαι* de tauris dictum, quum alii *μύκημα* bobus tribuant. Vid. Lobeck. ad Soph. Aiac. 320. p. 269.

140. *ἀστέρι πάντες ἔϊσκον*] Hom. Il. VI, 295. *ἀστὴρ δ' ὣς ἀπέλαμπεν*, scil. *πέπλος*. Kiessl. — Alibi formosus puer *ἀστήρ* vocatur. Vid. Fr. Iacobs. ad Philostr. Imagg. 1, 14. p. 592.

143. *ἐϋσκόπῳ*] qui insigni oculorum acie gaudet. Sic Mercurius atque Diana *ἐΰσκοποι* audiunt apud Homerum. Secus vertunt circumspectum Herculem.

145. *ἄναξ*] commune hoc omnium heroum fuisse nomen satis constat.

146. De sensu bene sic disserit Kiessl.: Hercules tauri sinistro cornu preheusi caput in terram deprimit. Tum humero obnitens eum retro trudit. Taurus quum contra Herculem omnes nervos intendat, eum autem repellere non valeat, fit, ut ipse ab Hercule repulsus in summos armos arrectus adstet. Haec Kiessl.

151. *κορωνίδες*] appellantur tauri ob cornua camura, *μηνοειδῆ*. Idem est apud Archiloch. fragm. VIII. *βοῦς κορωνός*. Kiessl.

153. Hic quoque versus nonnullos intercidisse, qui causam continerent, cur Phyleus cum Hercule in urbem se contulerit, vere suspicatus est Dahlius. — *κατ' αὐτόθι*. *κατά* coniungendum cum *αὐτόθι*, non cum *λιπόντε*. Kiessl.

Ἀμφιτρυωνιάδαο βίην ὑπέροπλον ἰδόντες.
Τὼ δ' εἰς ἄστυ, λιπόντε κατ' αὐτόθι πίονας ἀγρούς,
Ἐστιχέτην, Φυλεύς τε βίη θ' Ἡρακληείη.
Λαοφόρου δ' ἐπέβησαν ὅθι πρώτιστα κελεύθου,
Λεπτὴν καρπαλίμοισι τρίβον ποσὶν ἐξανύσαντες,
Ἥ ῥα δι' ἀμπελεῶνος ἀπὸ σταθμῶν τετάνυστο,
Οὔτι λίην ἀρίσημος ἐν ὕλῃ χλωρᾷ ἐοῦσα·
Τῇ μὲν ἄρα προςέειπε Διὸς γόνον ὑψίστοιο
Αὐγείεω φίλος υἱός, ἕθεν μετόπισθεν ἐόντα,
Ἦκα παρακλίνας κεφαλὴν κατὰ δεξιὸν ὦμον·
Ξεῖνε, πάλαι τινὰ πάγχυ σέθεν πέρι μῦθον ἀκούσας
Ὡςείπερ σφετέρῃσιν ἐνὶ φρεσὶ βάλλομαι ἄρτι·
Ἤλυθε γὰρ στείχων τις ἀπ' Ἄργεος ὡς νέος ἀκμὴν
Ἐνθάδ' Ἀχαιὸς ἀνήρ, Ἑλίκης ἐξ ἀγχιάλοιο·

151. Vulgo βουκόλοι ἦσαν.

155. Alii ὅτε πρώτιστα. — Schaefer. Wartoni coniecturam ἀπέβησαν probat, et praeterea ἐξανύσοντες legi iubet. Phyleum enim et Herculem colloquentes in semitâ compendii ergo iter facere; apparere id ex vers. 160, 189 — 191. Vid. annot.

160. ἐόντα] unus cod. ἰόντα, quod exhibet Kiessl.

163. Haec sic scripta vix sana esse possunt, quod ne structura quidem commode procedit. Tres codd. ὡς εἴπερ. Wartonus emendavit ἄκουσα, Ὥςπερ ἐγὼ σφετ. Alii totum versum reiiciendum censent.

155. Cogita tibi ampliorem aliquam villam; quae paullulum abscondita et remotior a viâ publicâ iacet. Ad hanc villam semita aliqua ducit, a viâ deflectens. Phyleus igitur, quanquam cupidus erat Herculis res gestas cognoscendi, tamen, quamdiu in semitâ pergebant, in sermonem se dare non poterat, quod in viâ angustâ alter post alterum incedere debebat. Sed simulac viam publicam, latiorem illam, ingressi erant, Phyleus Herculem interrogare coepit.

156. καρπαλίμοισι ... ποσίν] Homerica formula, ut Il. XVI, 342, 809.

160. Αὐγείεω] pro Αὐγείαο, ut Πηληϊάδεω. Matth. Gr. §. 67. not. 4.

162. Sensus est apertus: iam diu est, ex quo fama de te ad me perlata est. Sed oratio non coit. Cf. annot. crit.

163. Prouti haec nunc leguntur, σφετέρῃσιν dictum pro ἡμετέρῃσιν, qui usus apud Alexandrinos invaluit. Cf. annot. ad Id. XXII, 67.

164. ἀκμήν] non positum est hic pro ἔτι, sed pro ἄρτι. Utraque significatio probe discernenda; illa recentior, haec antiquior et primigenia. Vid. Lobeck. ad Phryn. p. 123. Cf. notat. ad Id. IV, 60.

165. Helice, in Achaiâ ad sinum Corinthiacum sita, commemoratur iam apud Homerum Il. II, 574. Hoc oppidum anno 374. a. Ch. terrae motu penitus extinctum esse traditur.

Ὡς δ' ἤτοι μυθεῖτο καὶ ἐν πλεόνεσσιν Ἐπειῶν,
Οὕνεκεν Ἀργείων τις, ἔθεν παρεόντος, ὄλεσσε
Θηρίον, αἰνολέοντα, κακὸν τέρας ἀγροιώταις,
Κοίλην αὖλιν ἔχοντα Διὸς Νεμέοιο παρ' ἄλσος·
Οὐκ οἶδ' ἀτρεκέως, ἢ Ἄργεος ἐξ ἱεροῖο
Αὐτόθεν, ἢ Τίρυνθα νέμων πόλιν, ἠὲ Μυκήνην,
Ὣς κεῖνος ἀγόρευε· γένος δέ μιν εἶναι ἔφασκεν,
Εἰ ἐτεόν περ ἐγὼ μιμνήσκομαι, ἐκ Περσῆος.
Ἔλπομαι οὐχ ἕτερον τόδε τλήμεναι Αἰγιαλήων
Ἠὲ σέ, δέρμα δὲ θηρὸς ἀριφραδέως ἀγορεύει
Χειρῶν καρτερὸν ἔργον, ὅ τοι περὶ πλευρὰ καλύπτει.
Εἴπ' ἄγε νῦν μοι πρῶτον, (ἵνα γνώω κατὰ θυμόν,
Ἥρως, εἴτ' ἐτύμως μαντεύομαι, εἴτε καὶ οὐκί,)
Εἰ σύ γ' ἐκεῖνος, ὃν ἄμμιν ἀκουόντεσσιν ἔειπεν

172. Fulcrum γ' post κεῖνος, quod in unâ Flor. repertum est, delevi, consentientibus Gerhard. et Boisson.

166. ἐν πλεόν. Ἐπ.] nempe inter populares et cives Phylei.

168. αἰνολέοντα] attende ad hanc voces componendi rationem, quae Graecis haud infrequens est. Vid. Musgrav. ad Sophocl. Philoct. 1314. Meineke ad Euphor. p. 111.

170. Ἄργεος ἐξ ἱεροῖο Αὐτόθεν] Thucyd. V, 83. ἐκ τοῦ Ἄργεος αὐτόθεν, ubi nihil delendum. Hom. Od. XIII, 56. αὐτόθεν ἐξ ἑδρέων. Herod. VIII, 64. αὐτόθεν ... ἐκ Σαλαμῖνος. Heliodor. p. 2. Cor. αὐτόθεν ἀπὸ τῆς ῥαχίας. Schaefer. — Adde, qui multas eiusdem coloris loquutiones collegit, Bornemann. ad Xenoph. Conviv. VIII, 4. p. 186. — Hiatus ante Ἄργεος nomine proprio facile excusatur. — ἱεροῖο. Plurimas urbes poetae sacras appellant, modo ob originem a diis repetitam, modo ob insignem favorem deorum in ipsarum memoriâ conspicuum, modo ob illustriorem alicuius in iis numinis cultum.

172. γένος δέ μιν εἶναι ἔφ. ἐκ Περσ.] genus eum esse dicebat ex Perseo. γένος enim de prole, subole dictum, ut Eurip. Cycl. 104. de Ulysse δριμὺ Σισύφου γένος, quod imitantur Latini. Vid. Heindorf. ad Hor. Satir. I, 6, 12.

174. Αἰγιαλήων] incolarum Aegialeae. Αἰγιάλεια dicta est omnis ora maritima Achaiae et Argorum, antequam Iones ibi sedem ponerent. Vid. Pausan. VII, 1. Kiessl.

175. ἀγορεύει] indicat. Sic res ipsa loquitur apud Latinos.

179. ὃν ἄμμιν ἔειπεν] de quo nobis referebat hospes. Constructio verbi iam ab Homero usu trita. Vid. Heyne ad Iliad. Tom. V. p. 239, 284. Eadem frequens apud Atticos poetas. Exempla habent Schaefer. ad h. l., Seidler. ad Eurip. Iph. T. 329.

180. οὐξ Ἑλίκηθεν] haec quoque dicendi ratio ab Homero repetenda. Il. IX, 304. ἐξ Αἰσύμηθεν. cf. Brunck. ad Soph. Antig. 106. Dissen. Explicatt. ad Pindar. Nem. p. 379. — ἐγὼ δὲ. Haec ita dicta sunt accipienda:

Οὐξ Ἑλίκηθεν Ἀχαιός, ἐγὼ δέ σε φράζομαι ὀρθῶς,
Εἰπὲ δ', ὅπως ὀλοὸν τόδε θηρίον αὐτὸς ἔπεφνες,
Ὅππως τ' εὐύδρου Νεμέης εἰςήλυθε χῶρον.
Οὐ μὲν γάρ κε τοσόνδε κατ' Ἀπίδα κνώδαλον εὕροις,
Ἱμείρων ἰδέειν· ἐπεὶ οὐ μάλα τηλίκα βόσκει,
Ἀλλ' ἄρκτους τε, σύας τε, λύκων τ' ὀλοφώϊον ἔρνος.
Τῷ καὶ θαυμάζεσκον ἀκούοντες τότε μῦθον·
Οἱ δέ νυ καὶ ψεύδεσθαι ὁδοιπόρον ἀνέρ' ἔφαντο,
Γλώσσης μαψιδίοιο χαριζόμενον παρεοῦσιν.
Ὣς εἰπὼν μέσσης ἐξηρώησε κελεύθου
Φυλεύς, ὄφρα κιοῦσιν ἅμα σφίσιν ἄρκιος εἴη,
Καί ῥά τε ῥηΐτερον φαμένου κλύοι Ἡρακλῆος,
Ὅς μιν ὁμαρτήσας τοίῳ προςελέξατο μύθῳ·
Ὦ Αὐγηϊάδη, τὸ μέν, ὅττι με πρῶτον ἀνήρευ,
Αὐτὸς καὶ μάλα ῥεῖα κατὰ στάθμην ἐνόησας,

185. Lennep. coniecit ἔθνος. Sed vide annot.

ἐγὼ δὲ ὀρθῶς φράζομαι (intellige) σε εἶναι ἐκεῖνον.

181. εἰπὲ δ'] particula δέ, ut saepe, apodosin facit. — αὐτός. Possis interpretari: solus, nemine auxiliante. Sed recte Fr. Iacobs. ita de h. l. disputat: αὐτός vi sententiae quodammodo ad εἰπέ trahendum; quum proprie dicendum esset: quod ab aliis audiveram et nunc] ipse mihi observasse videor, tu ipse nobis expone, quomodo feram occideris.

183. κατ' Ἀπίδα] in Peloponneso. Vid. Buttmann. Lexilog. Tom. I. p. 67.

185. λύκων ἔρνος] luporum prolem. ἔρνος et φυτόν proprie quidem de plantis dicuntur, sed eaedem voces ad homines et animalia transferuntur. Exempla vocis ἔρνος de hominibus positae vide apud Valcken. ad Eurip. Phoen. 88. φυτόν ipse Theocritus in hunc usum adhibuit Id. XXVIII, 7., ubi Nicias vocatur Χαρίτων ἱερὸν φυτόν. Sic quoque θάλλος. Vid. Fr. Iacobs. Animadv. in Anthol. Tom. I. P. I. p. 101. Ex Latinis Dahlius hic comparavit triste leonum seminium Lucret. III, 740. saeva leonum semina Virg. Georg. II, 151. Cf. notata ad v. 114.

186. τῷ] ideo, quapropter, Cf. Id. XVII, 28.

188. γλώσσης μαψ. χαρίζ. παρεοῦσιν] i. e. ex mendaciis, quae in promptu habebat in linguâ, lubenter promens in gratiam eorum, qui aderant. Structuram verborum illustrat Theogn. v. 978. δεῖπνον δὲ μνησαίμεθα — Παντοίων ἀγαθῶν γαστρὶ χαριζόμενοι.

189. ἐξηρ. κελεύθου] absolute ἐξηρώησαν de equis consternatis apud Hom. Il. XXIII, 468.

192. τοίῳ ... μύθῳ] his verbis, quae iam sequuntur. Cf. Iacob. ad Lucian. Toxar. p. 110.

194. κατὰ στάθμην] παρὰ στάθμην eâdem vi dixit Sophocl. in Oenom. fr. 3., contra Aeschyl. Agam. 1043. παρὰ στάθμην eo sensu dixit, ut sit: praeter amussim. Cf. Theogn. 555, 783, 923. ed. Brunck. F. I.

Ἀμφὶ δέ σοι τὰ ἕκαστα λέγοιμί κε τοῦδε πελώρου,
Ὅππως ἐκράανθεν, ἐπεὶ λελίησαι ἀκούειν,
Νόσφιν γ' ἢ ὅθεν ἦλθε· τὸ γάρ, πολέων περ ἐόντων
Ἀργείων, οὐδείς κεν ἔχοι σάφα μυθήσασθαι·
Οἷον δ' ἀθανάτων τιν' ἐίσκομεν ἀνδράσι πῆμα
Ἱρῶν μηνίσαντα Φορωνήεσσιν ἐφεῖναι.
Πάντας γὰρ Πισῆας ἐπικλύζων, ποταμὸς ὥς,
Λῖς ἄματον κεράϊζε· μάλιστα δὲ Βεμβιναίους,
Οἳ ἔθεν ἀγχίμολοι ναῖον, ἄτλητα παθόντες.
Τὸν μὲν ἐμοὶ πρώτιστα τελεῖν ἐπέταξεν ἄεθλον
Εὐρυσθεύς, κτεῖναι δέ μ' ἐφίετο θηρίον αἰνόν.
Αὐτὰρ ἐγὼ κέρας ὑγρὸν ἑλὼν κοίλην τε φαρέτρην
Ἰῶν ἐμπλείην νεόμην, ἑτέρηφι δὲ βάκτρον
Εὐπαγές, αὐτόφλοιον ἐπηρεφέος κοτίνοιο,
Ἔμμετρον· τὸ μὲν αὐτὸς ὑπὸ ζαθέῳ Ἑλικῶνι
Εὑρὼν σὺν πυκινῇσιν ὁλοσχερὲς ἔσπασα ῥίζῃς.
Αὐτὰρ ἐπεὶ τὸν χῶρον, ὅθι λῖς ἦεν, ἵκανον,
Δὴ τότε τόξον ἑλὼν στρεπτῇ ἐπέλασσα κορώνῃ
Νευρειήν, περὶ δ' ἰὸν ἐχεστονον εἶθαρ ἔβησα.
Πάντῃ δ' ὄσσε φέρων ὀλοὸν τέρας ἐσκοπίαζον,
Εἴ μιν ἐσαθρήσαιμι, πάρος γ' ἐμὲ κεῖνον ἰδέσθαι.

211. Alii ὅπῃ λῖς.

217. Unus cod. ὠρύγμοῖο.

225. Alii χαλεπόν τε.

195. ἀμφὶ ... τοῦδε πελ.] de hoc monstro, ut est apud Homerum ἀείδειν ἀμφὶ φιλότητος, de amore canere, quam explicationem Graefius immerito damnat.

197. νόσφιν ἢ] excepto eo, quod ex me quaeris, unde monstrum illud venerit.

200. ἱρῶν μηνίσαντα] hemistichium Homericum. Il. V, 176. εἰ μή τις θεός ἐστι, κοτεσσάμενος Τρώεσσιν, Ἱρῶν μηνίσας. Cf. Il. I, 65. IX, 529. — Φορωνεῖς sunt iidem, qui v. 174. Αἰγιαλεῖς, ab Inachi filio Phoroneo dicti. Kiessl.

202. Βεμβιναίους] Bembina vicus haud procul ab saltu Nemaeo.

205. κτεῖναι δέ μ' ἐφ.] rarior accusativus cum infinitivo post ἐφίεσθαι. Cf. Schaef. ad v. 47. Matth. Gr. §. 382. p. 703.

206. κέρας ὑγρόν] arcus flexilis, sinuatus. Cf. annot. ad Id. XIII, 56.

208. αὐτόφλοιον] cum ipso cortice; antiquae simplicitatis hoc est, quod nullâ arte usus erat in edolandâ clavâ.

223. σήραγγα] nota hic de latibulo leonis dictum. Alibi de piscium latebris usurpatum. Fr. Iacobs, Animadv. in Anthol. Tom. I. P. II. p. 145.

Ἤματος ἦν τὸ μέσηγύ, καὶ οὐδέπῃ ἴχνια τοῖο
Φρασθῆναι δυνάμην, οὐδ' ὠρυθμοῖο πυθέσθαι.
Οὐδὲ μὲν ἀνθρώπων τις ἔην ἐπὶ βουσὶ καὶ ἔργοις
Φαινόμενος σπορίμοιο δι' αὔλακος, ὅντιν' ἐροίμην·
Ἀλλὰ κατὰ σταθμοὺς χλωρὸν δέος εἶχεν ἕκαστον.
Οὐ μὴν πρὶν πόδας ἔσχον ὄρος τανύφυλλον ἐρευνῶν,
Πρίν γ' ἰδέειν, ἀλκῆς τε παραυτίκα πειρηθῆναι.
Ἤτοι ὁ μὲν σήραγγα προδείελος ἔστιχεν εἰς ἥν,
Βεβρωκὼς κρειῶν τε καὶ αἵματος· ἀμφὶ δὲ χαίτας
Αὐχμηρὰς πεπάλακτο φόνῳ, χαροπόν τε πρόςωπον,
Στήθεά τε· γλώσσῃ δὲ περιλιχμᾶτο γένειον.
Αὐτὰρ ἐγὼ θάμνοισιν ἄφαρ σκιεροῖσιν ἐκρύφθην
Ἐν ῥίῳ ὑλήεντι, δεδεγμένος, ὁππόθ' ἵκοιτο·
Καὶ βάλον ἆσσον ἰόντος ἀριστερὸν εἰς κενεῶνα
Τηΰσίως· οὐ γάρ τι βέλος διὰ σαρκὸς ὄλισθεν
Ὀκριόεν, χλωρῇ δὲ παλίσσυτον ἔμπεσε ποίῃ.
Αὐτὰρ ὁ κρᾶτα δαφοινὸν ἀπὸ χθονὸς ὦκ' ἐπάειρεν
Θαμβήσας, πάντῃ δὲ διέδρακεν ὀφθαλμοῖσι
Σκεπτόμενος, λαμυροὺς δὲ χανὼν ὑπ' ὀδόντας ἔφηνεν.
Τῷ δ' ἐγὼ ἄλλον ὀϊστὸν ἀπὸ νευρῆς προΐαλλον,
Ἀσχαλόων, ὅτι μοι πρὶν ἐτώσιος ἔκφυγε χειρός·

227. ἄφαρ ex cod. Flor. pro ἅμα.
233. Ex tribus codd. cum **Meinekio** dedimus διέδρακεν pro vulgato δέδρακεν.
234. Vulgo legitur ὑπέδειξεν ὀδόντας.

225. πεπάλακτο φόνῳ] dictum ad imitationem Homeri, αἵματι καὶ λύθρῳ πεπαλαγμένον ὥςτε λέοντα, Ὅς ῥά τε βεβρωκὼς βοὸς ἔρχεται ἀγραύλοιο· Πᾶν δ' ἄρα οἱ στῆθός τε παρήϊά τ' ἀμφοτέρωθεν Αἱματόεντα πέλει· δεινὸς δ' εἰς ὦπα ἰδέσθαι. Od. X, 402.

226. Ut tota haec leonis descriptio pulcherrima est, ita hoc quoque ad veritatem expressum. Leones enim aliaeque id genus bestiae, quum satiati sunt, sibi placent in eo, quod labia linguâ circumlingunt.

228. ἐν ῥίῳ ὑλ.] in montis cacumine. — δεδεγμένος vox propria in hac re, ut excipere. Cf. Hom. Il. IV, 106.

229. ἆσσον ἰόντος] non sunt genitivi absoluti, sed pertinent ad κενεῶνα.

232. κρᾶτα δαφοινόν] ad colorem naturalem referendum. Hom. Il. X, 23. Agamemnon δαφοινὸν ἑέσσατο δέρμα λέοντος. Il. II, 308. δράκων ἐπὶ νῶτα δαφοινός.

234. λαμυροὺς ὀδ.] impudentes dentes. Praeter Morum, qui in prolus. academ. de nexu significat. huius verbi. Lipsiae, 1776. egit, et Ruhnk. in Epist. crit. p. 173., lege quae de hac voce profert Lobeck. ad Phryn. p. 291. p. 760. Cf. annot. ad Id. XXIV, 24.

Μεσσηγὺς δ' ἔβαλον στηθέων, ὅθι πνεύμονος ἕδρα.
Ἀλλ' οὐδ' ὣς ὑπὸ βύρσαν ἔδυ πολυώδυνος ἰός·
Ἀλλ' ἔπεσε προπάροιθε ποδῶν ἀνεμώλιος αὔτως.
Τὸ τρίτον αὖ μέλλεσκον, ἀσώμενος ἐν φρεσὶν αἰνῶς,
Αὖ ἐρύειν· ὁ δέ μ' εἶδε περιγληνώμενος ὄσσοις
Θὴρ ἄμοτος· μακρὴν δὲ παρ' ἰγνύῃσιν ἕλιξε
Κέρκον, ἄφαρ δὲ μάχης ἐμνήσατο· πᾶς δέ οἱ αὐχὴν
Θυμοῦ ἐνεπλήσθη, πυρσαὶ δ' ἔφριξαν ἔθειραι
Σκυζομένῳ· κυρτὴ δὲ ῥάχις γένετ' ἠΰτε τόξον,
Πάντοθεν εἰλυσθέντος ὑπαὶ λαγόνας τε καὶ ἰξύν.
Ὡς δ' ὅταν ἁρματοπηγὸς ἀνήρ, πολέων ἴδρις ἔργων,
Ὅρπηκας κάμπτῃσιν ἐρινεοῦ εὐκεάτοιο,
Θάλψας ἐν πυρὶ πρῶτον, ἐπαξονίῳ κύκλα δίφρῳ·
Τοῦ μὲν ὑπ' ἐκ χειρῶν ἔφυγεν τανύφλοιος ἐρινεὸς
Καμπτόμενος, τηλοῦ δὲ μιῇ πήδησεν ὑφ' ὁρμῇ·
Ὣς ἐπ' ἐμοὶ λῖς αἰνὸς ἀπόπροθεν ἀθρόος ἆλτο,

248. Quattuor codd. εὐκάμπτοισι

258. πρίν γ'] ita ex uno cod. cum Kiessl. et Meinek. scripsimus. Idem iam Hermann. coniecturâ assequutus erat. Vulgo πρίν τ'.

242. μακρὴν ... ἕλ. κέρκον] caudam ad poplites attraxit; caudâ se verberavit, quo iram concitaret. Idem iam antiquissimi poetae Homerus et Hesiodus de leone observaverunt; ille Il. XX, 168. οὐρῇ δὲ πλευράς τε καὶ ἰσχία ἀμφοτέρωθεν Μαστίεται, ἓε δ' αὐτὸν ἐποτρύνει μαχέσασθαι· Γλαυκιόων δ' ἰθὺς φέρεται μένει, hic Scut. 426. γλαυκιόων δ' ὄσσοις δεινόν, πλευράς τε καὶ ὤμους Οὐρῇ μαστιγόων ποσσὶ γλάφει.

245. Leo saltum daturus in Herculem se contrabit, quo incitatiore impetu adversus eum feratur.

247. Similes comparationes, a carpentario ductae iam apud Homerum leguntur. Il. XXI, 37. ὁ δ' ἐρινεὸν ὀξέϊ χαλκῷ Τάμνε, νέους ὄρπηκας, ἵν' ἅρματος ἄντυγες εἶεν. Il. IV, 485. Τὴν μέν θ' (αἴγειρον) ἁρματοπηγὸς ἀνὴρ αἴθωνι σιδήρῳ Ἐξέταμ', ὄφρα ἴτυν κάμψῃ περικαλλέϊ δίφρῳ.

248. ἐρινεοῦ] caprificus, ficus silvestris (der wilde Feigenbaum), refertur ad ligna, quorum materia est lenta, flexilis adeoque elastica, ut vulgo dicunt. Eius loco apud Homerum populus atra ad orbes conficiendos adhibetur. — εὐκεάτοιο. εὐκέατος est epitheton ligni, quod rectâ procurrentes fibras habet, ideoque facile scindi potest, quale lignum fissile vocat Virgil. in Georg. I, 144., ad quem locum conf. Voss. Kiessl.

250. τανύφλοιος ἐρινεός] corticem habens longum, et proinde procerus. Ita audit apud Homerum Il. XVI, 767. κράνεια (cornus), cui in sequenti versu poeta tribuit τανυήκεας ὄζους, quod ex usu Homerico pro inter-

Μαιμώων χροὸς ἆσαι, ἐγὼ δ' ἑτέρηφι βέλεμνα
Χειρὶ προεσχεθόμην καὶ ἀπ' ὤμων δίπλακα λώπην,
Τῇ δ' ἑτέρῃ ῥόπαλον κόρσης ὕπερ αὖον ἀείρας
Ἤλασα κὰκ κεφαλῆς· διὰ δ' ἄνδιχα τρηχὺν ἔαξα
Αὐτοῦ ἐπὶ λασίοιο καρήατος ἀγριέλαιον
Θηρὸς ἀμαιμακέτοιο· πέσεν δ' ὅγε, πρίν γ' ἔμ' ἱκέσθαι,
Ὑψόθεν ἐν γαίῃ, καὶ ἐπὶ τρομεροῖς πόσιν ἔστη,
Νευστάζων κεφαλῇ· περὶ γὰρ σκότος ὄσσε οἱ ἄμφω
Ἦλθε, βίῃ σεισθέντος ἐν ὀστέῳ ἐγκεφάλοιο.
Τὸν μὲν ἐγὼν ὀδύνῃσι παραιφρονέοντα βαρείαις
Νωσάμενος, πρίν γ' αὖθις ὑπότροπον ἀμπνυνθῆναι,
Αὐχένος ἀῤῥήκτοιο παρ' ἰνίον ἤλασα προφθάς,
Ῥίψας τόξον ἔραζε πολύῤῥαπτόν τε φαρέτρην·
Ἦγχον δ' ἐγκρατέως, στιβαρὰς σὺν χεῖρας ἐρείσας
Ἐξόπιθεν, μὴ σάρκας ἀποδρύψῃ ὀνύχεσσι·
Πρὸς δ' οὖδας πτέρνῃσι πόδας στερεῶς ἐπίεζον,

262. ὀδύνῃσι. Sic quinque codd. Kiessl. ὀδύναισι.

263. Duo codd. γ' post πρίν addunt, unde cum aliis recepimus.

267. Vulgo σαρκός. Correxit Toup.

pretatione eius quod praecessit habendum est. Alii interpretantur lento cortice obductus. Eam quam supra posuimus explicationem probat quoque Kiessl.

252. ἀθρόος] uno molimine ac conatu, ut tales bestiae facere solent, quae quum ad impetum se daturae sunt corpus contrahunt et quasi colligunt. Cf. Id. XIII, 51.

254. δίπλακα λώπην] λῶπος et λώπη est ἱμάτιον, περίβλημα, etiam chlamys, ut h. l. Hanc ille duplicat, laevum brachium eâ involvens. Sic pro scuto erat, haud secus atque αἰγίς. Tum alium etiam usum praebere poterat hunc, ut Hercules illud vestimentum praetenderet, an forte leo, ut assolent ferae bestiae, id mordeat dentibusque infixis mordicus teneat (sich verbeissen).

258. ἀμαιμακέτοιο. Vid. de hoc adiect. Reisig. Enarrat. Soph. Oed. Col. p. 47. — πρίν γ' ἔμ' ἱκέσθαι, antequam ad me accederet. Cf. annot. ad Id. I, 140.

260. νευστ. κεφ.] nutans capite, ebrii instar vel hominis, qui sui non compos est. Vid. annot. ad Id. XXII, 98.

265. πολύῤῥαπτον] idem quod πολυδαίδαλον. Sic πόρπαξ vocatur πολυῤῥαφής Soph. Aiac. 576.

267. Hercules in leone quasi equitat, itaque Herculis femora a leonis ipsius lateribus, veluti scuto, defenduntur, eum ut neque faucibus neque pedibus anterioribus laedere queat. Kiessl.

268. πτέρνῃσι] cf. locum Heliodori ad v. 146. excitatum.

Οὐραίους ἐπιβάς· πλευρῇσί τε μῆρ' ἐφύλασσον,
Μέχρις οἱ ἐξετάνυσσα βραχίονας, ὀρθὸν ἀείρας
Ἄπνευστον· ψυχὴν δὲ πελώριον ἔλλαχεν ᾅδης.
Καὶ τότε δὴ βούλευον, ὅπως λασιαύχενα βύρσαν
Θηρὸς τεθνειῶτος ἀπαὶ μελέων ἐρυσαίμην,
Ἀργαλέον μάλα μόχθον· ἐπεὶ οὐκ ἔσκε σιδήρῳ
Τμητή, οὐδὲ λίθοις, πειρωμένῳ, οὐδὲ μὲν ὕλῃ.
Ἔνθα μοι ἀθανάτων τις ἐπὶ φρεσὶ θῆκε νοῆσαι
Αὐτοῖς δέρμα λέοντος ἀνασχίζειν ὀνύχεσσιν.
Τοῖσι θοῶς ἀπέδειρα· καὶ ἀμφεθέμην μελέεσσιν,
Ἕρκος ἐνυαλίου ταμεσίχροος ἰωχμοῖο.
Οὗτός τοι Νεμέου γένετ', ὦ φίλε, θηρὸς ὄλεθρος,
Πολλὰ πάρος μήλοις τε καὶ ἀνδράσι κήδεα θέντος.

270. Unus cod. *μέχρι οἱ*, quod **Meineke** recepit. Nos unum cod. contra tot aliorum auctoritatem nihil valere existimantes vulgatam retinuimus. Cf. annot.

271. Alii *πελώριος* et *ἔλλαβεν*.

272. *θύρσαν* iidem codd., qui v. 238. *βύρσαν* haud rara commutatione literarum *θ* et *β*. **Kiessl.**

274. Ad hiatum vitandum corrigit **Gerhard.** *ἐπεί ῥ' οὐκ.*

279. **Kiessl.** retinuit vulgatum *ταμεσίχροος ὄφρα μοι εἴη.* Nostra lectio in Cod. Vat. reperta aliisque codd., qui eiusdem vocis vestigia praebent, firmata, a **Meinekio** et **Boisson.** recepta est.

281. Vulgo *μήλοισι καὶ ἀνδρ. πήματα.* Sed quum plures codd. *κήδεα* offerant, hoc a recentioribus recte restitutum est.

270. *μέχρις οἱ*] observa syllabam brevem in consonantem terminatam non produci ante vocem *οἱ*, contra usum Homericum. Poetis epicis enim serioris aevi falsae Homericorum locorum lectiones haud raro fraudi erant. Vid. not. ad Id. XXIV, 42.

271. *πελώριον*] non est epitheton Orci. Etiam bestiarum animae in Orcum descendunt. Cf. **Virgil.** Aen. VI, 285 sqq. In **Hom.** Odyss. XI, 511. Orion omnis generis feras venatur. **Kiessl.**

274. *ἀργαλέον ... μόχθον*] de hoc genere appositionis, in quo accusativus usurpatur, vid. **Matth.** in Miscellan. Philol. Vol. II. p. 7. adde eiusdem Gr. §. 432, 4. **Kiessl.**

275. *οὐδὲ μὲν ὕλῃ*], neque sane s. multo minus alia quacunque materia.

277. Mirum hoc inventum, Herculem ipsius leonis unguibus pellem dissecuisse.

279. *ἕρκος ἰωχμοῖο*] praesidium adversus vulnera, qui genitivi usus satis frequens. Vid. **Pflugk.** ad Eurip. Med. 1322. Cf. annot. ad Id. II, 95.

XXVI.

ARGUMENTUM.

Versatur hoc poematium in fabulâ de Penthei, Thebarum regis, caede enarrandâ. Agave, Penthei matre, unâ cum sororibus Ino et Autonoë Bacchi orgia in Cithaerone celebrante, Pentheus in fruticeto delitescens a Bacchis conspicitur — 14. Tum illae bacchico furore concitatae impetum faciunt in Pentheum, eumque correptum misere delaniant — 26. In carminis exitu poeta deos precatus, ut sibi liceat puram et securam vitam transigere, Bacchi et Semeles praeconium addit. F. I.

Magna de huius quoque carminis auctore dubitatio. Quum externa quae dicuntur argumenta desint omnia, carmenque brevius sit, quam ut ex sermonis colore certi quicquam colligi possit de scriptore, omnis rei diiudicatio posita est in sensu quodam, quem singuli fere habent diversum. De singulis aliquot argumentis hoc addam. In versibus 18 et 19, inficeti aliquid inesse sunt qui existiment. Verum antiquae potius simplicitatis hoc habendum est, atque similibus Theocriti locis satis defenditur. Porro nolim lusum, quem sibi poeta indulsit in vocibus πένθημα et Πενθῆα versu 26., a bono poetâ, qualis est Theocritus, procul habendum dicas; nam neque optimos veterum poetas ab similibus argutiis sibi cavisse in annotatione ad eum locum ostendimus. Haec igitur iis, qui severius antea de hoc carmine statuerunt, consideranda relinquo, an forte leniorem iis eliciant sententiam.

De consilio carminis si quis coniecturam velit facere, videat is ne hariolctur. Pertinere videtur poema ad numerum eorum, ad quae pangenda poeta magis casu quam certo consilio delatus est. Certe non crediderim id pro hymno in Dionysum habendum esse; multo minus poetam ad id scribendum mercede conductum esse.

Tandem quod ad fabulam attinet, eam a multis veterum tractatam esse satis constat. Notissimae sunt Euripidis Bacchae, quarum

idem est argumentum; alios tragicos, qui in eâdem re versati sunt, recenset Fabric. Bibl. Graec. Vol. II. p. 163, 181. Praeterea non sine fructu comparabis Philostrati Imagg. Lib. I. nro. XVIII., Apollod. III, 5, 2., ex Latinis Ovid. Metam. III, 701. Tandem istud Baccharum factum artis operibus nobilitatum est. Una tabularum in delubro Bacchi, de quo narrat Long. Pastor. IV. p. 109. ed. Schaef., repraesentabat Pentheum membratim discerptum. Anaglypha duo, in quibus eadem res expressa est, accurate describit Welcker. ad Philostr. Imagg. p. 315.

ΛΗΝΑΙ Η ΒΑΚΧΑΙ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ κϛ'.

Ἰνὼ κ' Αὐτονόα χ' ἁ μαλοπάρῃος Ἀγαύα
Τρεῖς θιάσως ἐς ὄρος τρεῖς ἄγαγον αὐταὶ ἐοῖσαι.
Χαὶ μὲν ἀμερξάμεναι λασίας δρυὸς ἄγρια φύλλα
Κισσόν τε ζώοντα καὶ ἀσφόδελον τὸν ὑπὲρ γᾶς,

Id. XXVI. 1. Boisson. μαλοπάραος. Hic tamen dorismus ad id genus pertinet, quod inferre periculosum videtur.

Idyll. XXVI. 1. χ' ἁ μαλοπάρῃος] cui genae roseae sunt, malorum instar. Recte observat Kiessl. in eundem sensum adhiberi ῥεθομαλίδης, quam vocem tanquam aeolicam affert Schol. ad Homer. Il. XXII, 68. Apte comparatur Idyll. VII, 117., ubi Amores vocantur μάλοισιν ἐρευθομένοισιν ὁμοῖοι. Similiter, animadvertente Fr. Iacobsio, οἰνωπὸς γένυς Periclymeno tribuitur apud Eurip. Phoen. 1176.

2. Observa vim, quae in repetitâ voce τρεῖς inest: unaquaeque earum catervae dux erat, ut tribus agminibus montem Cithaeronem (alii rem in Parnasso actam tradunt. Vid. Fr. Iacobs. ad Philostr. Imagg. p. 318.) peterent.

3. λασίας δρυός] λάσιος est epitheton arborum, quercus inprimis, ob foliorum densam copiam, ne cum Schrebero de muscis ramis adhaerentibus cogites. Callim. hymn. in Dian. 192. λασίῃσιν ὑπὸ δρυσὶ κρύπτετο νύμφη.

4. Asphodelus ramosus s. vulgaris planta est lilio similis, cuius usum quendam verisimile est fuisse in sacris Bacchi. Videtur poeta asphodelum, quo Bacchae utebantur, in terris natum dixisse, quod inferorum quoque loca asphodelo abundarent. Cf. Homer. Od. XI, 572. XXIV, 13. — Ceterum cogita aras ex vivo cespite exstructas et quercuum frondibus, hederâ atque asphodelo tantum contectas fuisse. Factum hoc est ex more antiquissimo, qui in sacris Bacchi obeundis servatus vi-

Ἐν καθαρῷ λειμῶνι κάμον δυοκαίδεκα βωμώς,
Τὼς τρεῖς τᾷ Σεμέλᾳ, τὼς ἐννέα τῷ Διονύσῳ·
Ἱερὰ δ' ἐκ κίστας πεποναμένα χερσὶν ἑλοῖσαι
Εὐφάμως κατέθεντο νεοδρέπτων ἐπὶ βωμῶν,
Ὡς ἐδίδασχ', ὡς αὐτὸς ἐθυμάρει Διόνυσος.
Πενθεὺς δ' ἀλιβάτου πέτρας ἄπο πάντ' ἐθεώρει,
Σχῖνον ἐς ἀρχαίαν καταδύς, ἐπιχώριον ἔρνος.
Αὐτονόα πράτα νιν ἀνέκραγε δεινὸν ἰδοῖσα,
Σὺν δ' ἐτάραξε ποσὶν μανιώδεος ὄργια Βάκχω

8. **νεοδρέπτων ἐπὶ βωμῶν.** Sunt qui adiectivo νεοδρέπτων offensi eius loco aliud substituendum esse persuadere volunt, velut **Graefe**, qui νεοδρέπτων ἐπὶ φύλλων corrigit; et **Osann.** Auctar. Lexic. Gr. p. 114. qui νεοδμήτων ἐπὶ βωμῶν legit. Sed vulgata bene se habet. Vid. annot.

13. Comma post *Βάκχω* delevit **Kiessl.**, ποσὶν cum ἐπιοῖσα coniungens.

detur; araque sic exstructa **graminea** dicebatur. Vid. **Horat.** Od. I, 19, 13. et ad hunc locum interpp.

5. ἐν καθαρῷ λειμῶνι] **in puro prato**, i. e. loco unde in omnes partes conspectus patebat. Sic καθαρὸς χῶρος **Hom.** Il. XXIII, 61., ἐν πεδίῳ καθαρῷ καὶ λείῳ apud **Iulian.** Or. II. p. 60. B., καθαρὰ ὁδός apud **Pindar.** Vid. **Boeckh.** Tom. III. p. 156. In pedestri oratione dicunt γῆν ψιλήν, cui opponitur γῆ πεφυτευμένη. Vid. **Boeckh.** ad Inscript. Aegypt. papyr. p. 18. Latinorum quoque tam poetae quam pedestres scriptores **purum campum** vocant, velut **Virgil.** Aen. XII, 771., ubi vid. **Heyne**, **Liv.** XXIV, 14. ibique interpp. Possis etiam verba ἐν καθαρῷ λειμῶνι ita interpretari, ut καθαρός ad loci sanctitatem referas. Prior tamen ratio propterea videtur praeferenda, quod, si reconditiore sensu poeta illa verba posuisset, perspicuitatis causâ aliquid debebat adiicere.

6. Semele unâ cum Baccho colitur. Cf. **Euripid.** Palam. fragm. V., **Elmsl.** ad Bacch. 995.

7. κίστη est vas mysticum, in quo res sacrae, quae in conspectum profanis venire non licebat, servabantur. Hae audiunt ἱερὰ πεποναμένα χερσίν, i. e. **arte facta**, intellige cum **Reiskio** simulacra deorum, Bacchi et Semeles, et quae alia numina honores sibi poscebant in sacris Bacchi.

8. βωμοί sunt νεόδρεπτοι, quod frondes, quibus arae contectae erant, modo erant decerptae. Quemadmodum θαλλούς et κλάδους habemus νεοδρέπτους (vid. **Fr. Iacobs.** Animadv. in Anthol. Tom. I. P. I. p. 14.), ita non video, quid impediat, quominus Theocritus aras, maximam partem ex frondibus constantes, νεοδρέπτους dicere potuerit. — Imposuerunt res sacras in aris εὐφάμως, **tacitae, linguis faventes.** Huic rei enim silentium conveniebat. Secus vertunt **bene precantes.**

11. σχῖνον] σχῖνος s. μαστίχη, lentiscus pistacia (**Mastixbaum**). Cf. **Billerb.** flor. class. p. 240. ἐπιχώριον appellat poeta, quod frequens eius proventus Thebis.

13. Verba ἐτάραξε ποσὶν ἐπιοῖσα in unam notionem comprehendenda: **pedibus invadens, pedum impetu conturbavit sa-**

Ἐξαπίνας ἐπιοῦσα· τὰ δ' οὐχ ὁρόωντι βέβαλοι.
Μαίνετο μέν τ' αὐτά, μαίνοντο δ' ἄρ' εὐθὺ καὶ ἄλλαι.
Πενθεὺς μὲν φεῦγεν πεφοβημένος· αἱ δ' ἐδίωκον,
Πέπλως ἐκ ζωστῆρος ἐπ' ἰγνύ' ἀνειρύσασαι.
Πενθεὺς μὲν τόδ' ἔειπε, Τίνος κέχρησθε, γυναῖκες;
Αὐτονόα δὲ τόδ' εἶπε, Τάχα γνώσῃ, πρὶν ἀκοῦσαι.
Μάτηρ μὲν κεφαλὰν μυκήσατο παιδὸς ἑλοῖσα,
Ὅσσον περ τοκάδος τελέθει μύκημα λεαίνας·

14. **Graefius** corrigit *τά τ' οὐχ*, quod **Kiesslingio** probatum mihi quoque placet. — Mox **Kiesal.** cum aliquot codd. *ὁρέοντι.*
20. **Boisson.** ex duobus codd. edidit *τὰν κεφαλάν.*

cra. — Tum quaeritur, num Autonoë operâ deditâ sacra illa pedibus turbaverit, an casu, ut exterrita et festinans? Credam illud, ob verba *τὰ δ' οὐχ ὁρ. βέβαλοι.*

14. *βέβαλοι*] **profani, non initiati**, qui verbis *ἑκὰς ἑκὰς ὅςτις ἀλιτρός, ἑκὰς ἑκὰς ἔστε βέβηλοι* a sacris occultis submovebantur. Cf. interpp. ad **Horat.** Od. III, 1, 1. **Kiessl.**

15. *εὐθύ*] de tempore, quo significatu ab antiquis scriptoribus poni negatur. Vid. **Fr. Iacobs.** ad Anthol. Pal. Tom. III. p. 76. ad Del. Epigr. p. 194. **Buttmann.** Gr. ampl. Tom. II. P. I. p. 290.

17. *ἐπ' ἰγνύα*] rarior accusativi forma. Vid. annot. ad Id. XXI, 45. — *ἐκ ζωστ. ἀνειρ.*, attraxerunt peplos cinguli ope ad poplites, ut expeditae fierent, persequuturae Pentheum, tanquam feram venatrices. De hoc usu praepos. *ἐκ* **Kiessl.** laudat **Matth.** Gr. §. 574.

18. Hic et sequens versus, si verborum conformationem spectas, nonne eandem simplicitatem spirant, quam v. 11 et 12. idyllii octavi, v. 28 et 29. eiusdem carminis? Qui loci, ni fallor, ita sibi similes sunt, ut alter alterum tueatur. — Ceterum in eo, quod in hoc versu *ἔειπε*, in proximo *εἶπε* scriptum, nemo haerebit, qui poetici sermonis libertatem in talibus noverit. Cf. annot. ad Id. II, 114, 115.

21. **Eurip.** Med. 187. *τοκάδος λεαίνης δέργμα.*

22. Idem tradit **Eurip.** Bacch. 1118. loco simillimo, ad quem vide **Hermanni** annotationem.

23. *ῥυθμὸς ωὑτός*] modus idem agendi, vel **tractio eadem**, h. e. modus idem trahendi et lacerandi. Ino scilicet dexterum humerum, Autonoë sinistrum trahebat. **Reiske.** — **Eurip.** l. d. *Ἰνὼ δὲ τἀπὶ θάτερ' ἐξειργάζετο Ῥηγνῦσα σάρκας.*

24. *νομέοντο*] **suam quaeque partem sibi vindicabat (sie theilten sich darein).** Tanto enim furore percitae erant, ut unaquaeque particulam Penthei ad se pertinere arbitraretur.

26. Poeta, ut narrationem praecidat, omnia, quae praeterea dici poterant, uno versu complectitur. Nomina autem propria omen habere existimabantur; quare poetae tragici haud raro etymologiae in talibus rationem habuerunt. Velut in hac ipsâ de Pentheo fabulâ simili modo loquutus est **Eurip.** Bacch. 367. *Πενθεὺς ὅπως μὴ πένθος εἰςοίσει δόμοις;* coll. v. 501. **Chaeremon.** in Pentheo s. ut aliis placet, in Dionyso apud

Ἰνὼ δ' αὐτ' ἔῤῥηξε σὺν ὠμοπλάτᾳ μέγαν ὦμον,
Λὰξ ἐπὶ γαστέρα βᾶσα· καὶ Αὐτονόᾳ ῥυθμὸς ὡὑτός.
Αἱ δ' ἄλλαι τὰ περισσὰ κρέα νομέοντο γυναῖκες,
Ἐς Θήβας δ' ἀφίκοντο πεφυρμέναι αἵματι πᾶσαι,
Ἐξ ὄρεος πένθημα, καὶ οὐ Πενθῆα φέροισαι.
Οὐκ ἀλέγω· μηδ' ἄλλος ἀπεχθέμεναι Διονύσῳ
Φροντίζοι, μηδ' εἰ χαλεπώτερα τῶνδ' ἐμόγησεν,
Εἴη δ' ἐνναέτης, ἢ καὶ δεκάτω ἐπιβαίνοι·

22. Idem ex aliis duobus codd. scripsit Ἰνὼ δ' ἐξέῤῥηξε.

29. δεκάτω] vulgo δεκάτῳ, quod servavit Meineke.

Aristotel. Rhet. II, 23. cuius verba ipsa apponam: ἄλλος (ὁ τόπος τοῦ ἐνθυμήματος) ἀπὸ τοῦ ὀνόματος. οἷον ὡς ὁ Σοφοκλῆς· Σαφῶς Σιδηρὼ καὶ φοροῦσα τοὔνομα. — καὶ ὡς Κόνων Θρασύβουλον θρασύβουλον ἐκάλει. καὶ Ἡρόδικος Θρασύμαχον, ἀεὶ θρασύμαχος εἶ. καὶ Πῶλον, ἀεὶ σὺ πῶλος εἶ. καὶ Δράκοντα τὸν νομοθέτην, ὅτι οὐκ ἀνθρώπου οἱ νόμοι, ἀλλὰ δράκοντος· χαλεποὶ γάρ. καὶ ὡς ἡ Εὐριπίδου Ἑκάβη εἰς τὴν Ἀφροδίτην, καὶ τοὔνομ' ὀρθῶς ἀφροσύνης ἄρχει θεᾶς. καὶ ὡς Χαιρήμων, Πενθεὺς ἐσομένης συμφορᾶς ἐπώνυμος. Cf. **Boeckh.** in libro de tragicis p. 327. et, qui ex exquisitae doctrinae copiis permulta ex tragicis collegit, **Elmsl.** ad Bacch. 508. Adde **Blomfield.** ad Agamemnon. 664, 1047. **Burges.** ad Eumenid. 865. **Lobeck.** ad Aiac. 430. **Hermann.** ib. 425. p. 70. **Hemsterh.** ad h. l. apud Gaisford. p. 214. — Tandem quod dixit poeta πένθημα φέρειν, non id de longinquo repetitum est. **Boisson.** laudat **Lycophr.** 302. ἐγὼ δὲ πένθος οὐχὶ μεῖον οἴσομαι. Adde ὀργὰς φέρειν **Eurip.** Med. 870., ubi vide **Fr. Iacobs.** apud **Pflugk.**

27. Pio animo poeta, postquam immane, quod deo instigante patratum erat, facinus enarraverat, addit, quicquid agant dii, nihil eorum se unquam reprehensurum, idemque se aliis suadere. In **Pindaro** fere versari tibi videris, in quo poetâ multa, quae eandem erga deos pietatem ostendunt, reperiuntur. Vid. **Boeckh.** Explicatt. ad Pindar. Olymp. XII. p. 108. Similem, quod observatione non indignum, religionis significationem in eâdem fabulâ habet **Oppian.** Cyn. IV, 316. ὅσσα Κιθαιρῶνος δὲ κατὰ πτύχας ἔργα γυναικῶν, Ἢ μυσερὰς κείνας τὰς ἀλλοτρίας Διονύσου Μητέρας, οὐχ ὁσίως ψευδηγορέουσιν ἀοιδοί. — Locum in singulis haud adeo expeditum ita fere explicari posse putaverim: οὐκ ἀλέγω, **non curo**; haec atque talia, a diis patrata, apud me in reprehensionem non incurrunt; est Pindaricum ἀφίσταμαι, s. οὐ μέμφομαι. Refer ad miseram Penthei sortem: **non curo Pentheum in hunc modum fuisse punitum; neque alius Dionyso succenseat, si quem vel gravius etiam affecerit.**

29. ἐνναέτης est **novennis.** Sed patet puerum **novennem** dici, qui, octo annis superatis, nonum ingressus est. Alioquin non posset sequi ἢ καὶ δεκ. ἐπιβαίνοι. Est is usus loquendi, quem nec nostri homines spernunt. — Ad δεκάτω cogitandum ἔτους, quod ex ἐνναέτης eliciendum. Cf. annot. ad Id. XV, 129. — Aetatis autem commemoratio in hoc versu quid sibi velit, equidem nescio. Fortasse cohaeret cum Bacchi mysteriis.

Αὐτὸς δ' εὐαγέοιμι, καὶ εὐαγέεσσιν ἅδοιμι.
Ἐκ Διὸς αἰγιόχω τιμὰν ἔχει αἰετὸς οὗτος·
Εὐσεβέων παίδεσσι τὰ λώϊα, δυςσεβέων δ' οὔ.
Χαίροι μὲν Διόνυσος, ὃν ἐν Δρακάνῳ νιφόεντι
Ζεὺς ὕπατος μεγάλαν ἐπιγουνίδα θήκατο λύσας·
Χαίροι δ' εὐειδὴς Σεμέλα, καὶ ἀδελφεαὶ αὐτᾶς
Καδμεῖαι, πολλαῖς μεμελημέναι ἡρωΐναις,
Αἳ τόδε ἔργον ἔρεξαν, ὀρίναντος Διονύσω,
Οὐκ ἐπιμωμητόν. μηδεὶς τὰ θεῶν ὀνόσαιτο.

34. κάτθετο λύσας duo codd., idque recepit Boisson.

30. Apposite in rem Callim. hymn. in Del. 98. affert Warton. εὐαγέων δὲ καὶ εὐαγέεσσι μελοίμην.

31. Sensus videtur hic esse: Alii cogitent et agant, utut velint; ego quidem sancte vivam deosque colam. Atque haec vitae ratio Iovi probabitur, ipsisque liberis proderit; diis enim piorum liberi curae cordique sunt. — αἰετὸς οὗτος, hoc augurium a Iove ratum habetur. αἰετός ita dictum ut in versu Homerico εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.

32. τὰ λώϊα] positivi forma, unde comparativus λωΐων, unico hoc, ut videtur, loco usurpata. Vid. Buttmann. Gr. ampl. Tom. I. p. 272. — Ceterum harum rerum curiosis haud ingratum erit cognoscere hunc versiculum in Theocrito optimum esse iudicatum a Philippo Melanthone.

33. Dracanum, promontorium Sami, et urbs, ubi, Nonno quoque teste, Dionys. IX, 16., Iupiter soluto femore Bacchum edidisse fertur. — Iunge λύσας μεγ. ἐπιγ. θήκατο. — τίθεσθαι dictum ut deponere apud Latinos de matribus, quae onere exsolvuntur.

35. ἀδελφεαὶ ... Καδμεῖαι] filiae Cadmi et sorores Semeles dicuntur Cadmeae sorores, quemadmodum Tibull. III, 6, 24. Cadmea mater, Cadmi filia, quae Penthei mater erat. Cf. annot. ad Id. XV, 109. Huschke ad Tibull. l. c., Matth. Gr. §. 446, 9. p. 835.

36. πολλ. μεμελ. ἡρ.] Semele eiusque sorores ab heroinis celebrantur [fortasse rectius coluntur, ob generis, puto, nobilitatem], quia et ipsae sunt heroinae. Kiessl. — Nonn. Dionys. XXXVII, 623. Παλλάδι νικαίῃ μεμελημένος aliaque id genus multa vide apud Boeckh. Explicatt. in Pindar. p. 112.

XXVII.

ARGUMENTUM.

In hoc Idyllio, quod vere est bucolicum, Daphnis bubulcus puellam, quae capellas pascit, oculis, verbis, factis ad clandestinos amores pellicere conatur. Viri amore et cupiditate flagrantis varia conamina, puellae frustra renitentis cunctationem vivide et eleganter repraesentavit auctor, quem tamen Theocritum fuisse merito dubitant. Sunt qui Moschum auctorem existiment. Quae opinio ut minime absurda est, ita certis firmisque argumentis destituitur. F. I.

Praeter Fr. Iacobsium alii quoque viri exstiterunt intelligentes, qui hoc carmen Theocrito abiudicarent. Manso non magis Moscho quam Theocrito adiudicat; Eichstadtio ab ingeniosiore Theocriti imitatore compositum esse videtur. Item Reinholdus p. 66. non pro germano Theocriti carmine habet. Huic vero vindicare studuit Wissowa p. 35. Theocriteum habuisse videtur Reisig. de particula ἂν p. 131. Tantas lites componere meum non arbitror. Id vero aliquam de αὐθεντείᾳ iniicere possit cuiquam dubitationem, quod hoc carmen deest in editt. Ald. et Lovan.; item in cod. Sactamand. non reperitur. Tum ipsa carminis indoles quidem non satis Theocritea videtur.

Quo minus inter viros doctos constat de carminis auctore, eo certius hoc est, Daphnidem, qui hic infertur, non eundem esse habendum cum notissimo illo Daphnide, cuius laudes celebrantur Idyllio primo. Hinc minime mirandum est eius patrem dici Lycidam, matrem Nomaeam. Puellae quod nomen fuerit, non liquet. Naidis certe nomen ei non fuisse, quod versui 62. inferre voluit Toup., iam propterea dubito, quod id unice ideo videtur excogitatum esse ob Idyll. VIII., quo Nais Daphnidis uxor nominatur.

Inscribitur carmen ὀαριστύς, quae dulcis est confabulatio. — Ceterum non recte iudicare videntur, qui initium Idyllii periisse arbitrantur. Carmen est integrum; poeta vero Daphnidem et puellam ita loquentes inducit, ut ad eorum quae confabulantur intelligentiam quaedam sint supplenda.

ΟΑΡΙΣΤΥΣ
ΔΑΦΝΙΔΟΣ ΚΑΙ ΚΟΡΗΣ.
ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ κζ'.

ΚΟΡΗ.

Τὰν πινυτὰν Ἑλέναν Πάρις ἥρπασε βωκόλος ἄλλος.

Idyll. XXVII. 1. Vulgo primus et secundus versus uni Daphnidi tribuuntur, quo concinnitas, quam per totum carmen poeta servavit, sublata est. Ex hac ratione id quoque incommodi evadit, quod versus secundus non aptum praebet sensum. Hoc sensit Kiessl., cui id tantum dubitationem iniecit, quod primum versum puellae moribus non convenire arbitrabatur, siquidem puella istis verbis iuvenem aperte pro-

Idyll. XXVII. 1. Quum in medium statim sermonem nos abripiat poeta, alia praegressa sunt cogitanda, quae talia tibi finge: Daphnis bubulcus cum puellâ blande confabulatus, summo eius amore se flagrare obtestatus erat. Ad quae puella nulli viro fidem habendam esse respondet. Iam Daphnis se bubulcum esse ait, et simplicem et a dolo proinde fraudibusque alienum. Respondet puella: bubulcis fidem non esse habendam docet exemplum Paridis, qui, bubulcus scilicet, Helenam quantumvis prudentem deceptam rapuit. Qua re, quod non sine vi reticetur, tuas artes fraudesque timeo. Tum Daphnis, at maiore, inquit, haec Helena (i. e. tu) mei amore tenetur. Quibus dictis iuvenis eam exosculatur. Virgo, puellarum more, quae non tam facili operâ se vinci patiuntur, osculum quidem rapuisti, ait; sed quid est, quod glorière? Osculum leve est. — Ita omnia, opinor, satis commode procedunt; et intelligitur simul aptissime Helenam nunc appellari πινυτάν, cautam, circumspectam; quippe quam, etsi viris fidem non habuerit, Paris tamen fefellit.

2. ἐστὶ φιλεῦσα] amat amoremque servat; ne simpliciter pro φιλεῖ positum esse credas. Hinc sponte apparet eos falli, qui ἐστὶ φιλεῦσα vertunt osculatur.

3. σατυρίσκε] Satyriscum vocat eum tam hîc quam v. 48. puella ob lasciviam, qua osculum vi abstulerat. In simili re Hermaphroditi nomen legitur in Anthol. Pal. IX. nro. 317. Vide Fr. Iacobs. ad Anth. Pal. Tom.

ΔΑΦΝΙΣ.

Μᾶλλον ἔμ' ἢδ' Ἑλένα τὸν βωκόλον ἐστὶ φιλεῦσα.

ΚΟΡΗ.

Μὴ καυχῶ, σατυρίσκε· κενόν τὸ φίλαμα λέγουσιν.

ΔΑΦΝΙΣ.

Ἔστι καὶ ἐν κενεοῖσι φιλάμασιν ἁδέα τέρψις.

ΚΟΡΗ.

Τὸ στόμα μευ πλύνω, καὶ ἀποπτύω τὸ φίλαμα.

ΔΑΦΝΙΣ.

Πλύνεις χείλεα σεῖο; δίδου πάλιν, ὄφρα φιλάσω.

ΚΟΡΗ.

Καλόν σοι δαμάλας φιλέειν, οὐκ ἄζυγα κώραν.

ΔΑΦΝΙΣ.

Μὴ καυχῶ· τάχα γάρ σε παρέρχεται, ὡς ὄναρ, ἥβη.

ΚΟΡΗ.

Ἁ σταφυλὶς σταφίς ἐστι, καὶ οὐ ῥόδον αὖον ὀλεῖται.

vocaret ad Paridem imitandum, i. e. ad ipsam rapiendam. Vide annot. — Ceterum Graefius initio versum periisse suspicatur.

8 — 10. Hi versus ab aliis soli Daphnidi tribuuntur. In v. 9. editt. aliquot veteres omittunt οὐ, eandemque vocem abiiciendam censet Manso, ut puella se communi interitus sorte consoletur, quae ratio haud probabilis videtur.

III. p. 530. — κενόν τὸ φίλ. osculum leve est, i. e. rem inanem esse dicunt. Versus 4. etiam Idyll. IV, 20. legitur.

5. Ut nihil ex illo osculo in labris maneat, os suum se loturam et osculum desputuram ait: quasi fastidiosa virgo nostrae aetatis linteo sumpto osculum de labris abstergat. De ἀποπτύειν hac significatione posito cf. Anecd. Gr. Bekkeri Tom. I. p. 28.

6. Tune lavas? En, age, os praebe, ut iterum te osculer. Quo dicto alterum osculum sibi rapit. Aegre hoc ferens, ut indignationis speciem certe prae se ferat, sed tamen osculum non serio detrectans, mitte me, respondet puella, ad vitulas tuas abi easque exosculare.

7. οὐκ ἄζυγα κ.] Homer. Od. VI, 106. παρθένος ἀδμής. Latinorum iugum ferre pro nuptam esse iam ex Horatio notum.

8. τάχ. παρέρχ.] cito tibi nec sentienti fugit aetatis flos, somnii instar. — Ad haec puella: uva etiam, quum passa facta est, dulcedinem servat, et folia rosarum vel arida non abiiciuntur, sed odorifera sunt, h. e. tum quoque meus mihi habebitur honor. In explicando hoc loco praeivit Dahlius, cuius interpretationem Kiessl. quoque probavit. Et hic quidem differentiam vocum, quae uvam designant, recte constituit hanc: ἡ σταφυλίς est uva matura, ἡ σταφίς s. ἀσταφίς uva arida s. passa, ὁ ὄμφαξ uva immatura.

9. ἐστὶ ... ὀλεῖται] Futurum positum de re consuetâ, fieri solitâ, cuius loco et Graeci alibi et

ΔΑΦΝΙΣ.

Δεῦρ' ὑπὸ τὰς κοτίνους, ἵνα σοί τινα μῦθον ἐνίψω.

ΚΟΡΗ.

Οὐκ ἐθέλω· καὶ πρίν με παρήπαφες ἀδέϊ μύθῳ.

ΔΑΦΝΙΣ.

Δεῦρ' ὑπὸ τὰς πτελέας, ἵν' ἐμᾶς σύριγγος ἀκούσῃς.

ΚΟΡΗ.

Τὰν σαυτῶ φρένα τέρψον· ὀϊζυρὸν οὐδὲν ἀρέσκει.

ΔΑΦΝΙΣ.

Φεῦ φεῦ, τᾶς Παφίας χόλον ἅζεο καὶ σύ γε κώρα.

ΚΟΡΗ.

Χαιρέτω ἁ Παφία· μόνον ἵλαος Ἄρτεμις εἴη.

16. Unus cod. et aliquot editt. *ἄκλιτον*.

17. Hunc versum et eum, qui verbis *μὴ 'πιβάλῃς* incipit, tribuunt puellae, eo quem inseruimus plane omisso. Primus versum hunc memorat H. Stephanus, ipse tamen nesciens qui sit eius fons. Mihi quidem necessarius videtur, quod eo eiecto versuum alternantium ordo perit; et quod versus 18., qui quum in omnibus codd. reperiatur haud dubie genuinus est, talem sententiam tantum non flagitat; nam hoc versu revocato orationis concinnitas ita restituitur, ut eâ lege, quae per totum Idyllium servata est, ad iuvenis verba similibus verbis puella

nos plerumque praesens substituimus. Hinc utrumque tempus iam coniunctum. Sic Hom. Il. I, 142. *ἐρύσσομεν ... ἀγείρομεν ... θείομεν ... βήσομεν.* Vid. Heyne. Tom. IV. p. 57.

11. *πρίν* (i. e. *πρότερον*) *με παρήπαφες*] quando? et ubi? In iis nimirum, quae sermonem, qualis in hoc Idyllio legitur, praegressa sunt cogitanda. Unde ea haud parum firmantur, quae de initio supplendo ad v. 1. observavimus.

12. Primum Daphnis puellam suam ad oleastros invitaverat; haec, quanquam se sequi nolle dixerat, tamen subsequuta erat. Nunc ulterius ad ulmos eam prolicit, ubi sub umbrosioris arboris tegmine latentes commodius Amoris operibus vacarent. Etiamnum obluctantis speciem prae se fert, licet se vinci velle haud plane dissimulet. Haud serio enim Daphnidis cantum *ὀϊζυὸν* miserum dicit: in quo, si lectio vera est, forma *ὀϊζυὸς* pro *ὀϊζυρὸς* notatu digna est. Cf. Buttmann. Gr. ampl. Tom. II. P. I. p. 382.

14. Wartonus comparat Musae. Her. et Leandr. 157. *πείθεο καὶ σὺ φίλη, μὴ Κύπριδι μῆνιν ἐγείρῃς.*

16. *μὴ βάλλῃ*] sc. Venus, quippe quae telis armata fingitur. Cf. Id. XI, 15, 16. — *λίνον ἄλλυτον*, inextricabilis laqueus, ut *πέδαι ἄλλυτοι* apud Homerum.

17. Paullum puellam cum Daphnide processisse puta. Dum vero altercantur, iuvenis audacior factus blanditiis apertiorem amoris significationem additurus erat. Ab eius lasciviâ ut se defendat, ore

ΔΑΦΝΙΣ.

Μὴ λέγε· μὴ βάλλῃ σε, καὶ ἐς λίνον ἄλλυτον ἔλθῃς.

ΚΟΡΗ.

Βαλλέτω ὡς ἐθέλει· πάλιν Ἄρτεμις ἄμμιν ἀρήγοι.

ΔΑΦΝΙΣ.

[Μὴ προβάλῃς τὰν χεῖρα, καὶ εἰςέτι χεῖλος ἀμέλξω.]

ΚΟΡΗ.

Μὴ 'πιβάλῃς τὰν χεῖρα, καὶ εἰςέτι χεῖλος ἀμύξω.

ΔΑΦΝΙΣ.

Οὐ φεύγεις τὸν Ἔρωτα, τὸν οὐ φύγε παρθένος ἄλλα.

ΚΟΡΗ.

Φεύγω, ναὶ τὸν Πᾶνα· σὺ δὲ ζυγὸν αἰὲν ἀείρεις.

respondeat. Quapropter cum Boisson. eum recepi, sed eum inclusi, nec versuum numerum mutavi. — De singulis haec addam. Pro ἀρήγοι Kiessl. ex Schaeferi emendatione dedit ἀρήγει, quod puellam nunc quidem orationis confidentia deceat. Mox pro ἀμύξω alii ἀμύξεις, alii ἀμύξῃς corrigunt. In versu a me inserto, quum usus vocis ἀμέλγειν haud satis videatur munitus, lectionis veritatem ego praestare nolim. — Tandem monendum Schwenkium ad Aeschyl. Eumen. p. 166. hos versus sic distribuere: Κόρη. Βαλλέτω ὡς ἐθέλει, πάλιν Ἄρτεμις ἄμμιν ἀρήγει. Μὴ 'πιβάλῃς τὴν χεῖρα. Δάφνις. καὶ εἰςέτι χεῖλος ἀμέλξω. Οὐ φεύγεις τὸν Ἔρωτα, τὸν οὐ φύγε παρθένος ἄλλα.

averso manus protendit. Hinc Daphnis μὴ προβάλῃς τὴν χεῖρα, ne manum, inquit, mihi opponas; ad quae apte comparant Horat. Epod. III, 21. manum puella suavio opponat tuo. Adde Propert. II, 29, 39. Dixit et opposita propellens suavia dextra Prosilit. Pergit Daphnis καὶ εἰςέτι χεῖλος ἀμέλξω, et insuper labra tua imbibam. Ad adstruendam vocis ἀμέλγειν significationem H. Stephanus versum ex Adonidis epitaphio attulit τὸ δέ σευ γλυκὺ φίλτρον ἀμέλξω, Ἐκ δὲ πίω τὸν ἔρωτα. — Iuvenis, ut fit, tantum abest, ut specioso puellae fastidio deterreatur, ut eo magis exardescat. Statim igitur oscula recentia addit et manum adeo puellae iniicere vult. Haec vero μὴ 'πιβάλῃς τὴν χεῖρα, ne manu me contrectes; καὶ εἰςέτι χεῖλος ἀμύξω, et insuper tibi osculum laturo in os involabo.

19. οὐ φεύγεις] praesens gravius quam futurum, quod tempus vulgaris sermo posceret.

20. σὺ δὲ ζυγὸν αἰὲν ἀείρεις] alii de Daphnide amori nunquam non operam navante accipiunt, quo sensu locus admodum friget. Sic malim: ego quidem Amorem fugio, neque ei me subiicio, licet tu iugum mihi semper sis impositurus. Agricola taurum aut iuvencam aratro iuncturus ἀείρει ζυγόν, iugum tollit, quod collo bovis detrectantis imponat, tempori opportuno, quo id fieri possit, intentus. Iam commode Daphnis, se id facere ait, ne peiori viro iungatur. F. I.

ΔΑΦΝΙΣ.

Δειμαίνω, μὴ δή σε κακωτέρῳ ἀνέρι δώσει.

ΚΟΡΗ.

Πολλοί μ' ἐμνώοντο, νόον δ' ἐμὸν οὔτις ἕαδε.

ΔΑΦΝΙΣ.

Εἷς καὶ ἐγὼ πολλῶν μνηστὴρ τεὸς ἐνθάδ' ἱκάνω.

ΚΟΡΗ.

Καὶ τί, φίλος, ῥέξαιμι; γάμοι πλήθουσιν ἀνίας.

ΔΑΦΝΙΣ.

Οὐκ ὀδύναν, οὐκ ἄλγος ἔχει γάμος, ἀλλὰ χορείαν.

ΚΟΡΗ.

Ναὶ μὰν φασὶ γυναῖκας ἑοὺς τρομέειν παρακοίτας.

ΔΑΦΝΙΣ.

Μᾶλλον ἀεὶ κρατέουσι· τίνα τρομέουσι γυναῖκες;

ΚΟΡΗ.

Ὠδίνειν τρομέω· χαλεπὸν βέλος Εἰλειθυίας.

ΔΑΦΝΙΣ.

Ἀλλὰ τεὰ βασίλεια μογοστόκος Ἄρτεμίς ἐστιν.

ΚΟΡΗ.

Ἀλλὰ τεκεῖν τρομέω, μὴ καὶ χρόα καλὸν ὀλέσσω.

22. Schaefer. corrigit νόῳ δ' ἐμῷ οὔτις ἕαδεν. Vid. annotat. — Boisson. ex uno cod. νόον δέ μευ.

34. Vulgo ἀπέλθῃς s. ἀπένθῃς, quod retinuit Boisson.

35. Vulgatum οὔ μ' αὐτὸν τὸν Πᾶνα Buttmann. Gr. ampl. Tom. I. p. 126. (ubi ex errore VII, 35. legitur pro XXVII, 35.) ita defendit,

21. *μὴ δώσει*] de *μή* cum indicat. fut. v. Matth. Gr. §. 519, 7. Subiectum, quod vocant, est Amor, qui praecessit. — *κακωτέρῳ.* Cf. annot. ad Id. V, 52.

22. *νόον δ' ἐμὸν οὔτις ἕαδε*] ἁνδάνειν cum accusativo iunctum certis exemplis defenditur, ac frustra hic sollicitatum est. Omnem dubitationem eximunt ea, quae collecta sunt a Valcken. ad Eurip. Hippolyt. 106, 184. Brunck. ad Aristoph. Plut. 69. Heindorf. ad Platon. Cratyl. p. 29. Cf. Buttmann. Gr. ampl. Tom. II. P. I. p. 77. Matth. Gr. §. 411, 5. not. 2. p. 753. — Si de formâ ἕαδε quaeris, perfectum videtur esse, significatione praesentis. Suadet hoc tam vocis mensura, quam sensus: multi meas nuptias *ambibant*, sed nullus ex iis adhuc mihi *placuit*.

24. *τί ῥέξαιμι*] quid facerem? Id non est deliberantis, sed iudicium exquirentis, subiectamque habet sententiam: non puto. Sunt verba Hermanni de part. ἄν. III, 5. p. 11237.

28. *βέλος Εἰλ.*] Homer. Il. XI, 269. ὡς δ' ὅτ' ἂν ὠδίνουσαν ἔχῃ βέλος ὀξὺ γυναῖκα, Δριμύ. τό τε προϊεῖσι μογοστόκοι Εἰλείθυιαι. Nossis Epigr. 3. Dianam precatur, ut sine sagittis ad puerperam accedat. Cf. Phaedim. Epigr. 3.

ΔΑΦΝΙΣ.
Ἢν δὲ τέκῃς φίλα τέκνα, νέον φάος ὄψεαι υἷας.

ΚΟΡΗ.
Καὶ τί μοι ἕδνον ἄγεις γάμου ἄξιον, ἢν ἐπινεύσω;

ΔΑΦΝΙΣ.
Πᾶσαν τὰν ἀγέλαν, πάντ' ἄλσεα καὶ νομὸν ἑξεῖς.

ΚΟΡΗ.
Ὄμνυε, μὴ μετὰ λέκτρα λιπὼν ἀέκουσαν ἀπενθῆν.

ΔΑΦΝΙΣ.
Οὐ μάν, οὔ, τὸν Πᾶνα, καὶ ἤν κ' ἐθέλῃς με διῶξαι.

ΚΟΡΗ.
Τεύχεις μοι θαλάμως, τεύχεις καὶ δῶμα καὶ αὐλάς;

ΔΑΦΝΙΣ.
Τεύχω σοι θαλάμως, τὰ δὲ πώεα καλὰ νομεύω.

ΚΟΡΗ.
Πατρὶ δὲ γηραλέῳ τίνα κεν τίνα μῦθον ἐνίψω;

ΔΑΦΝΙΣ.
Αἰνήσει σέο λέκτρον, ἐπὴν ἐμὸν οὔνομ' ἀκούσῃ.

ut crasis sit habenda ex μὰ αὐτὸν orta; idque ipsum scribendum esse proponit. Nos Schaeferi emendationem recepimus. Cf. Id. V, 14.

38. Reisigio de usu part. ἄν p. 101. dictum videtur oportuisse τίνα καὶ τίνα μῦθον ἐνίψω; futuro enim hic κεν nullo modo adiungi posse. In uno cod. et aliquot editt. est μέν.

39. Boisson. ὤνομ' ἀκ. ex uno cod.

ad Dianam: Λεχοῖ δισσὰς ὑπερέσχες χεῖρας, ἄτερ τόξου, πότνια νισσομένη. F. I.

31. νέον φάος ὄψεαι υἷας] decoris. voluptati tibi erunt liberi. De translatâ significatione vocis φάος cf. Abresch. ad Aeschyl. Tom. I. p. 195.

32. ἕδνον] munus quod sponsus sponsae affert.

34. μετὰ λέκτρα] post coitum, post nuptias.

35. ἤν κ'] rarius hae particulae iunctae reperiuntur. Sic Id. XI, 78. ἐπήν κ'. Vid. Schaefer. ad h. l., Hermann. de partic. ἄν Lib. IV. cap. 5. p. 11250., Matth. Gr. §. 525. p. 1020. — διῶξαι. Etiamsi me velles abigere. Vide de hoc usu verbi διώκειν, qui iam Homero (Od. V., 332.) cognitus est, Buttmann. Lexil. Tom. I. p. 219.

36. θαλάμως] thalamus est domicilium, quod, qui rem familiarem conditurus erat exstruere debebat. Cf. not. ad Id. XVIII, 3.

37. τὰ δὲ πώεα] greges puellae, ni fallor, quos insuper se pasturum esse pollicetur. — καλὰ νομεύω i. e. καλῶς νομεύω. Sic v. 47. ταῦροι καλὰ νέμεσθ'. Etiam singularis numerus ita ponitur articulo aut omisso, vid. not. ad Id.

ΚΟΡΗ.

Οὔνομα σὸν λέγε τῆνο· καὶ οὔνομα πολλάκι τέρπει.

ΔΑΦΝΙΣ.

Δάφνις ἐγώ, Λυκίδας δὲ πατήρ, μάτηρ δὲ Νομαία.

ΚΟΡΗ.

Ἐξ εὐηγενέων· ἀλλ' οὐ σέθεν εἰμὶ χερείων.

ΔΑΦΝΙΣ.

Οὐδ' ἄκρα τιμήεσσα· πατὴρ δέ σοί ἐστι Μενάλκας.

ΚΟΡΗ.

Δεῖξον ἐμοὶ σέθεν ἄλσος, ὅπῃ σέθεν ἵσταται αὖλις.

ΔΑΦΝΙΣ.

Δεῦρ' ἴδε, πῶς ἀνθεῦσιν ἐμαὶ ῥαδιναὶ κυπάρισσοι.

ΚΟΡΗ.

Αἶγες ἐμαί, βόσκεσθε· τὰ βωκόλω ἔργα νοήσω.

42. Idem ex uno cod. ἐπεὶ οὐ ἕθεν ἐστὶ χερ., iuxta Homericum usum (Il. I, 114.). Nec aliter in sequent. ὅπῃ ἕθεν.

43. Variis modis tentatus locus, quum ex vulgatâ lectione, quocunque te vertas, vix aptam elicias sententiam. Lenissimum fuerit, si scribas, in quod inciderunt Fr. Iacobs. et Gerhard. οἶδ'· ἄκρα τιμ., scio quidem; valde nobili loco nata es.

49. Quae hic verba sunt Fr. Iacobsii: „probabiliter Toup.

II, 11., aut addito. Vid. not. ad Id. I, 41. III, 3.

40. τῆνο] nomen illud, quod tantam vim habiturum esse dicis.

42. ἐξ εὐηγενέων] s. ἐξ εὐγενέων. Formula ad generis nobilitatem designandam etiam pedestribus scriptoribus in usu est. Vid. Acta Philol. Monac. III, 3. p. 352. et inprimis copiosam disputationem Welckeri in Prolegg. ad Theogn. p. LXII.

43. Vulgatam h. l. lectionem, quam de loco movere non ausi sumus, alii aliter tuentur. Boisson., potuit, inquit, inurbanus esse Daphnis. Rectius, opinor, Kiessl., Mansonem sequutus, observat Daphnidem ex omni inurbanitatis et temeritatis culpâ eximendum esse, ut qui puellae nonnisi hoc dicat, ipsos generis loco non tantum a se invicem distare, ut haec distantia nuptias impedire debeat. Quo sensu nos diceremus: du bist ja doch eben auch nicht so gar vornehm. Sed hic vides sententiam reddi leniorem additis particulis; quas in Graecis desideras. Quamobrem in receptâ lectione me non acquiescere fateor. — ἄκρα adverbii loco positum est valde, admodum; ut Apollon. Rhod. I, 728. Vid. Fr. Iacobs. in Not. Crit. ad Anthol. Palat. p. 206.

45. πῶς ἀνθεῦσιν] exspectabas post δεῦρ' ἴδε — ὅπως ἀνθ. Sed saepe rectae interrogandi formae etiam in obliquâ oratione admittuntur. Sunt verba Hermanni ad Soph. Antig. 372. Xenoph. Mem. I, 2, 36. εἰδὼς πῶς ἔχει, ubi vide Bornemann. et Elmsl. ad Eur. Med. 1103.

46. τὰ βωκ. ἔργα] latiore sensu quae sunt bubulci; sei-

ΔΑΦΝΙΣ.

Ταῦροι, καλὰ νέμεσθ', ἵνα παρθένῳ ἄλσεα δείξω.

ΚΟΡΗ.

Τί ῥέζεις, σατυρίσκε; τί δ' ἔνδοθεν ἅψαο μαζῶν;

ΔΑΦΝΙΣ.

Μᾶλα τεὰ πρώτιστα τάδε χνοάοντα διδάξω.

ΚΟΡΗ.

Ναρκῶ, ναὶ τὸν Πᾶνα. τεὰν πάλιν ἔξελε χεῖρα.

ΔΑΦΝΙΣ.

Θάρσει, κῶρα φίλα. τί μοι ἔτρεμες; ὡς μάλα δειλά.

ΚΟΡΗ.

Βάλλεις εἰς ἀμάραν με, καὶ εἵματα καλὰ μιαίνεις.

ΔΑΦΝΙΣ.

'Αλλ' ὑπὸ σοὺς πέπλους ἁπαλὸν νάκος ἠνίδε βάλλω.

emendavit χλοάοντα μαλάξω," ea faciam mea. Quum mamillae dicantur μᾶλα, apte videtur iis tribui adiectivum, quod malis quoque conveniat. Id vero est χλοάοντα, papillae sororiantes, quemadmodum μῆλα χλοάοντα proprio sensu apud Athen. III, 82. dicuntur poma succi plena. Tum quod in praecipuà laude virginum ponitur, quod papillas habent rigidas necdum pendulas, recte μαλάξω contrectando molliores reddam.

51. Ex ed. Florent. ἔτρεσας Boisson.

ne Anlagen und Besitzthümer.

47. ἵνα ... δείξω] ut virgini nemora ostendam. δείξω est coniunct. aor. Kiessl. ἵνα de tempore accipit: dum ostendam, δείξω pro futuro habens. Sed hoc sensu praesens tempus aut coniunctivum cum partic. ἂν exspectaveris.

49. Hic quoque quum tutissimum putaverim vulgatam lectionem, quae omnium codd. consensu nititur, intactam relinquere, tolerabilem certe eius explicationem a Graefio et Kiessl. prolatam hoc loco apponam. Ac primum quidem hic διδάξω exponit cognoscam; verba enim μαθεῖν, γνῶναι, δαῆναι et διδάσκειν vi cognoscendi usurpari; similem vocis διδάσκειν usum deprehendi in Fragm. Pind. Tom. III. p. 609. Boeckh. διδάξομεν χρυσὸν καθαρῷ βασάνῳ, quanquam hic locus, ut ingenue fatear, aliam quoque admittit explicationem. Tum adiectivum χνοάοντα ita expedit Graefius: lanuginem illam tenerrimam, quae χνοῦς vocatur, poma maturitati proxima vestire; eleganter itaque per hanc imaginem hoc exprimi: ostendam, te viro maturam esse. Quodsi igitur Kiessl. de verbo διδάσκειν probes sententiam, sensus foret hic: cognoscam an mala tua matura sint. Cf. Var. Lect.

50. Quemadmodum hic puella torpet (ναρκῶ), quod vis illata pudorem frangit, ita Bacchi, idem artificium tentantis, manus ipsa torpere i. e. officium negare dicitur apud Nonn. XLII. p. 1082. ἐπιψαύουσα δὲ μαζῶν δεξιτερὴ νάρκησε γυναιμανέος Διονύσου.

51. κῶρα] eâdem ratione Callim. hymn. in Dian. 72. κοῦρα,

ΚΟΡΗ.

Φεῦ φεῦ, καὶ τὰν μίτραν ἀπέστιχες· ἐς τί δ' ἔλυσας;

ΔΑΦΝΙΣ.

Τᾷ Παφίᾳ πράτιστον ἐγὼ τόδε δῶρον ὀπάζω.

ΚΟΡΗ.

Μίμνε, τάλαν· τάχα τίς τοι ἐπέρχεται· ἦχον ἀκούω.

ΔΑΦΝΙΣ.

Ἀλλάλαις λαλέοντι τεὸν γάμον αἱ κυπάρισσοι.

ΚΟΡΗ.

Τὠμπέχονον ποίησας ἐμοὶ ῥάκος· εἰμὶ δὲ γυμνά.

ΔΑΦΝΙΣ.

Ἄλλαν ἀμπεχόναν τᾶς σᾶς τοι μείζονα δωσῶ.

ΚΟΡΗ.

Φῇς μοι πάντα δόμεν· τάχα δ' ὕστερον οὐδ' ἅλα δοίης.

54. Verbum ἀπέστιχες, quanquam alibi sine ullâ vitii suspicione exstat (vid. Friedem. de mediâ syllabâ pentam. p. 373.), hoc loco vix sanum est. Is. Voss. ἀπέστικες, de quo vide animadv. ad Thom. Magistr. p. 371. Toup. ἀπέσχασας, Scalig. ἀπέσχισες, pro quo si scripseris ἀπέσχισας, quod exhibere Scal. voluisse credo, id verum videtur.

quanquam Atticis dicitur κόρη, Ionibus κούρη. Indulserunt sibi hoc poetae Alexandrini analogiâ vocis νύμφη adducti, in qua voce Homerus α corripit. Vid. Spitzner. Pros. §. 18.

54. τὰν μίτραν] μίτρα de zonâ virginali usurpatur. — Ceterum terminationem in μίτραν correptam esse observa. Vid. Fr. Iacobs. Add. ad Anthol. Pal. p. XLVII.

55. Notissima res est, zonam virginalem post nuptias Veneri consecrari solitam esse. Id fortasse magis dignum notatu, quod iuvenis illud donum deae se oblaturum esse promittit.

56. μίμνε] i. e. παῦσαι, σχές, mane dum, ulterius ne progrediaris.

57. Arbores ipsae in voluptatis gaudiique societatem vocantur. Sic in loco, qui Veneri consecratus est, vivunt in Venerem frondes .... nutant ad mutua palmae Foedera. Populeo suspirat populus ictu Et platani platanis ulnoque assibilat ulnus. Claudian. de Nupt. Honor. Carm. X, 65.

60. οὐδ' ἅλα δοίης] ne salem quidem dederis; i. e. ne hilum quidem. Loquendi ratio in simili re iam ab Homero (Od. XVII, 455.) adhibita. — Verum, ad quod velim attendas, plurimum Veneris huic loco accedit, omissâ particulâ potentiali. Nudo optativo opinio sine conditione, optativo cum particulâ ἄν autem suspensa ex conditione aliquâ opinio significatur. Sic Hermann. de part. ἄν III, 5. p. 11238. (ubi ex errore Id. XVII. affertur). Non

ΔΑΦΝΙΣ.

Αἴθ' αὐτὰν δυνάμαν καὶ τὰν ψυχὰν ἐπιβάλλειν.

ΚΟΡΗ.

Ἄρτεμι, μὴ νεμέσα· σὴ ἐρημιὰς οὐκέτι πιστή.

ΔΑΦΝΙΣ.

Ῥέξω πόρτιν Ἔρωτι, καὶ αὐτᾷ βῶν Ἀφροδίτᾳ.

ΚΟΡΗ.

Παρθένος ἔνθα βέβακα· γυνὰ δ' εἰς οἶκον ἀφέρψω.

ΔΑΦΝΙΣ.

Ἀλλὰ γυνὰ μάτηρ, τεκέων τροφός, οὐκέτι κώρα.
Ὣς οἱ μὲν χλοεροῖσιν ἰαινόμενοι μελέεσσιν
Ἀλλάλοις ψιθύριζον· ἀνίστατο φώριος εὐνά.

58. Pro vulgato ἐμόν Schaeferi emendationem ἐμοί cum Kiessl. et Mein. recepimus.

62. Toup. corrigit σοὶ Νηϊὰς οὐκέτι πιστή. Haud parum probabilitatis huic emendationi accedere dicit Kiessl. eo, quod in edit. Florent. hoc carmen inscribitur ὀαριστὺς Δάφνιδος καὶ Νηΐδος, singulisque versibus pro *Κ* praeponitur *Ν*. Nec tamen vulgata deserenda videtur.

recte indicavit de hoc loco, eundem tamen recte vertens, Reisig. de part. ἄν p. 131.

61. αἴθε ... δυνάμαν] Cf. annot. ad Id. IV, 59. Fr. Iacobs. in Not. crit. ad Anth. Palat. p. 609.

62. σὴ ἐρημιάς] tua solitaria, i. e. quae tibi adhuc addicta solitaria vivebam. Recte animadvertisse videtur Kiessl., ἐρημιάς s. ἐρημάς proprie quidem de regione solitariâ accipi, sed nihil obstare, quominus ad hominem transferatur, ut ἔρημος.

63. Responsio Daphnidis referenda ad verba μὴ νεμέσα. Hoc dicit: Noli, quaeso, deae iram vereri; alii enim dii tibi favebunt, quos placebo victimis.

64. ἔνθα] observa dictum esse, ubi δεῦρο exspectabas. Cf. annot. ad Id. II, 98. VIII, 26. — γυνή vox angustiore significatu usurpata, de eâ, quae virum experta est. Vid. Fr. Iacobs. ad Achill. Tat. VIII, 7. p. 949.

66. χλοεροῖσιν ... μελ.] eadem audiunt apud Dioscorid. Epigr. 2. (Analect. I. p. 504.) ἄνθεα χλοερά. F. I.

67. εὐνά] de iis, qui cubile presserant. Apprime huc facit Bion. VII, 6., ubi Lycidas aemulari iubetur λάθρια Πηλείδαο φιλάματα, λάθριον εὐνάν. Fr. Iacobs. εὐνήν intelligit non de iis, qui Veneri operati erant, sed de cubili in floribus et gramine, resurgente illo, post amantium abitum. — Ad priora apte contulit Dahlius locum Lucret. IV, 1098. denique cum membris conlatis flore fruuntur Aetatis.

Χὰ μὲν ἀνεγρομένα γε διέστιχε μᾶλα νομεύειν,
Ὄμμασιν αἰδομένα, κραδία δέ οἱ ἔνδον ἰάνθη,
Ὥς δ' ἐπὶ ταυρείας ἀγέλας, κεχαρημένος εὐνᾶς.

68. *μᾶλα*] nomen est commune generi ovillo atque caprillo. Sed haec puella v. 46. capellas fingitur pascere. Reiske.

70. *κεχαρημένος εὐνᾶς*] satiatus thori voluptate. *χαίρειν* cum genitivo iunctum ad analogiam verbi *ἀπολαύειν* similiumque, ad quorum notionem prope accedit h. l. Cf. Bernhardy Synt. p. 112. Similis est ratio verbi *κνίζεσθαι*, ubi cum genit. construitur. Cf. annot. ad Id. IV, 59.

XXVIII.

Argumentum.

Suavissimum hoc poematium scriptum est in commendationem coli eburneae, quam poeta, Miletum vela facturus, Theugenidi, Niciae medici coniugi, donum destinavit. Dum ipsam colum, quam habitura sit dominam, docere videtur, honestissimam matronam eiusque maritum ingeniose et urbane laudat. F. I.

Suavissimum poematium verissime dixit Fr. Iacobs. — Nicias, medicus, idem ille est, quem inter Theocriti amicos iam ex carmine XI. novimus, ubi confer ea, quae de eius facultate poeticâ deque amore diximus, qui eum excruciavisse videtur, donec Mileti Theugenidem in matrimonium duxit. Fuit haec, nisi fallor, ionicae gentis (vid. annot. ad v. 13.) et, quantum ex laudibus, quas ei nunc tribuit Theocritus, colligere nobis licet, mulier domesticae laudis studiosa et insuper pulcritudine conspicua. — Scriptum est hoc carmen metro choriambico, cuius haec est ratio:

⏓ – –́ ⏑ ⏑ – –́ ⏑ ⏑ – –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏓.

Vid. Hermann. Elem. Doctr. Metr. II, 36. p. 434. Eodem numerorum genere inprimis usus est Alcaeus, idemque habes apud Horat. Od. I, 18. — Dialecto compositum est Aeolicâ. Docet id quum res ipsa, tum declarat auctor argumenti, quod in Cod. Vatic. sexto legitur: *γέγραπται δὲ Αἰολίδι διαλέκτῳ παρὰ* (sic exhibuit Kiessl. pro *περὶ*. Boisson. malit *πρὸς*) *τὸ Σαπφικὸν ἑκκαιδεκασύλλαβον, τὸ*

ῥοδοπαχέες ἁγναὶ Χάριτες, δεῦτε, Διὸς κόραι.

— Ceterum luculento hoc carmen est documento, quantum veteres poetae in dialecto eligendâ tribuerint poesis generi. Theocritus, doricus poeta, hos versus scripsit ad Theugenidem, ex ionicâ gente oriundam,

Aeolicâ dialecto usus. Hanc adhibere maluit quam sermonem patrium aut sermonem eius, in cuius gratiam scribit, quod ea unice apta esset lyrico generi metroque, gravissimorum sequutus auctorum exemplum Alcaei, Sapphus, aliorum. Animadversione non indignum est Erinnam quoque carmen in colum composuisse; cuius rei testis est Suidas in Lex. s. v. Erinna.

ΗΛΑΚΑΤΑ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ κη'.

Γλαυκᾶς, ὦ φιλέριθ' ἀλακάτα, δῶρον Ἀθανάας,
Γυναιξὶν πόνος οἰκωφελέεσσιν σὸς ἐπήβολος·
Θαρσεῦσ' ἄμμιν ὁμάρτει πόλιν ἐς Νείλεω ἀγλαάν,
Ὄππα Κύπριδος ἱρὸν καλάμω χλωρὸν ὑφ' ἀπαλῶ.

Idyll. XXVIII. 2. πόνος] ex uno cod. est, ceteri νόος, quod sensu carere videtur. Toupius proponit γυναιξὶν πόνος οἰκωφελέεσσιν, σεῖ ἐπηβόλοις. Sine causâ.
3. Pro ὁμάρτει Aldin. doricum ὑμάρτῃ offert, quod praestare videtur.
4. Vulgata lectio ὑφ' ἀπάλω in metrum peccat. Cod. Vatic. habet ὑπαπάλῳ. Hinc arridet mihi quod Kiessl. scribendum proponit ὑπ' ἀππάλω, geminatione literae π Aeolicâ, adspiratione eiusdem dialecti more neglectâ. Cf. Gregor. Cor. p. 588.

Idyll. XXVIII. 1. Colum dicit donum Minervae, quippe quae prima nendi artem exercuit. — Ἀθανάας. Nota antiquiorem hanc vocis formam, penultimâ correptâ. Vid. Buttmann. Gr. ampl. Tom. I. p. 149.
2. Intellige haec ita: opera quae tibi impenditur (σὸς πόνος) convenit matronis domesticae laudis studiosis. — ἐπήβολός τινι est conveniens, accommodatus alicui.
3. πόλιν ἐς Νείλεω] Miletum. Neleus, Codri filius, quum regnum non obtinuisset, relictis Athenis, in Ioniam migravit ibique Miletum condidisse vel instaurasse certe dicitur. Pluribus rem narrat Aelian. Var. Hist. VIII, 5., ubi vid. Perizon., Spanhem. ad Callim. in Dian. 226. p. 330. Nomen illius viri diverso modo scribitur, aut Νηλεύς, quae forma vulgaris est, aut Νειλεύς, quod ipsum satis defenditur Herodoti, Plutarchi aliorumque testimoniis. Vid. Meineke ad h. l. Illa forma, si recte coniicio, fuit Attica, haec apud Iones recepta.
4. Venus, quae Mileti inprimis colebatur (Spanhem. ad Callim.

Τᾷδε γάρ πλόον εὐάνεμον αἰτεύμεθα πὰρ Διός,
Ὅππως ξεῖνον ἐμὸν τέρψομ' ἴδων κἀντιφιλήσομαι
Νικίαν, Χαρίτων ἰμεροφώνων ἱερὸν φυτόν,
Καὶ σέ, τὰν ἐλέφαντος πολυμόχθω γεγενημέναν,
Δῶρον Νικίας εἰς ἀλόχω χέρρας ὀπάσσομεν,
Σὺν τᾷ πολλὰ μὲν ἔργ' ἐκτελέσεις ἀνδρείοις πέπλοις,
Πολλὰ δ' οἶα γυναῖκες φορέοισ' ὑδάτινα βράκη.

10. **Hemsterh.** malebat ἐκτελέσειν. — Mox **Graefius** suspicatur ἀνδρείους πέπλους, ut haec per appositionem sint addita ad ἔργα.

11. **Buttmann.** Gr. ampl. Tom. I. p. 352. ex hoc loco affert φιλέοισι, quod ex errore factum videtur.

in Dian. 225. p. 330.), templum ibi habuit splendidum, in arundineto exstructum. Memorabile vero hoc, quod Veneris templa alibi quoque in arundinibus exstructa erant, ut Sami (**Alexis** apud Athen. XIII. p. 572. F.), unde Venus nomen accepit ἡ ἐν καλάμοις sive ἡ ἐν ἕλει. Cf. **Fr. Iacobs.** ad Athen. p. 595. F. Cereris quoque templum erat apud Arcades, quae ἐν ἕλει cognominabatur, teste **Pausaniâ** VIII, 36, 4., quod ad aliam interpretationem deflectit **Welcker.** über eine Kretische Colonie in Theben. p. 11. — Sed quod magis ad nostram rem pertinet, quaeres, cur Miletum urbem postquam poeta a Neleo conditore designaverit, nunc prae aliis **Veneris** templum nominaverit. Causam reperio hanc. Venus dea marina colitur eademque a navigantibus saepe invocatur; **Plutarch.** vit. Solon. XXVI. Adde **interpp.** ad Horat. Od. I, 3, 1. Hinc poeta navigationi se commissurus prosperam quidem a Iove (v. 5.) petit navigationem, sed eundem probabile est, Mileti simulatque advenerit, loco Veneri dedicato sacra facturum fuisse.

5. τᾷδε] pro ἔνθα. Cf. annot. ad Id. II, 98.

7. Χαρίτων — φυτόν] cf. annot. ad Id. VII, 44. XXV, 185. Proximum Theocriteo est illud **Ibyci** (apud Athen. XIII. p. 564. E.) Εὐρύαλε, γλυκέων Χαρίτων θάλλος, καλλικόμων μελέδημ' Ἐρώτων, quod nostro loco admovit **Fr. Iacobs.** Anim. in Anthol. Tom. I. P. I. p. 102. Cf. **Pflugk.** ad Eurip. Med. 231. — **Niciam**, medicum, **Gratiarum germen** vocat poeta, haud dubie ob poeticam qua idem excellebat facultatem. Cf. Id. XI, 6. et argumentum ad hoc Idyll. **Fr. Iacobs.** catal. poet. epigrammat., Animadv. in Anthol. Tom. XIII. p. 923.

9. χέρρας] Aeolica forma pro χεῖρας, veluti φθέρρω pro φθείρω, ἐγέρρω pro ἐγείρω. **Gregor. Cor.** p. 587.

10. Pergit poeta in oratione ad colum conversâ: **cum hac** (cum Theugenide) **multa perficies, unde viriles vestes conficiantur.** Nempe Theugenidis opera ad texendum tantum spectat; reliqua ornamenta ab aliis adduntur. — πέπλος, quod Id. VII, 17. de paenulâ legimus, hic de pretiosâ haud dubie positum veste virili; de qua significatione vid. **Poppo** ad Xenoph. Cyr. III, 1, 13. Ut hic vero additum est ἀνδρεῖος, ita apud **Nonn.** Dionys. XIV. p. 334. θήλεα πέπλα.

11. βράκη] Aeolica vocis forma pro ῥάκη. Eiusdem mentio fit apud **Sapph.** in Deipn. Athen. I. p. 26., unde discimus longiorem eam fuisse vestem, quae usque ad pedes promittebatur. Hinc caven-

Ὡς γὰρ ματέρες ἀρνῶν μαλακὼς ἐν βοτάνᾳ πόκως
Πέξαιντ' αὐτοετεί, Θευγενίδος γ' ἕννεκ' ἐϋσφύρω·
Οὕτως ἀνυσιεργός· φιλέει δ' ὅσσα σαόφρονες.
Οὐ γὰρ εἰς ἀκιρὼς οὐδ' ἐς ἀεργώς κεν ἐβολλόμαν
Ὀππάσαι σε δόμως, ἀμετέρας εὖσαν ἀπὸ χθονός.
Καὶ γάρ σοι πατρίς, ἂν ὡξ Ἐφύρας κτίσσε ποτ' Ἀρχίας,
Νάσω Τρινακρίας μυελόν, ἀνδρῶν δοκίμων πόλιν.

13. Vulgo εἵνεκ'. Edit. Florent. ἕννεκ', quod Aeolicum est, idque iure probat Kiessl.

15. Vulgo ἐβαλλόμαν et μέν pro κεν. ἐβάλοντο et ἐβόλοντο confusa reperies etiam Hom. Od. I, 234. Cf. Buttmann. Lexilog. Tom. I. p. 28.

dum erat, ne vestis humum verteret: de quo Sappho loquitur. — Audiunt ὑδάτινα, quod explicant de colore caeruleo, thalassino. Rectius vero ad filorum subtilitatem ac tenuitatem refertur, quo simul Theugenidis laus continetur; sunt igitur pellucida. Vestem tam tenuem nubem Latini dicunt (vide Burmann. ad Quintil. Declam. I, 17. p. 36.). Graefius quoque ὑδάτινα interpretatur tenuissima, pellucida, νεφέλας, addit tamen: nisi ἁλουργίδες sunt. Illud etiam Passov. in Lex. s. v. probat. Sed Fr. Iacobs. se paullum dubitare dicit de hac explicatione. Exempla desiderat, unde illa significatio confirmetur. Idem observat ὑδατόεσσα καλύπτρα commemorari in Anthol. Palat. VI, 370., sed sensu incerto.

13. πέξαιντ'] deponant tonsae vellera. — Ad πέξαιντο suppressum est ἄν: si per Theogenidem esset, bis oves tonderi deberent. Hyperbole valde elegans, et orationis genere ita attemperata, ut iure dici nequeat poetam rem in nimium auxisse. — Ceterum lana Milesia praestantissima. Cf. annot. ad Id. XV, 126. — Θευγενίδος. Ionica forma, quam recte tuetur Welcker. ad Theogn. 862. p. 120. Theugenis Ionicae gentis fuit, quacum Nicias Mileti demum consuetudinem iunxerit. Hinc Ionum mentionem iniicit v. 21. easque populares dicit Theugenidis. Religio autem erat nomen, quod qui a teneris gesserat, quoque omnibus notus erat, dialecti causa immutari. Hinc non dubitavit poeta Ionicam formam in Aeolico carmine ponere. Cf. Fr. Iacobs. Praef. ad Anthol. Pal. p. XLIII. — De ἐΰσφυρος vid. annot. ad Id. X, 36.

15. ἀκιρώς] agnoscit vocem Hesych., qui eam exponit per ἀσθενῆ, οὐκ ἐπιτεταμένον. Patet hic ex loci nexu esse ignavum, otiosum. Alibi nusquam repertum iri credo: Hesiodi locum enim non moror. — Formas praepositionis εἰς et ἐς in eodem versu positas nota, metro flagitante. ἐς est v. 3., εἰς v. 9. Cf. annot. ad Id. II, 115. — Verte igitur locum: non enim te volebam domo tribuere desidiosae. — Aliter cepit hunc locum Bernhardy Synt. p. 374.

17. Colus, Syracusis confecta, migrat Miletum. Ephyram Corinthi vetus nomen esse iam vidimus Id. XV, 91. Tum qui nominatur Archias, is ex Corintho coloniam duxit in Siciliam urbemque Syracusas condidit.

18. μυελόν] medullam dicit Syracusas, utpote primariam ac

Νῦν μὰν οἶκον ἔχοισ' ἄνερος, ὃς πόλλ' ἐδάη σοφὰ
Ἀνθρώποισι νόσους φάρμακα λυγρὰς ἀπαλαλκέμεν,
Οἰκήσεις κατὰ Μίλατον ἐραννὰν μετ' Ἰαόνων,
Ὡς εὐαλάκατος Θευγενὶς ἐν δαμότισιν πέλῃ,
Καί οἱ μνᾶστιν ἀεὶ τῶ φιλαοιδῶ παρέχῃς ξένω.
Κεῖνο γάρ τις ἐρεῖ τῳ, ποτιδών σ', ἦ μεγάλα χάρις
Δώρῳ ξὺν ὀλίγῳ· πάντα δὲ τιμᾶντα τὰ πὰρ φίλων,

21. Olim vulgabatur ἐρατεινάν.

25. Vir doctus apud Boisson., ut metro prospiceret, legendum proponit δώρῳ κἂν ὀλίγῳ, quo non opus est.

nobilissimam insulae urbem. — Prima vocis syllaba correpta est, quae ab Homero producitur. Alia exempla collegit Fr. Iacobs. Addend. ad Anthol. Pal. p. XCIV. — Exspectabas μυελός, ἀνδρῶν ... πόλις. Sed traiectum est nomen ad relativum, qui usus iam apud Homerum invaluit. Od. I, 70. Κύκλωπος κεχόλωται, ὃν ὀφθαλμοῦ ἀλάωσεν, Ἀντίθεον Πολύφημον. Unde ad alios poetas (cf. Pflugk. ad Eurip. Hec. 771.) et ad pedestres adeo scriptores (cf. Heindorf. ad Plat. Phaed. p. 66. E.) transiit. Cf. Matth. Gr. §. 474. b. Bernhardy Synt. p. 302.

21. ἐραννάν] ut ἐρατός, ἐρατεινός, amabilis Latinorum, inprimis de locorum urbiumve amoenitate poni solet. Hom. Il. IX, 573. πεδίον Καλυδῶνος ἐραννῆς. — οἰκεῖν de colo, ut de aliis rebus, quibus sensus tribuitur. Sic Philostr. Imagg. I, 9, 16. de abietibus ἀποικοῦσι τῶν πεδίων.

25. ξύν] productum videtur ob arsin.

XXIX.

ARGUMENTUM.

In elegantissimo hoc carmine poeta puero, quem in deliciis habet, levitatem et inconstantiam in amore exprobrat, eumque, ut fide et constantiâ praestitâ famae suae consulat, hortatur. F. I.

Tam egregia in hoc carmine cernitur virtus poetica, ut **Frid. Thierschius** quum hac eius praestantiâ motus, tum aliis argumentis ductus ad **Alcaeum** auctorem id referendum esse statueret. Eamque sententiam ita exornavit in dissertatione, qua Specimen editionis Symposii Platonis dedit Gottingae 1808., ut eam viris aliquot doctissimis probaret. Adversus eam sententiam disputavit vero **Aug. Matthiae** in Programmate, quod primum vulgatum 1815, tum repetitum legitur in Alcaei reliquiis ab ipso in unum corpus collectis p. 37., tamque gravia in contrariam partem attulit argumenta, ut hodie vix quemquam repertum iri credibile sit, qui de Alcaeo cogitet.

Ad dialectum quod attinet, Aeolicae voces formaeque, quae in hoc poematio leguntur, satis arguunt Aeolicâ dialecto id conscriptum esse; idque significare voluit auctor argumenti in cod. Vat., qui verba *Αἰολικὰ παιδικά* inscriptionis loco praefixit. Verum patet Aeolicam dialectum, qua poeta in hoc carmine et in eo, quod praecessit, usus est, non eam esse, quae in Alcaei veterumque lyricorum reliquiis deprehenditur. Nam Dorica dialectus tanquam primaria subest, ut eam a poetâ tantum prudenter temperatam lyricoque argumento et metro accommodatam esse vere contenderis.

Metrum ex eo genere est, quod, quum a lyricis Aeolensibus inventum sit, ab iisdem saepe est in usum vocatum. Sunt versus tetrametri acatalectici cum basi, quorum haec est ratio:

⏓ ⏓ ´⏑⏑ ´⏑⏑ ´⏑⏑ ´⏑⏒

eademque metri forma reperitur in **Alcaei** versibus apud Schol. ad

Aristoph. Vesp. 1232. Accuratius de Aeolicis his versibus disputat Hermann. Element. doctr. metr. p. 363.

Ad totius carminis intelligentiam pertinet, ut iuvenem unà cum puero epulis interfuisse cogites eumque haec verba, quibus puero amoris inconstantiam exprobrat eumque de formae fragilitate admonet, inter pocula protulisse statuas. Sed unus tantum iuvenis loquens inducitur; hic enim quae puer responsurus videbatur suó ore profert versu quarto.

Quae in versu primo leguntur verba

οἶνος, ὦ φίλε παῖ, λέγεται, καὶ ἀλάθεα

non sunt unius Theocriti, sed, quod adiectum λέγεται satis docet, in proverbio erant. Iam ante Theocritum verbis

οἶνος, ὦ φίλε παῖ, καὶ ἀλάθεα

carminis, quod trimetris catalecticis compositum erat, initium fecerat Alcaeus. Vid. Matthiae Alcaei Reliq. p. 40. Hermann. Element. doct. metr. p. 363. Proverbium illud saepissime affertur a veteribus, verbis tantum, ut fit, in orationis gratiam leviter immutatis. Ingentem locorum, in quibus huius proverbii mentio iniicitur, copiam invenies collectam apud Fr. Iacobs. in Animadv. ad Anthol. Tom. I. P. II. p. 29. Tom. II. P. I. p. 9. Ast. ad Platon. Sympos. 41. Stallbaum. ad id. p. 147. Boissonad. ad Nicet. Eugen. p. 147. et ad hoc carmen, Meinek. ad vers. 1.

Iure doleas non integrum hoc carmen ad nos pervenisse. Altera ènim pars, quae inde a versu 26 incipit, quamvis non dubium sit, quin eiusdem poematii particula habenda sit, tamen plura desiderantur, quibus iusta iunctura efficiatur. Postremi illi versus 26 — 40. ab codicibus plurimis editionibusque vetustis absunt; primus eos ex codice Porti descriptos protulit in lucem Casaubonus ad Diogen. Laert. II, 71.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Γέγραπται τοῦτο εἰς παῖδα ἀποστρεφόμενον τὴν τοῦ φιλοῦντος φιλίαν· διὸ καὶ ἐλέγχειν αὐτὸν πειρᾶται, ὡς μὴ σπουδαίως πρὸς τὴν φιλίαν αὐτοῦ διακείμενον. Τὸ δὲ μέτρον τοῦτο Σαπφικὸν πεντάμετρον τεσσαρεσκαιδεκασύλλαβον. Ἡ δὲ ὁμιλία, παρ' ὅσον εἰρῆσθαι γεγράφασιν, Οἶνος καὶ ἀλήθεια, παρὰ τὴν παροιμίαν.

(Ex aliquot Codd. apud Gaisford.)

ΠΑΙΔΙΚΑ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ κθ'.

Οἶνος, ὦ φίλε παῖ, λέγεται, καὶ ἀλάθεα·
Κἄμμες χρὴ μεθύοντας ἀλαθέας ἔμμεναι.
Κἠγὼν μὲν τὰ φρενῶν ἐρέω κέατ' ἐν μυχῷ.

Idyll. XXIX. 8. Vulgo ὄκκα δ' οὐκ ἐθέλεις. Lectionem nostram, quam alii iam recepere, firmant codd.

Idyll. XXIX. 1. In vino est veritas. Proverbium usu tritum. Plura dedimus in argumento, quod conferas.

2. μεθύοντας] non intelligendum est ὡς, sed accusativus per appositionem additus: nos vino prolutos decet veraces esse. Carmen inter pocula puta decantatum.

3. Verborum ordo paullo perplexior: κἠγὼν μὲν ἐρέω τὰ κέαται ἐν μυχῷ φρενῶν.

4. Sensus est: Novi te me non amare ex toto animo, dum mihi, unice in amore tui occupato, dimidium tantum superest vitae. Quae sequuntur τὸ γὰρ etc. inserviunt explicationi verbi γινώσκω. — ὅλας ἀπὸ καρδίας pro usitatiore ἐκ καρδίας, ἐκ θυμοῦ, ἐκ ψυχῆς. Vid. Bernhardy Synt. p. 224.

5. τὸ ἅμισυ τᾶς ζωᾶς] sic λοιπὸν ψυχῆς Asclepiad. Epigr. XIII, 1. Cf. Fr. Iacobs. Animadv. in Anth. Tom. I. P. II. p. 32. p. 255.

6. ζῇ τὰν σὰν ἰδέαν] vivit ex tuâ formâ, i. e. per te. Similia vide apud Bernhardy Synt. p. 108.

7. θέλῃς] θέλειν saepe ita absolute ponitur in re amatoriâ. — Tum duas verbi formas θέλειν et ἐθέλειν iuxta usurpatas adverte. Cf. annot. ad Id. VIII, 7. — μακάρ. ἴσαν ἄγω ἁμ., vitam dego deorum vitae similem, ideoque felicissimam.

8. μάλ' ἐν σκότῳ] tristitiâ oppressus vivo. Vita quae in tenebris agitur opposita est ei vitae, quae in clarissimâ luce est posita, qualis est vita deorum.

9. διδῶν] Dorica formâ pro διδοῦν i. e. διδόναι. Vid. Buttmann. Mus. Antiq. Stud. Tom. I. p. 242 sqq.

Οὐχ ὅλας φιλέειν μ' ἐθέλησθ' ἀπὸ καρδίας·
Γινώσκω· τὸ γὰρ ἄμισυ τᾶς ζοΐας ἔχω,
Ζῇ τὰν σὰν ἰδέαν, τὸ δὲ λοιπὸν ἀπώλετο.
Χὤταν μὲν τὺ θέλῃς, μακάρεσσιν ἴσαν ἄγω
Ἀμέραν· ὄκα δ' οὐκ ἐθέλῃς τύ, μάλ' ἐν σκότῳ.
Πῶς ταῦτ' ἄρμενα, τὸν φιλέοντ' ἀνίαις διδῶν;
Ἀλλ' εἴ μοί τι πίθοιο, νέος προγενεστέρῳ,
Τῷ κεν λώϊον αὐτὸς ἔχων ἔμ' ἐπαινέσαις·
Ποίησαι καλιὰν μίαν εἰν ἑνὶ δενδρέῳ,
Ὅππᾳ μηδὲν ἀπίξεται ἄγριον ὄρπετον.
Νῦν δὲ τῶδε μὲν ἄματος ἄλλον ἔχεις κλάδον,
Ἄλλον δ' αὔριον, ἐξ ἑτέρω δ' ἕτερον ματῇς.
Καὶ κεν σεῦ τὸ καλόν τις ἰδὼν ῥέθος αἰνέσῃ,
Τῷ δ' εὐθὺς πλέον ἢ τριέτης ἐγένευ φίλος·
Τὸν πρᾶτον δὲ φιλεῦντα τριταῖον ἐθήκαο.
Ἀνδρῶν τῶν ὑπερηνορέων δοκέεις πνέειν.
Φίλει δ', ἆς κε ζώῃς, τὸν ὔμοιον ἔχειν ἀεί.

16. Plurimae editt. vett. καὶ μήν. Tum pro αἰνέσῃ vulgo legitur αἰνέσαι.

10. ἀλλ' εἴ μοί τι πίθοιο] si consilium admittere voles, quod laudabis, expertus commodum, quod tibi inde redundabit.

11. τῷ] i. e. eo, scil. quod obsequeris.

12. Sensus: Sedem ponas in loco tuto, ubi securus esse possis, me custode. Pulcre imaginem repetit ab avibus, quae unâ nidum ponunt in arbore.

13. ἄγριον ὄρπετον] videtur hic intelligi debere de serpente. Memor fortasse loci Homerici (Il. II, 315.) hoc scripsit Theocritus.

14. Multum Veneris accedit huic loco, quod poeta in eâ quam instituit imagine pergit: at non nidum tu servas, sed de ramo in ramum volitas, i. e. mox huic, mox illi te tradis.

16. ῥέθος] Aeolico vocis usu de ore.

17. πλέον ἢ τριέτης] proprie dicendum fuerat poetae πλέον ἢ τριῶν ἐτῶν. Sed videntur Graeci magnam in his formulis sibi indulsisse licentiam. Cf. annot. ad Id. XV, 129.

18. Sensus est: puer laudatus eum, a quo laudatur, amicum habet firmum fidelemque; proprie: consuetudo cum eo iam ex tribus annis iuncta ipsi videtur. Veterem autem amicum habet novum; eius amicitia recens inde ex tribus diebus iuncta videtur. τριταῖος φίλος igitur non est, ut vulgo vertunt, amicus qui tertio loco ponitur, sed trium dierum amicus.

19. Videris redolere superbos viros, i. e. nobilium virorum amorem; consuetudinem amas iungere cum nobilibus.

20. ἆς κα ζώῃς] quamdiu vives. ἆς κε pro ἕως ἄν, μέχρις

Αἰ γάρ ὧδε ποιῇς, ἀγαθὸς μὲν ἀκούσεαι
'Εξ ἀστῶν· ὁ δέ τοί κ' Ἔρος οὐ χαλεπῶς ἔχοι,
Ὃς ἀνδρῶν φρένας εὐμαρέως ὑποδάμναται,
Κἠμὲ μαλθακὸν ἐξεπόνασε σιδαρέω.
'Αλλ' ἀπρὶξ ἀπαλῶ στύματός σε πεδέρχομαι.

'Ομνάσθην, ὅτι πέρυσιν ἦσθα νεώτερος,
Χὤτι γηραλέοι πέλομες, πρὶν ἀποπτύσαι,

25. Vulgò ἀλλὰ πέριξ. Nostrum, a plurimis probatum, ex coniecturâ Casaub. repositum est.

26. Codicum scriptura, quam supra exhibui, ὀμνάσθην, procul dubio corrupta emendatricem manum adhuc exspectat. Sensus apertus est; flagitatur tale quid, quale legitur in simili Theognidis 1305 loco θυμῷ γνούς.

28. Cum Meinek. dedimus ῥυσοί ex uno codice apud Gaisford. Vide Fr. Iacobs. Anthol. Palat. p. 60. Passow. in Lexico. Vulgo ῥυσσοί ἄγ. — Duas hic correptiones nota, alteram vocalis ε ante ζ, de qua confer annot. ad Id. IV, 32., alteram vocalis ω in ζώης, quae fit ad rationem correptae mediae in πατρῷος. Cf. Herm. Elem. doctr. metr. p. 50. — ἔχειν, servare.

22. Ἔρος] notanda haec forma, ubi pro dei nomine posita est. Sic iam Hesiod. Theog. 120.

23. ἀνδρῶν] nihil aliud est nisi ἀνθρώπων, θνητῶν, βροτῶν. Vid. Hermann. ad Sophocl. Aiac. 77.

24. Nexus est: Ama eum, quem te amare decet, ne Amor gravis tibi deus exsistat. Nemo enim reperitur quin Amor eum superet. Ipsum me, qui olim durus fueram, nunc mollem fecit Amor. Verba ita strue: καὶ ἐμὲ μάλθακον ἐπόνασε (fortius quam ἐποίησε) ἐκ σιδαρέω.

25. Verum qualemcunque tu te praebeas, ego ori tuo firmiter adhaerebo, i. e. tibi addictus ero.

26. Admonet puerum, quam cito marcescat pulcritudinis flos. Similis locus est apud Theognidem 1305 (1319. Welckeri, quem consule).

27. πρὶν ἀποπτ.] nos diceremus: ehe man sich umsieht. Utrumque de summâ celeritate, qua res, simulac nobis obvenit, eodem fere temporis momento nobis insciis sublabitur. Sed Graeca loquutio ex nostro sensu minime decora est.

29. Iuventus alas in humeris gestat, i. e. celerrime fugit. Sic Strato Epigr. LXVI, 3. de suo amore puerique venustate ἄμφω γὰρ πτηνόν τι λελόγχαμεν. Alia de temporis fugâ, quod cum volucribus comparatur, habet Fr. Iacobs. ad Simonid. in Animadv. ad Anthol. Tom. I. P. I. p. 203.

30. βαρδύτεροι] nota metathesin in hac voce rariorem, quam in superlativi formâ Id. XV, 4. habuimus. In positivo sine exem-

Καὶ ῥυσοί, νεότατα δ' ἔχεν παλινάγρετον
Οὐκ ἔστι· πτέρυγας γὰρ ἐπωμαδίας φορεῖ·
Κἄμμες βαρδύτεροι τὰ ποτήμενα συλλαβεῖν.
Ταῦτα χρὴ νοέοντα πέλειν ποτιμώτερον,
Καί μοι τωραμένῳ συνερᾶν ἀδόλως σέθεν,
Ὅππως, ἀνίκα τὰν γένυν ἀνδρείαν ἔχῃς,
Ἀλλάλοισι πελώμεθ' Ἀχιλλέϊοι φίλοι.
Αἰ δὲ ταῦτα φέρειν ἀνέμοισιν ἐπιτρέπεις,
Ἐν θυμῷ τε λέγεις, τί με, δαιμόνι', ἐνοχλεῖς;
Νῦν μὲν κἠπὶ τὰ χρύσεα μᾶλ' ἕνεκεν σέθεν

30. *βαρδύτεροι* ex quattuor codd. profectum.

33. Plures codd. *ἔχεις*, quod retinuit Boisson.

34. *Ἀχιλλέϊοι*, ut *αὔλεταις* v. 39., utrumque ex Schaeferi correctione. Cf. Seidler. ad Eurip. Troad. 249. Hermann. Elem. doctr. metr. p. 361. Vulgo *Ἀχιλλήϊοι*.

35. Alii praeferunt coniunctivos *ἐπιτρέπῃς* et *λέγῃς*.

plo est. — *τὰ ποτήμενα*, i. q. *πετεηνά*, ut Id. XV, 128.

31. *ποτιμώτερον*] elegans loquutio *πέλειν ποτιμώτερον*, mitiorem esse et suaviorem. Metaphora a vinis ducta, quae, quo leniora sunt, eo gratiora et potui matura esse solent. Toupius.

32. *σέθεν*] pendet a remotiore *τωραμένῳ*.

33. *τὰν γένυν ἀνδρείαν ἔχῃς*] quum barba tibi creverit, h. e. quum vir factus fueris, quum adoleveris.

34. *Ἀχιλλέϊοι φίλοι*] qui ex amantibus facti sunt amici. Homerus quidem de amoribus Achillis et Patrocli nihil novit; primum fuisse Aeschylum, qui Achillem Patroclum amore prosequutum esse finxerit, auctor est Athen. XIII. p. 601. a. b.

35. Quodsi vero haec ventis tradis, i. e. quum has meas preces flocci non feceris, neglexeris. Anacreon. fragm. II, 9, 10. Ἐμῶν φρενῶν μὲν αὔραις Φέρειν ἔδωκα λύπας. Vid. Interpp. ad Horat. Od. I, 22, 8. — *ἐπιτρέπεις ... λέγεις*. Hos indicativos recte Hermannus arbitratur sermoni familiari proprios. Haud aliter nostrates loquuntur.

36. *ἐν θυμῷ*] intus, cum animo. Non persuadet Boisson., qui *ἐν θυμῷ* significare contendit cum irâ, *μετ' ὀργῆς*. — *δαιμόνιε*, mirus homo! Nempe ob id ipsum mirum alloquitur illum, quod sibi molestus fit.

37. Tuâ causâ difficillimos labores gravissimaque pericula subire velim, amoris tui compos factus, quem quum tollas, ne invitanti quidem tibi in domum obsequi velim. — Ceterum observa orationis iuncturam, quae interrupta est, ut fieri solet *ἐν ἤθει*. Tum animadverte ad prius verbum *βαίην* particulam *ἄν* omissam esse, additam ad alterum *προμόλοιμι*. De hoc loco disputans

Βαίην, καὶ φύλακον νεκύων πέδα Κέρβερον·
Τόκκα δ', οὐδὲ καλεῦντος ἐπ' αὐλείαις θύραις
Προμόλοιμί κε, παυσάμενος χαλεπῶ πόθω.

Hermann. de part. *ἄν*. Lib. III. cap. 5. p. 11236. (ubi ex errore operarum legitur XXIX, 87.) statuit solo optativo rem non ita dubitanter exprimi, ac si *ἄν* esset additum, qua particula conditio aliqua significetur. Nempe, ut **Hermanni** mentem assequaris, simplex *βαίην* est **possim ire**; abeundi consilium in solâ cogitatione s. voluntate positum est, nec pendet id ab aliâ quacunque re. *προμόλοιμί κε* significat **veniam, quum occasio ferat**, quod ab conditione aliquâ pendet, ut tum demum, ubi huic conditioni satisfactum erit, venire possit. — *τὰ χρύσεα μᾶλ'*, intellige **Hesperidum** mala, quae a dracone custodiebantur. Rem igitur periculosam aleaeque plenam designat.

38. *φύλακον*] nota hunc locum ob usum singularis numeri. Frustra enim fuerunt qui singularem in usu fuisse negarent. Vid. **Passov.** in Lexic.

XXX.

ARGUMENTUM.

Adonide interfecto quum Venus aprum, huius facinoris auctorem, adduci iussisset, ille crimen diluere conatur, se pulcri pueri amore captum femora eius osculari voluisse dicens. Deinde se Veneri offert, ut poenas commissi sceleris a se sumat. Dea, misericordiâ commota, vincula solvi iubet; ex quo tempore Venerem ultro sequitur. F. I.

Carmen ob metri similitudinem inter Anacreontica quoque receptum. Vid. Mehlhorn. p. 218. Sed neque Theocritum, neque Anacreontem eius auctorem esse facile intelligitur. Quum ultimum inter Theocritea locum occupet, videtur a librario aliquo, qui chartarum spatium vacuum esse noluerit, adiectum esse.

De metro consule Hermann. Elem. doctr. metr. p. 475. Eius ratio haec est:

⏕ – ⏕ – ⏕ – ⏕

Non omnes enim versus sunt puri, quod praeter v. 43. etiam v. 32. docet.

ΕΙΣ ΝΕΚΡΟΝ ΑΔΩΝΙΝ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ λ'.

Ἄδωνιν ἡ Κυθήρη
Ὡς εἶδε νεκρὸν ἤδη,
Στυγνὰν ἔχοντα χαίταν
Ὠχρὰν τε τὰν παρειάν,
Ἄγειν τὸν ὗν πρὸς αὐτὰν
Ἔταξε τὼς Ἔρωτας.
Οἱ δ' εὐθέως ποτανοὶ
Πᾶσαν δραμόντες ὕλαν

Idyll. XXX. 1. Kiessl., Schaeferum sequutus, tam hic quam infra *Κυθήρα*, quod iure improbat Mehlhorn.

Idyll. XXX. 6. ἔταξε] hoc verbum absolute positum est, ita ut accusativus τὼς Ἔρωτας ab infinitivo pendeat. Cf. Id. XXV, 47. ad eumque locum annot. Schaefer.

8. δραμόντες ὕλαν] silvam percurrentes. Cf. annot. ad Id. XIII, 66.

10. κἀπέδησαν] iterum iterumque vinculis constrinxerunt, i. e. firmissima reddiderunt vincula, ne ex iis elabi posset.

20. τὸν ἄνδρ'] i. e. ἐρώμενον. Etiam Id. XV, 131. cantrix Argiva Adonin, quem antea γαμβρόν appellaverat, mox eodem sensu nuncupat ἄνδρα. Haud aliter vir apud Latinos, velut apud Terent. Andr. III, 1, 2., dicitur. Vid. Passov. in Lex.

28. Pro perfecto summae venustatis exemplo eum habui, qui statim in stuporem me dedit. Quo caedis a se factae excusationem simul proferre voluisse aper putandus est. Apte

Στυγνὸν τὸν ὗν ἀνεῦρον,
Δῆσάν τε κἀπέδησαν.
Χὼ μὲν βρόχῳ καθάψας
Ἔσυρεν αἰχμάλωτον·
Ὁ δ' ἐξόπισθ' ἐλαύνων
Ἔτυπτε τοῖσι τόξοις.
Ὁ θὴρ δ' ἔβαινε δειλῶς·
Φοβεῖτο γὰρ Κυθήρην.
Τῷ δ' εἶπεν Ἀφροδίτα·
Πάντων κάκιστε θηρῶν,
Σὺ τόνδε μηρὸν ἴψω;
Σύ μευ τὸν ἄνδρ' ἔτυψας;
Ὁ θὴρ δ' ἔλεξεν ὧδε·
Ὄμνυμί σοι, Κυθήρη,
Αὐτάν σε, καὶ τὸν ἄνδρα,
Καὶ ταῦτά μευ τὰ δεσμά,
Καὶ τώςδε τὼς κυναγώς,
Τὸν ἄνδρα τὸν καλόν σευ
Οὐκ ἤθελον πατάξαι·
Ἀλλ' ὡς ἄγαλμ' ἐςεῖδον,
Καὶ μὴ φέρων τὸ καῦμα
Γυμνὸν τὸν εἶχε μηρὸν
Ἐμαινόμαν φιλᾶσαι·
Καί μευ σίναζε κραντήρ.

32. Editt. vett. καί μευ κατεσίναζε. Nostram lectionem ex cod. Pal. primus protulit Salmasius. Totum versum ab alio interpretationis causâ illatum esse putabat Mehlhorn.

comparant locum Platon. in Charmid. p. 154. D. ἀλλὰ πάντες ὥςπερ ἄγαλμα ἐθεῶντο αὐτόν. Cf. Pflugk. ad Eurip. Hec. 560.

29. καῦμα] amoris quo flagrabam aestus.

30. γυμνόν] nullum enim amictum praeter chlamydem induerat Adonis, quippe qui in venationem exierat.

32. Veram nos hic tenere lectionem non spoponderim. Plura certe sunt in hoc versu, quae merito te offendant. Primum enim κραντήρ, quod apud Nicandr. Theriac. 447. de dente in universum adhibetur, an de dente aprorum exserto alibi reperiatur, nescio et fere dubito. Tum verbi σινάζειν forma eo maiori offensioni est, quod ne verbi σίνεσθαι quidem forma activa usquam occurrit, nisi quod Passovius passivum σίνεσθαι ex Orphei Argonaut. 212. attulit. Tandem quum σίνεσθαι primam ubique producat, iambi loco spondeum habes.

Τούτους λαβοῦσα, Κύπρι,
Τούτους κόλαζε, τέμνε,
(Τί γὰρ φέρω περισσῶς;)
Ἐρωτικὼς ὀδόντας·
Αἰ δ' οὐχί σοι τάδ' ἀρκεῖ,
Καὶ ταῦτ' ἐμεῦ τὰ χείλη.
Τί γὰρ φιλεῖν ἐτόλμων;
Τὸν δ' ἠλέησε Κύπρις,
Εἶπέν τε τοῖς Ἔρωσι
Τὰ δεσμά οἱ 'πιλῦσαι.
Ἐκ τῶδ' ἐπηκολούθει,
Κὰς ὕλαν οὐκ ἔβαινε·
Καὶ τῷ πυρὶ προςελθὼν
Ἔκαιε τὼς ἔρωτας.

37. Doricum αἰ ab hoc loco exsulare iubet Mehlhorn.

39. Hunc versum in vetustioribus editt. desideratum subministravit cod. Palat.

44. Hermannus legendum proponit χὤλαν ἔτ' οὐκ ἔβαινεν. Possis alia quoque tentare. Vid. Mehlhorn. p. 217. Sed iis omnibus non opus videtur.

46. In uno cod. desunt postremi duo versus.

33. τούτους] quanquam praecessit singularis κραντήρ. Cf. annot. ad Id. XXV, 121. et qui permulta ex eo genere dederunt Porson. et Schaefer. ad Eurip. Orest. 910.

36. Mira vocis significatione dentes audiunt ἐρωτικοί, quod iis aper usus erat in osculo ferendo, i. quod per eos amori suo indulserat.

41. εἶπεν] iussit. Sic Eurip. Med. 275.

46. ἔρωτες] sunt dentes, qui idcirco ἔρωτες vocantur, ut quibus inficetum suum amorem aper ostendit. Pulcre hoc intellexit Mehlhorn, quem confer.

Berenices fragmentum.

Argumentum.

Haec particula ex carmine Theocriti, quod *Βερενίκη* inscriptum erat, servata est ab Athenaeo VII. p. 284. A., unde commemoratur ab Eustathio ad Iliad. V. p. 1067, 41. Patet totum carmen in laudes Berenices conscriptum fuisse, postquam a Ptolemaeo Philadelpho, filio suo, inter deos erat relata. Versu 3. enim dea vocatur. Ipsum fortasse argumentum *ἀποθέωσιν* spectabat. Ceterum Berenice, a diis recepta, omnium rerum abundantiam credebatur hominibus, qui precibus eam adirent, suppeditare. Cf. Casaubon. ad Athen. VII. p. 50. Dialecto compositum erat, quantum ex paucis versibus colligere nobis licet, Doricâ quidem, sed eâ temperatâ ad epicam. Doricam dialectum ostendit *αἰ* cum indicativo iunctum; emollitam eam fuisse indicat *κεῖνος* pro *τῆνος* dictum. — Tandem de insigni Toupii acumine dicendum est, qui, quum operam suam in his versibus emendandis collocaret in Addend. ad Theocrit. (apud Warton. p. 408.), egregias aliquot emendationes protulit, quas cum Theocriti et Athenaei editoribus recipere non cunctati sumus.

ΕΚ ΤΗΣ

ΒΕΡΕΝΙΚΗΣ

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΟΝ.

Καί τις ἀνὴρ αἰτεῖτ' ἐπαγροσύνην τε καὶ ὄλβον,
Ἐξ ἁλὸς ᾧ ζωή, τὰ δὲ δίκτυα κείνῳ ἄροτρα,
Σφάζων ἀκρόνυχος ταύτῃ θεῷ ἱερὸν ἰχθύν,
Ὃν λεῦκον καλέουσιν· ὁ γὰρ φιερώτατος ἄλλων,
Καί κε λίνα στήσαιτο, καὶ ἐξερύσαιτο θαλάσσης
Ἔμπλεα.

Berenice. 1. ἐπαγροσύνην] vulgo ἐπ' ἀγροσύναν. Valckenaer. εὐαγροσύναν, quod recepit Schweighaeus. ἐπαγρεσίαν Toupio debetur. Nos cum Dindorfio ἐπαγροσύνην, quae Scaligeri est emendatio, scripsimus.

2. Vulgo ζώει. ζωή est Toupii correctio.

4. Vulgata est θ' ἱερώτατος. Toup. corrigit φιερώτατος vel φιαρώτατος.

Berenice. 2. ἐξ ἁλὸς ᾧ ζωή] qui ex mari victum comparat. Id. VII, 60. de avibus marinis ὅσσαισί περ ἐξ ἁλὸς ἄγρα. Antipatr. Epigr. ὁ δ' ἐκ πόντοιο ματεύων Ζωήν. Kiessl.

3. ἀκρόνυχος] primâ nocte. Sic quoque Nicander. Theriac. 762. Sophocl. Aiac. 283. ἄκρας νυκτός. Kiessl. — Cf. Schaefer. ad Schol. Apoll. Rhod. III, 233. p. 233.

4. φιερώτατος] nitidissimus omnium piscium est. Rationem reddit poeta, cur iste piscis λεῦκος appelletur. Cf. Id. XI, 21.

ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ
ΤΟΥ ΣΥΡΑΚΟΥΣΙΟΥ
ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ.

α'.

Τὰ ῥόδα τὰ δροσόεντα, καὶ ἁ κατάπυκνος ἐκεῖνα
  Ἕρπυλλος κεῖται ταῖς Ἑλικωνιάσιν·
Ταὶ δὲ μελάμφυλλοι δάφναι τίν, Πύθιε Παιάν,
  Δελφὶς ἐπεὶ πέτρα τοῦτό τοι ἀγλάϊσεν.
Βωμὸν δ' αἱμάξει κεραὸς τράγος, οὗτος ὁ μαλλός,
  Τερμίνθου τρώγων ἔσχατον ἀκρέμονα.

Epigr. I. 1. ἁ κατ. pro ἡ κατ. cum Fr. Iacobsio ex cod. Palat.
5. μαλλός] alii μαλός.

Epigr. I. 1. Musis et Apollini coronae a Delphide dedicantur. — Legitur hoc epigr. apud Fr. Iacobs. in Anthol. Graecâ Tom. I. p. 194., ubi reliqua quoque Theocriti epigrammata eodem, quo in Theocriti editionibus, ordine se excipiunt; Anthol. Palat. VI, 336.
2. ἕρπυλλος] Thymus Serpyllum, Feldkümmel. Voss. ad Virgil. Eclog. p. 59. ad Georg. IV, 31. — ἐκεῖνος, quod ipsum est Doriensium pro κεῖνος. Vid. Fr. Iacobs. ad Anthol. Pal. p. 387.
3. μελάμφυλλοι] vid. Passov. ad Persii Prolog. 4.
4. Quoniam Parnassus laurum in tuum honorem gignit. Nam in verbo ἀγλαΐζειν, animadvertente Fr. Iacobs. ad Anthol. Pal. p. 209., honoris quo quis celebratur significatio inest. Cf. eundem ad Delect. Epigr. p. 268.
6. τερμίνθου] Terpenthinbaum.

ΑΛΛΟ. β'.

Δάφνις ὁ λευκόχρως, ὁ καλᾷ σύριγγι μελίσδων
Βωκολικὼς ὕμνως, ἄνθετο Πανὶ τάδε·
Τὼς τρητὼς δόνακας, τὸ λαγωβόλον, ὀξὺν ἄκοντα,
Νεβρίδα, τὰν πήραν, ᾇ ποκ' ἐμαλοφόρει.

ΑΛΛΟ. γ'.

Εὕδεις φυλλοστρῶτι πέδῳ, Δάφνι, σῶμα κεκμακὼς
Ἀμπαύων· στάλικες δ' ἀρτιπαγεῖς ἀν' ὄρη.
Ἀγρεύει δὲ τὺ Πὰν καὶ ὁ τὸν κροκόεντα Πρίηπος
Κισσὸν ἐφ' ἱμερτῷ κρατὶ καθαπτόμενος,

Epigr. II. 1. Doricas formas primus invexit Brunck., quem Valcken. cum recentioribus sequutus est. Quorum rationem etsi non probo, quod ne de auctore quidem epigrammatis constet, mutare tamen quicquam nolui.

Epigr. III. 1. κεκμακὼς] sic cod. Palat. Alii κεκμακός.

3. Recte Fr. Iacobs. scripsit δὲ τὺ. Vulgo δέ τυ.

Epigr. II. 1. Daphnis musicae, venationi et amori renuntians, tibiam, pedum, iaculum, cetera Pani dedicat. — Anthol. Pal. VI, 177., ubi vulgares formae ex cod. Palat. servatae sunt.

3. τρητὼς] fistula ex perforatis arundinibus compacta.

4. ἐμαλοφόρει] mala amoris signum. Cf. Id. II, 120. III, 10. XI, 10.

Epigr. III. Daphnis, quem venatorem tibi cogita, plagis in silvâ relictis, in antrum concesserat, ubi somnum caperet. Huc eum Pan et Priapus, formosi iuvenis amore inflammati, sequuntur. F. I. — Wartonus haec censet adscripta fuisse statuae pastoris dormientis in antro collocatae. — In Anthol. Palat. IX, 338.

1. φυλλοστρῶτι] a casu recto φυλλοστρώς, pro quo usitatius φυλλόστρωτος. Cf. Lobeck. ad Phryn. p. 429. — κεκμακὼς ἀμπ. ut Idyll. I, 16. η γαρ απ' ἄγρας Τανίκα κεκμακὼς ἀμπαύεται.

3. Admodum suaviter haec sibi opponuntur: tibi, qui modo feris insidiatus es, nunc insidiantur ipsi Pan et Priapus. Sed elegantius hoc sonat apud Graecos, apud quos ἀγρεύειν de amantium insidiis passim adhibetur.

4. τὸν κροκόεντα κισσόν] Priapus coronâ redimitus, ut in Priap. 82, 7. — Hederam dicit croceam ob baccas, puta, quae croceo sunt colore. Cf. Id. I, 31.

5. ἔσω σπελ.] Fr. Iacobs. affert Hom. Od. XI, 578. δέρτρον ἔσω δύνοντες.

6. ὕπνου κῶμα] bene Voss: des Schlummers Betäubung. Cf. Kiessling. — De participio quod sequitur non liquet.

Epigr. IV. Describit poeta locum amoenum, Priapo sacrum. — Anthol. Palat. IX, 437. In cod. Palat. hoc epigramma tribus locis dispersum legitur; Fr. Iacobs. autem omnia coniunxit in editione, quemadmodum in antiquissimi Theocriti editt. habetur.

Ἄντρον ἔσω στείχοντες ὁμόῤῥοθοι. ἀλλὰ τὺ φεῦγε,
Φεῦγε μεθεὶς ὕπνον κῶμα καταγρόμενον.

ΑΛΛΟ. δ'.

Τήναν τὰν λαύραν, τόθι ταὶ δρύες, αἰπόλε, κάμψας
Σύκινον εὑρησεῖς ἀρτιγλυφὲς ξόανον,
Τρισκελὲς, αὐτόφλοιον, ἀνούατον· ἀλλὰ φάλητι
Παιδογόνῳ δυνατὸν Κύπριδος ἔργα τελεῖν.
Ἕρκος δὲ σκιερὸν περιδέδρομεν· ἀέναον δὲ
Ῥεῖθρον ἀπὸ σπιλάδων πάντοσε τηλεθάει
Δάφναις καὶ μύρτοισι καὶ εὐώδει κυπαρίσσῳ;

6. καταγρόμενον] haec est vulgata lectio. In cod. Palat. est καταγόμενον. Alii alia tentant.

Epigr. IV. 1. τόθι ταί] sic cod. Palat. Alii τῶς αἱ s. τῶς αἱ.

2. Cum Fr. Iacobs. εὑρησεῖς dedimus pro εὑρήσεις.

4. Pro vulgari παιδογόνῳ recepimus παιδογόνω ex Valckenaerii emendatione.

5. Cod. Palat. ἕρκος δ' εὐθ' ἱερόν. Alii σᾶκος, vel σάκος. Nos Fr. Iacobs. sequuti sumus.

1. τόθι] ubi. Vid. Fr. Iacobs. ad h. l. in Anthol. Pal. Cf. annot. ad Id. XXII, 199. XXIV, 28., quamvis ex eâ regulâ, quam illo loco commemoravimus, hic debeat ὅθι scribi, quod ultima in λαύραν producitur. — Quaeras vero ante omnia, quis sit, qui hic loquitur? Recte mihi videor statuere bubulcum induci loquentem. Hoc ut credam, duo inprimis me adducunt: primum Daphnis, quem deperit, ipse bubulcus est, nec unquam nobiliore hoc nomine caprarius insignitur; tum is, qui vota facit, praeter hircum et agnum etiam iuvencam se mactaturum promittit. Sed aliud est: Cur caprario mandat preces ad deum Lampsacenum facere? Ob id credo, quod caprarii in singulari Panis et Priapi tutelâ erant, pastores non item. Hinc explica illud, quod caprarius apud Theocrit. Id. I, 15. meridie fistulâ canere non audet, verens ne Panem ex somno suscitet; at ovium pastor id permissum putat Epigr. sq.

2. σύκινον] quis non recordetur Horatii (Satir. I, 8, 1.): Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum.

3. τρισκελές] qui potest Priapus tripes dici? Nempe duo habet crura et phallum tam grandem, qui pro pede sit. Boisson. — αὐτόφλ. ἀν. Priapi statua haud affabre facta erat, ut vulgo. Hinc lignum erat rude, cortice non detracto, nec aures erant expressae. Sic αὐτόξυλος. Cf. Fr. Iacobs. ad Del. Epigr. p. 27. — φάλης pro φάλλος. Vid. Fr. Iacobs. in Anth. Palat.

4. Κύπρ. ἔργα τελ.] Veneris opera peragere (Ovid. Amorr. I, 4, 47.) s. Veneri vacare. Vid. Fr. Iacobs. ad Achill. Tat. I, 9. p. 446. Brevius loquutus est auctor carm. Anacreont. XXIII, 16. τελεῖν τὰν Ἀφροδίταν. — Cypris παιδογόνος etiam alibi laudatur, ut Sosipatr. Epigr. I. eodem sensu dicitur γενέτειρα, γεινοδότειρα. Vid. Manso Mythol. Versuche p. 84.

Ἔνθα πέριξ κέχυται βοτρυόπαις ἕλικι
Ἄμπελος· εἰαρινοὶ δὲ λιγυφθόγγοισιν ἀοιδαῖς
Κόσσυφοι ἀχεῦσιν ποικιλότραυλα μέλη·
Ξουθαὶ ἀηδονίδες μινυρίσμασιν ἀντιαχεῦσαι
Μέλπουσι στόμασιν τὰν μελίγηρυν ὄπα.
Ἕζεο δὴ τηνεί, καὶ τῷ χαρίεντι Πριήπῳ
Εὔχου ἀποστρέψαι τοὺς Δάφνιδός με πόθους·
Κεὐθὺς ἀποῤῥέξαι χίμαρον καλόν. ἢν δ' ἀνανεύσῃ,
Τοῦδε τυχών, ἐθέλω τρισσὰ θύη τελέσαι·
Ῥεξῶ γὰρ δαμάλαν, λάσιον τράγον, ἄρνα τὸν ἴσχω
Σακίταν. νεύοι δ' εὐμενέως ὁ θεός.

Α Λ Λ Ο. ε'.

Λῆς, ποτὶ τᾶν Μοισᾶν, διδύμοις αὐλοῖσιν ἀεῖσαι

11. Hic quoque Fr. Iacobsii lectionem repetimus. Vulgo ἀνταχεῦσι Μέλπουσαι.

13. εὔχου ἀποστρέψαι] sic Palat. Vulgo εὔχε' ἀποστέρξαι.

15. Pro ἀποῤῥέξαι vulgo ἐπιῤῥέξειν. Illud cod. Palat. offert. — ἀνανεύσῃ frustra sollicitatum ab Heinsio et Valcken. Vide Schaefer. ad Eurip. Hec. p. 94. edit. 3. Porson.

18. νεύοι ex cod. Pal. sumptum. Vulgo αἴτοι.

Epigr. V. 1. τᾶν Μοισᾶν] sic cod. Pal. Alii τᾶν Νυμφᾶν.

8. βοτρυόπαις ἄμπελος] vites, uvas ut liberos gignens. Fortasse ex Ione Chio I, 7. p. 161., ubi uvae παῖδες πυκινοὶ τῆς ἀμπέλου. F. I. — Sequentia expressit Marian. Schol. in Delect. Epigr. p. 360. — μινυρίσματα, querelae, quum omnibus avibus, tum inprimis lusciniae tribuuntur. F. I.

14. Precare, ut mihi liceat deponere Daphnidis amores. Sed quomodo hoc Priapus efficere potest, recte quaerit hic Fr. Iacobs., ut amoris flamma in pectore quiescat? Credo eam vim tribui Priapo, quod idem deus amoris flammam etiam suscitare posse putatur. — Nomen Δάφνις primam hic corripit; ut in sq. epigr. ὕπνου. Vid. Valcken. ad Id. I, 113.

15. ἀποῤῥέξαι] verbum hoc compositum similibus ἀποθύειν et ἀποσπένδειν bene tuetur Fr. Iacobs. Idem infinitivum aoristi bene habere observat post verba optandi, promittendi, cupiendi. Vid. Stallbaum. ad Platon. Phileb. p. 158. — ἢν δ' ἀναν., sin abnuerit, i. e. sin Daphnidis amore pectus meum exsolvere nolet, ut, quod multo acceptius mihi est, eius amore fruar.

16. τοῦδε τυχών] Daphnidis compos factus.

17. ἄρνα τὸν ἴσχω σακίταν] per traiectionem Graecis satis usitatam adiectivum, a substantivo suo remotum, enuntiationi relativae illatum est. Exempla ex hoc genere dedit Schaefer. ad Eurip. Hec. p. 94. edit. 3. Porson. De traiectione substantivi diximus ad Id. XXVIII, 18.

Epigr. V. Pastor alium rogat, ut unâ secum et cum Daphnide ad instrumenta canat: quo cantu Pana, somno deditum, excitent. Quam rem pastor et bubulcus concessam sibi arbitrantur,

Ἀδύ τι μοι; κἠγὼν πακτίδ᾽ ἀειράμενος
Ἀρξεῦμαί τι κρέκειν· ὁ δὲ βωκόλος ἔγγυθεν ᾀσεῖ
Δάφνις, καροδέτῳ πνεύματι μελπόμενος.
Ἐγγὺς δὲ στάντες λασίας δρυὸς ἄντρου ὄπισθεν,
Πᾶνα τὸν αἰγιβάταν ὀρφανίσωμες ὕπνου.

ΑΛΛΟ. ς΄.

Ἆ δείλαιε τὺ Θύρσι, τί τοι πλέον, εἰ καταταξεῖς
Δάκρυσι διγλήνους ὦπας ὀδυρόμενος;
Οἴχεται ἁ χίμαρος, τὸ καλὸν τέκος, οἴχετ᾽ ἐς ᾅδαν·
Τραχὺς γὰρ χαλαῖς ἀμφεπίαξε λύκος·
Αἱ δὲ κύνες κλαγγεῦντι· τί τὸ πλέον, ἁνίκα τήνας
Ὀστέον οὐδὲ τέφρα λείπεται οἰχομένας;

2. Idem ἀειρόμενος. Aoristum servavimus cum Fr. Iacobs.

3. Nostra lectio est in cod. Pal. Reliqui ἄμμιγα θέλξει.

5. Retinuimus vulgatam lectionem. Palat. habet λασιαύχενος ἐγγύθεν ἄντρου, quod placet Fr. Iacobs., modo scribatur λ. ἐμπρόσθεν ἄντρου aut λ. ἄντρου ὄπισθεν.

Epigr. VI. 5. Palat. κελεῦντι.

6. Idem ὀστίον.

eâ deum se offendere putat caprarius Id. I, 15. Cf. not. ad Epigr. IV, 1. — In Anthol. Palat. IX, 433.

1. διδύμοις αὐλ.] videntur esse tibiae dextra et sinistra.

2. πακτίδ᾽] intelligunt de citharâ. Sed quid cithara ad pastorem? Facilius credam de aliquo fistulae genere cogitandum esse: quo significatu πηκτίδα poni constat. Cf. Fr. Iacobs. Animadv. in Anthol. Tom. III. P. I. p. 25. Tum ne offendas addito κρέκειν, etiam Aristophan. Avv. 682. dixit αὐλὸν κρέκειν. Cf. de verbo κρέκειν sic usurpato Fr. Iacobs. Animadv. in Anthol. Tom. I. P. I. p. 427. — Tum iungo ἀειράμενος ἀρξεῦμαι incipiens praeibo.

3. ἔγγυθεν ᾀσεῖ] ex Id. VII, 72., ad quem locum vid. annot. de futuro activi.

5. λασίας δρυός] cf. annot. ad Id. XXVI, 3.

Epigr. VI. Consolatur aliquis, haud scio an pastor, Thyrsidem de capellâ, quam lupus ipsi ereptam devoraverat. — In Anthol. Pal. IX, 432.

3. οἴχεται] saepe de mortuis obvium. Cf. Buttmann. Gr. ampl. Tom. II. P. I. p. 196. Animalia vero post mortem et ipsa descendunt ad inferos. — τὸ καλὸν τέκος. Observa τέκος de capellâ dictum. Bene Kiessl. affert Oppian. Hal. V, 464., ubi de delphino σκύμνος ἀεξηθεὶς ὀλίγον βρέφος. Cf. Id. XXV, 104. Quid, quod de plantis adeo dicitur. Aeschyl. Pers. 617. ἄνθη τε πλεκτά, παμφόρου γαίας τέκνα. Cf. omnino annot. ad Id. VII, 26.

5. κλαγγεῦντι] unicum fortasse verbi κλαγγέω exemplum.

6. ὀστέον] nota ad prius substantivum negationem omissam esse. Herm. ad Soph. Ai. 239. Pflugk. ad Eurip. Hec. 273. Tum vide

ΕΙΣ ΑΓΑΛΜΑ ΑΣΚΛΗΠΙΟΥ. ζ'.

Ἦλθε καὶ ἐς Μίλατον ὁ τῶ Παιήονος υἱός,
  Ἰητῆρι νόσων ἀνδρὶ συνοισόμενος
Νικίᾳ· ὅς μιν ἐπ' ἆμαρ ἀεὶ θυέεσσιν ἱκνεῖται,
  Καὶ τόδ' ἀπ' εὐώδους γλύψατ' ἄγαλμα κέδρω,
Ἠετίωνι χάριν γλαφυρᾶς χερὸς ἄκρον ὑποστὰς
  Μισθόν. ὁ δ' εἰς ἔργον πᾶσαν ἀφῆκε τέχναν.

ΕΠΙΤΑΦΙΟΝ ΟΡΘΩΝΟΣ. η'.

Ξεῖνε, Συρηκόσιός τοι ἀνὴρ τόδ' ἐφίεται Ὄρθων,
  Χειμερίης μεθύων μηδαμὰ νυκτὸς ἴῃς.
Καὶ γὰρ ἐγὼ τοιοῦτον ἔχω πότμον· ἀντὶ δὲ πολλᾶς
  Πατρίδος ὀθνείην κεῖμαι ἐφεσσάμενος.

Epigr. VII. 2. *συνοισόμενος*] Palat. aliique codd. *συνεσσόμενος*. 4. *κέδρω*] Pal. *κέδρου*. Illud retinendum fuit ob *τῶ* vers. 1. 5. Duo codd. apud Gaisford. *Ἀετίωνι*.

Epigr. VIII. 2. Boisson. scripsit *χειμερίας* ob *πολλᾶς* in vers. sq. Non ausus sum quicquam mutare in epigrammate, quod non Theocriti est. — *ἴῃς*] Palat. *ἴοι*.

annon *ὀστίον*, quod Palat. praebet, probum sit. Recte Fr. Iacobs. monet hanc formam, quamvis alibi non reperiatur, multas tamen sui similes habere. — *οἰχομένας*, eius quae abiit. „Plura sunt praesentium participia, quae substantivorum instar verbalium modo vim verborum indicant, omni temporis notione obliteratâ..... Errant qui in talibus de temporum enallage, omnino referendâ illâ inter somnia grammaticorum, cogitant.“ Sunt verba Schaeferi ad Eurip. Orest. p. 70.

Epigr. VII. In Aesculapii signum, Aetionis manu affabre factum, quod Nicias, qui Mileti artem medicam exercebat, posuerat. Illam dei statuam domi in sacello stetisse admodum credibile fit inde, quod quotidie Nicias deo sacrificasse dicitur. De Niciâ vide quae disputavimus ad Id. XI, XIII, XXVIII. — In Anthol. Palat. VI, 337. Cod. Pal. hic Doricas formas servat.

2. *ἰητῆρι*] pertinet haec vox ad eas, quae *η* apud Dores servant, quanquam Attici eius loco *α* substituunt. Sic *Πρίηπος*, *Ἰήσων*, pro quo Attici *Πρίαπος*, *Ἰάσων*. Sed *ἰατρός* est Id. XI, 5. — *συνοισόμενος* i. q. *συνεσσόμενος*, quod ipsum nonnulli codd. habent, ex interpretatione ortum. Vid. Schaef. ad h. l. Fr. Iacobs. ad Anthol. Pal.

3. *ἐπ' ἆμαρ ἀεί*] profectum hoc ex verbositate quadam dicendi, cuius multa similia Graecis in usu fuere, vel quod proxime accedit ad illa verba, *ἀεὶ διὰ βίου*, *διὰ παντὸς ἀεὶ τοῦ χρόνου*. Plurima eiusdem similisve coloris loquutionum exempla diligentia congessit Bornemanni ad Xen. Conviv. VIII, 4. p. 186. — Ceterum attende ad dictionem *ἱκνεῖσθαι θεὸν θυέεσσι*, quae inde orta est, quod proprie supplex *ἱκνεῖσθαί τινα* dicebatur.

4. Aetion Amphipoli natus circa Olymp. 124. floruit. Idem nominatur apud Callim. Epigr.

ΑΛΛΟ. θ'.

Ἄνθρωπε, ζωῆς περιφείδεο, μηδὲ παρ' ὥρην
 Ναυτίλος ἴσθ'· ὡς ἔστ' οὐ πολὺς ἀνδρὶ βίος.
Δείλαιε Κλεόνικε, σὺ δ' εἰς λιπαρὴν Θάσον ἐλθεῖν
 Ἠπείγευ, κοίλης ἔμπορος ἐκ Συρίης,
Ἔμπορος, ὦ Κλεόνικε· δύσιν δ' ὑπὸ Πλειάδος αὐτὴν
 Ποντοπορῶν αὐτῇ Πλειάδι συγκατέδυς.

ΕΙΣ ΑΓΑΛΜΑ ΜΟΥΣΩΝ, ι'.

Ὑμῖν τοῦτο, θεαί, κεχαρισμένον ἐννέα πάσαις
 Τὤγαλμα Ξενοκλῆς θῆκε τὸ μαρμάρινον,
Μουσικός. οὐχ ἑτέρως τις ἐρεῖ. σοφίῃ δ' ἐπὶ τῇδε
 Αἶνον ἔχων, Μουσέων οὐκ ἐπιλανθάνεται.

3. πολλᾶς] variis modis tentata vox.
Epigr. IX. 2. Meinekio corrigendum videtur ὡς οὐ πουλὺς ἐπ' ἀνδρὶ βίος.
Epigr. X. 1. Cod. Palat. ita exhibet: κεχαρ. ἄνθετο πάσαις, tum τοῦτο τὸ μαρμ.

25. — γλύψατ', sculpi curavit. Vid. Schaef. ad h. l. et ad Id. XXIV, 132. — κέδρῳ. Huius arboris ligno saepe utebantur veteres ad simulacra. Vid. Fr. Iacobs. in Animad. ad h. l.

5. γλαφυρᾶς χ.] scita manus, quemadmodum alibi σοφαὶ χεῖρες dicuntur.

6. εἰς ἔργ. π. ἀφ. τέχναν] omnem ad hoc opus contulit artem, ut perfectissimum artis suae haberetur exemplum. Unice facit ad hunc locum Heliodor. Aethiop. III, 4., ubi de Charicleâ ζώνην δὲ ἐβέβλητο τοῖς στέρνοις ἣν ὁ τεχνησάμενος εἰς ἐκείνην τὸ πᾶν τῆς ἑαυτοῦ τέχνης κατέκλεισεν. Uterque locus expressus videtur ex eâ loquutione, quam in Hom. Od. XII, 614. cum grammaticis aliquot sequuntur Schol. Harles. Vid. Buttmann. ad Schol. in Odyss. p. 394.

Epigr. VIII. In Orthonem Syracusanum hoc epigramma scriptum, qui quum in exterâ terrâ noctu ebrius domum rediret, in viâ periit. Leonidae Tarentini, non Theocriti esse, cod. Pal. auctoritas evincit, quamobrem recte illi tributum est a Fr. Iacobs. Est in Anthol. Palat. VII, 660.

3. ἀντὶ δὲ πολλᾶς] queritur Orthon, quod ab amplissimo patriae agro exsulans, nullam eius post fata partem obtinet. Sic Fr. Iacobs.

4. γαῖαν ἐφεσσ.] ἐφέσσασθαι γαῖαν eleganter, a poetis praecipue, dici solent ii, qui diem supremum obeunt et terrâ mortui conduntur. Cf. Apoll. Rhod. I, 691. Adde interpp. ad Hom. Il. III, 56. Kiessl.

Epigr. IX. In Cleonicum quendam, qui circa occasum Pleiadum a Coele-Syria Thasum contendens naufragium fecerat. — Epigramma non Theocriti habendum, sed aut Alexandri Aetoli aut Automedontis Cycizeni. Vid. Fr. Iacobs. ad Anthol. Palat. p. 358., ubi locum occupat VII, 533. Idem simile comparat Callimachi Epigr. XLVIII. de Lyco quodam.

Epigr. X. Xenocles musicus Musis signum e marmore dedicat.

ΕΠΙΤΑΦΙΟΝ ΕΥΣΘΕΝΟΥΣ ΤΟΥ ΦΥΣΙΟΓΝΩΜΟΝΟΣ. ια'.

Εὐσθένεος τὸ μνᾶμα· φυσιγνώμων ὁ σοφιστής,
  Δεινὸς ἀπ' ὀφθαλμοῦ καὶ τὸ νόημα μαθεῖν.
Εὖ μιν ἔθαψαν ἑταῖροι ἐπὶ ξείνης ξένον ὄντα·
  Χ' ὑμνοθέτας αὐτοῖς δαιμονίως φίλος ὤν,
Πάντων ὧν ἐπέοικε τύχεν· τεθνεὼς ὁ σοφιστής,
  Καίπερ ἄκικυς ἐών, εἶχ' ἄρα κηδεμόνας.

ΕΙΣ ΤΡΙΠΟΔΑ ΤΩι ΔΙΟΝΥΣΩι ΑΠΟ ΔΗΜΟΤΕΛΟΥΣ. ιβ'.

Δαμοτέλης ὁ χορηγός, ὁ τὸν τρίποδ', ὦ Διόνυσε,
  Καὶ σὲ τὸν ἥδιστον θεῶν μακάρων ἀναθείς,

Epigr. XI. 4. Sic cod. Palat., nisi quod δαιμονίοις habet pro δαιμονίως. Sequuti sumus Fr. Iacobs.

5. Vulgo ὧν ἐπέοικεν ἔχει.

Epigr. XII. 1. In nomine viri, cuius victoria hoc epigrammate celebratur, mire codd. inter se discrepant. Cod. Palat. hic Δαμομένης, at in lemmate Δημομέδων. Editt. vett. Δαμομέλης. Alii Δαμοτέλης.

— Epigramma est Leonidae Tarentini, teste cod. Palat., ubi Theocriti nomen in margine adscriptum est. In Anthol. Pal. VI, 338.

Epigr. XI. Compositum est in Eusthenem, sophistam et physiognomonem, in terrâ peregrinâ ab iis, quibus carus erat, sepultum. — Eiusdem Leonidae Tarentini est. In Anthol. Palat. VII, 661.

2. ἀπ' ὀφθαλμοῦ] unum artis fontem poeta indicat, reliquis omissis. Non ex oculorum obtutu tantum, quanquam ex eo praecipue, sed ex omnibus corporis partibus de hominis naturâ et indole statuebant physiognomones. F. I.

4. Fuit quidem sophistes, sed sophistae appellatio nihil impedit, quominus eundem poetam fuisse credamus. Sic recte F. I.

6. ἄκικυς] opibus destitutus. Homo nullâ aliâ re insignis, nisi solâ virtute, per eam amicos sibi peperit tam sedulos, ut eum etiam post mortem colerent.

Epigr. XII. Demoteles quidam, sive alius quisquam homo, cuius nomen non constat, quum ex certamine chororum victoriam reportasset, Baccho tripodem ipsiusque dei statuam consecrat. — Est in Anthol. Pal. VI, 339. Doctam huius epigr. interpretationem, quae factâ eius cum Simonidis aliquo epigr. comparatione nititur, dedit Wunderlich. in Friedem. Miscell. crit. Vol. II, P. I. p. 69.

1. ὁ χορηγός] est is, qui sumptus facit in chorum. De quo munere vide inprimis Boeckh. Staatshaush. der Athen. Tom. I. p. 484., p. 487. Recte Wunderl. hanc inter χορηγός et χοραγός con-

Μέτριος ἦν ἐν πᾶσι· χορῷ δ' ἐκτήσατο νίκην
'Ανδρῶν, καὶ τὸ καλὸν καὶ τὸ προςῆκον ὁρῶν.

ΕΙΣ ΑΓΑΛΜΑ ΤΗΣ ΟΥΡΑΝΙΑΣ ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ. ιγ'.

Ἁ Κύπρις οὐ πάνδαμος. ἱλάσκεο τὰν θεὸν εἰπὼν
Οὐρανίαν, ἁγνᾶς ἄνθεμα Χρυσογόνας
Οἴκῳ ἐν 'Αμφικλέους, ᾧ καὶ τέκνα καὶ βίον ἔσχε
Ξυνόν. ἀεὶ δέ σφιν λώϊον εἰς ἔτος ἦν
'Εκ σέθεν ἀρχομένοις, ὦ πότνια· κηδόμενοι γὰρ
'Αθανάτων αὐτοὶ πλεῖον ἔχουσι βροτοί.

2. Recte corrigere videtur Blomfield. Praef. ad Aeschyl. Pers. p. XXIII. (p. XXI. edit. Lips.) ἥδιστον τῶν μακάρων.

3. Cod. Palat. πᾶσι, quod cum Mein. reduximus, suadente Wunderl. Vulgo ἐν παισί.

Epigr. XIII. 1. Doricae formae sumptae ex cod. Pal.

3. ἔσχεν ex eodem pro εἶχεν.

stituisse videtur differentiam, ut illud de eo, qui sumptus praebuerit, hoc de duce chori dicatur. Cf. Boeckh. ad Pindar. Explicatt. p. 515.

3. μέτριος ἦν ἐν πᾶσι] in omnibus modum maxime servabat; quam sententiam magis illustrat poet aiis, quae sequuntur, καὶ τὸ καλὸν καὶ τὸ πρ. ὁρῶν, honesti ac recti rationem habuit. Etenim utroque maxima Demotelis laus continetur, qui nonnisi per bonas artes victoriam retulisse dicitur. In memoriam iam revocare debemus, quam saepe homines corruptionibus aliisque malis artibus suae tribui victoriam parare studuerint. Vid. inprimis Wunderl. l. l.

4. ἀνδρῶν] pertinet ad χορῷ. chorus virilis est idem, qui chorus dithyrambicus vocatur. Vid. Blomfield. Praef. ad Aesch. Pers. p. 23.

Epigr. XIII. In statuam Veneris Uraniae, a Chrysogona, quae divae felicitatem eam, qua cum coniuge et liberis fruebatur, acceptam referebat, positam. — In Anthol. Palat. VI, 340., in Delect. Epigr. I, 38.

1. De Venere, cui nomina πάνδημος et οὐρανία data sunt, vide Xenoph. Conv. VIII, 9. Manso Versuche über Mythol. p. 78.

4. A te omnia auspicantes, tuo, diva, favore fortunam suam in annum auctam et cumulatam viderunt. F. I. — λώϊον est comparativi forma. Cf. Id. XIX, 11. Buttmann. Gr. ampl. Tom. I. p. 272. Matth. Gr. §. 457, 3. — εἰς ἔτος, per totum annum. Sic εἰς ἐνιαυτόν apud Hom. Od. IV, 595. Cf. Bernhardy Syntax. p. 216.

ΕΠΙΤΑΦΙΟΝ ΕΥΡΥΜΕΔΟΝΤΟΣ. ιδ'.

Νήπιον υἱὸν ἔλειπες, ἐν ἡλικίῃ δὲ καὶ αὐτός,
Εὐρύμεδον, τύμβου τοῦδε θανὼν ἔτυχες.
Σοὶ μὲν ἕδρη θείοισι μετ' ἀνδράσι· τὸν δὲ πολῖται
Τιμησεῦντι, πατρὸς μνώμενοι ὡς ἀγαθοῦ.

ΕΙΣ ΤΟ ΑΥΤΟ. ιε'.

Γνώσομαι, εἴ τι νέμεις ἀγαθοῖς πλέον, ἢ καὶ ὁ δειλὸς
Ἐκ σέθεν ὡςαύτως ἶσον, ὁδοιπόρ', ἔχει.
Χαιρέτω οὗτος ὁ τύμβος, ἐρεῖς· ἐπεὶ Εὐρυμέδοντος
Κεῖται τῆς ἱερῆς κοῦφος ὑπὲρ κεφαλῆς.

ΕΙΣ ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΟΣ ΑΝΔΡΙΑΝΤΑ. ις'.

Θᾶσαι τὸν ἀνδριάντα τοῦτον, ὦ ξένε,
Σπουδᾷ· καὶ λέγ', ἐπὰν ἐς οἶκον ἔνθῃς,

Epigr. XIV. 1. In hoc epigr. cum cod. Pal. vulgares formas servavimus. Mirâ inconstantiâ hîc doricas formas restituerunt aliquot editt., in sequenti vero, quod huic adnexum est, vulgares tuentur.

Epigr. XVII. 3. ἀλαθινῶ] sic correxi pro ἀλαθινοῦ. Nam versu primo Doricâ dialecto conscriptum epigr. dicitur, et formae severioris dorismi, quae in hoc epigr. reperiuntur, hoc flagitant.

Epigr. XIV. Eurymedon, vir bonus et civibus suis carus, mortuus erat, filio impubere relicto. Epigr. sequens legendum est ante hoc, quod in posteriore cippi parte insculptum fuisse videtur. — Cod. Pal. secundum alios Leonidae Tarentini epigrammata esse testatur. In Anthol. Pal. leguntur VII, 658, 659.

3. Tu quidem, in beatorum sedes receptus, ibi inter divinos viros habitas; filium autem tuum superstites cives in tuae memoriae gratiam colent. F. I.

Epigr. XV. Viros bonos poeta hortatur, ut, Eurymedontis tumulum praetereuntes, terram levem ei optent.

1. Loquutionis πλέον τι νέμειν, pluris facere, exempla praeter Valcken. ad Hippol. p. 306 e., dat Markland ad Suppl. 380.

4. τῆς ἱερῆς ... κεφ.] quod inter divinos viros sedem post mortem habet (cf. Epigr. XIV, 4.), ipsi sacrum caput tribuitur.

Epigr. XVI. In Anacreontis statuam, in urbe Teo positam. Plura de imaginibus ac statuis Anacreontis vide apud Moeb. Praefat. ad Anacr. p. IX. not. 11. Iunxit poeta in hoc epigr. trimetros iambicos et phalaeceos, de quibus vide Hermann. Elem. doctr. metr. p. 368. — Est in Anthol. Pal. IX sqq.

2. ἐς οἶκον] in patriam.

4. εἴ τι περισσόν] poetarum si quis alius praestantissimus. Id. VII, 4. εἴ τι περ ἐσθλὸν Χαῶν τῶν ἐπάνωθεν, ubi vide annot. Apoll. Rhod. III,

Ἀνακρέοντος εἰκόν' εἶδον ἐν Τέῳ,
Τῶν πρόσθ' εἴ τι περισσὸν ᾠδοποιῶν·
Προσθεὶς δὲ χὤτι τοῖς νέοισιν ἅδετο,
Ἐρεῖς ἀτρεκέως ὅλον τὸν ἄνδρα.

ΕΙΣ ΕΠΙΧΑΡΜΟΝ. ιζ'.

Ἅ τε φωνὰ Δώριος, χὠνὴρ ὁ τὰν κωμῳδίαν
Εὑρών, Ἐπίχαρμος.
Ὦ Βάκχε, χάλκεόν νιν ἀντ' ἀλαθινῶ
Τὶν ὧδ' ἀνέθηκαν
Τοὶ Συρακόσσαις ἐνίδρυνται πεδωριστᾷ πόλει,
Ὡς ἀνδρὶ πολίτᾳ,
Σωρὸν γὰρ εἶχε ῥημάτων, μεμναμένοι
Τελεῖν ἐπίχειρα.
Πολλὰ γὰρ ποτ τὰν ζωὰν τοῖς πᾶσιν εἶπε χρήσιμα·
Μεγάλα χάρις αὐτῷ.

5. πεδ. πόλει] cod. Pal. πελωριστᾷ πόλει, unde hoc exsculpsit Tyrwhitt., quem cum Fr. Iacobs. sequimur. Alii Πελωρεῖς τᾷ πόλει.

7. ῥημάτων] sic verissime cod. Pal. Alii χρημάτων.

9. ποτ τὰν ζωὰν] Kiessl. solito more πὸτ τὰν ζοάν. — Tum idem, ut vulgo, τοῖς παισίν. Nos cum Fr. Iacobs. lect. cod. Pal. recepimus.

347. Παναχαιΐδος εἴ τι φέριστον Ἡρώων.

Epigr. XVII. In Epicharmi statuam ex aere Syracusis positam. Versus 1, 5, 9. sunt trochaici tetrametri catalectici; 2, 4, 6, 8, 10. ionici a maiore dimetri brachycatalecti; 3 et 7. iambici trimetri. — In Anthol. Palat. IX, 600.

1. ἅ τε φωνὰ Δώρ.] de hoc ipso carmine sive statuae inscriptione accipe cum Fr. Iacobs. Par enim erat carmen in virum Doriensem, quod in nobili Doriensium urbe legeretur, Doricâ dialecto conscribi. — ὁ τὰν κωμ. εὑρών, eius comoediarum generis, quod apud Siculos floruit, auctor fuit. Vid. Mueller. Gesch. Hellen. Staemme. Tom. II. P. II. p. 353.

5. πεδωριστᾷ πόλει] urbs magnifica ac splendore suo admiranda. Formam Doricam πεδαωριστής pro μετεωριστής agnoscit Hesych. Eo sensu Syracusae apud Pindarum audiunt μεγαλοπόλιες.

6. ὡς ἀνδρὶ πολ.] scilicet trimestris quum Syracusas delatus esset, pro Syracusano habitus est; sed Coi natus est. Vid. Mueller. l. l.

7. σωρὸν εἶχε ῥημ.] omni sermonis copiâ abundabat, i. e. eloquentiae vi pollebat. Refer hoc ad artem, qua diversorum hominum mores ac vitam egregie pingebat Epicharmus. De hac vocis σωρός significatione vide Fr. Iacobs. ad h. l. et p. 539., ad Achill. Tat. I, 2. p. 407. p. 859.

9. Multa in Epicharmi comoediis habentur praecepta ad vitam

ΕΠΙΤΑΦΙΟΝ ΚΛΕΙΤΑΣ, ΤΡΟΦΟΥ ΜΗΔΕΙΟΥ. ιη'.

Ὁ μικκὸς τόδ' ἔτευξε τᾷ Θρείσσᾳ
Μήδειος τὸ μνᾶμ' ἐπὶ τᾷ ὁδῷ, κἠπέγραψε Κλείτας.
Ἑξεῖ τὰν χάριν ἁ γυνὰ ἀντ' ἐκείνων,
Ὧν τὸν κῶρον ἔθρεψε. τί μάν; ἔτι χρησίμα τελευτᾷ.

ΕΙΣ ΑΡΧΙΛΟΧΟΝ. ιθ'.

Ἀρχίλοχον καὶ στᾶθι καὶ εἴσιδε τὸν πάλαι ποιητὰν
Τὸν τῶν ἰάμβων, οὗ τὸ μυρίον κλέος
Διῆλθε κἠπὶ νύκτα καὶ ποτ' ἀῶ.
Ἦ ῥά μιν αἱ Μοῦσαι καὶ ὁ Δάλιος ἠγάπευν Ἀπόλλων,
Ὡς ἐμμελής τ' ἔγεντο κἠπιδέξιος
Ἔπεά τε ποιεῖν πρὸς λύραν τ' ἀείδειν.

Epigr. XVIII. 3. ἀντ' ἐκείνων ex cod. Pal. pro ἀντὶ τήνων. 4. In particulis τί μάν; vitium inest. Cod. Pal. ἔθρεψε τιμᾶν ἔτι.

institaendam perquam utilia; quo factum, ut omnes in iis invenirent quod ad animos fingendos et conformandos prodesset.

Epigr. XVIII. In tumulum nutricis Clitae, quem Medius puer ei exstruxerat. Versus 1 et 3 sunt phalaecei; reliqui duo dactylici Archilochii. — Cod. Palat. tribuit Leonidae Tarentino. In Anthol. Palat. IX, 663.

2. Κλείτας] proprium nutricis nomen fuit Κλεῖτα, cognomen χρησίμη, quod ei propter fidem in servitio praestitam, utilitatemque, quam inde capiebat puer, cui lac praebebat, impositum fuisse videtur. F. I.

3. Notanda synizesis in γυνὰ ἀντ'. — Formam ἐκεῖνος a Doriensium usu non abhorrere monuimus ad Epigr. I. Vid. Fr. Iacobs. in Anth. Palat. p. 367.

4. τελευτᾷ] hoc nomine et hac laude etiamnunc post fata fruitur. Vid. Fr. Iacobs. ad Anthol. Pal. p. 237. — Praeterea notandum ἀντ' ἐκείνων, ὧν pro ἀνθ' ὧν.

Epigr. XIX. Epitaphium Archilochi. — Secundum auctoritatem cod. Palat. est Leonidae Tarentini. In Anthol. Palat. VII, 664. Delect. Epigr. IV, 20. Versus 1 et 4 sunt dactylici Archilochii; 2 et 5 iambici trimetri; 3 et 6 iambici trimetri scazontes catalectici.

1. Ἀρχίλοχον] cohaeret cum εἴσιδε. Cf. not. ad Id. XXV, 72.

2. οὗ τὸ μυρίον κλέος] cuius ingens gloria est.

3. κἠπὶ νύκτα καὶ ποτ' ἀῶ] cuius gloria totum terrarum orbem complevit, ab occasu usque ad orientem. Est Homericum πρὸς ζόφον ... πρὸς Ἠῶ τ' Ἠέλιόν τε, quod ita expressit poeta.

4. Quod Archilochum Apollo amasse dicitur, fortasse simplici-

ΕΙΣ ΑΝΔΡΙΑΝΤΑ ΠΕΙΣΑΝΔΡΟΥ ΤΟΥ ΤΗΝ ΗΡΑΚΛΕΙΑΝ ΠΟΙΗΣΑΝΤΟΣ. κ'.

Τὸν τῶ Ζανὸς ὅδ' ὔμμιν υἱὸν ὠνήρ,
Τὸν λεοντομάχαν, τὸν ὀξύχειρα,
Πρᾶτος τῶν ἐπάνωθε μουσοποιῶν
Πείσανδρος ξυνέγραψεν ὡ'κ Καμείρου,
Χὤσους ἐξεπόνασεν εἶπ' ἀέθλους.
Τοῦτον δ' αὐτὸν ὁ δᾶμος, ὡς σάφ' εἰδῇς,
Ἔστασ' ἐνθάδε, χάλκεον ποιήσας
Πολλοῖς μασὶν ὄπισθε κἠνιαυτοῖς.

ΕΙΣ ΙΠΠΩΝΑΚΤΑ. κα'.

Ὁ μουσοποιὸς ἐνθάδ' Ἱππῶναξ κεῖται.
Εἰ μὲν πονηρός, μὴ ποτέρχευ τῷ τύμβῳ.
Εἰ δ' ἐσσὶ κρήγυός τε καὶ παρὰ χρηστῶ,
Θαρσέων καθίζευ, κἂν θέλῃς, ἀπόβριξον.

Fr. Iacobs. ἔτυμ' ὦν [i. e. οὖν] ἔτι χρ. τελ. — τελευτᾷ. ita cod. Pal. Vulgo καλεῖται.

ter de poeticâ facultate accipiendum est; fortasse tamen spectat notam illam fabulam de Apollinis in Archilochi percussorem irâ. F. I.

5. κἀπιδέξιος] Dioscor. in Del. Epigr. IV, 53. ὦ στόμα πάντων δεξιόν. App. Pal. T. II. p. 851, 295 κιθάρας δεξιὸν ἡνίοχον. F. I.

Epigr. XX. In Pisandri poetae statuam ex aere. — De Pisandro vide Weichert. über Apollon. Rhod. p. 240. Mueller Gesch. Hellen. Staemme. Tom. II. P. II. p. 475. — In Anthol. Palat. IX, 598.

2. Pisander primus fuit, qui Herculem pelle leoninâ et clavâ armatum exhibuit (cf. Mueller. l. c. p. 476. et Tom. II. P. I. p. 444.); omninoque, quantum ex hoc loco colligimus, primus leonem ab Hercule domitum narravit.

4. συνέγραψεν] insolens de poetâ verbum. Num fortasse eo trahendum, quod Pisander in rebus ab Hercule gestis describendis haud aliter erat versatus quam historicus?

5. ἀέθλους] in laboribus enim Herculis enarrandis praecipue versabatur Pisandri Heraclea.

8. Hanc Pisandri statuam diu post eius mortem a Camirensibus in tam illustris viri memoriam positam esse significat Theocritus. F. I.

Epigr. XXI. In Hipponactem iambographum; metro Hipponacteo scriptum. — In Anthol. Pal. IX, 3.

3. κρήγυος] vir bonus, veritatis studiosus.

4. Sensus: Hipponax vel post mortem malos odit; hinc consilium, ne mali ad eius tumulum accedant; bonis autem nihil ab eo timendum est; quare veniant, licet, in eius tumulo considant, et, si licebit, vel somno ibi indulgeant. F. I.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΑΥΤΟΥ ΒΙΒΛΟΝ. κβ′.

Ἄλλος ὁ Χῖος· ἐγὼ δὲ Θεόκριτος, ὃς τάδ᾽ ἔγραψα,
Εἷς ἀπὸ τῶν πολλῶν εἰμι Συρηκόσιος,
Υἱὸς Πραξαγόραο περικλειτῆς τε Φιλίννης·
Μοῦσαν δ᾽ ὀθνείην οὔποτ᾽ ἐφελκυσάμην.

Epigr. XXII. Artemidoro Grammatico (de quo vide Fr. Iacobs. in Catal. Poet., in Anthol. Vol. III. P. III. p. 863. et praefat.) tribuit editio Aldina. Cod. Palat. inter Theocriti epigr. exhibet. — In Anthol. Pal. IX, 434.

1. De Theocrito Chio vide Macrob. Saturn. VII, 3. Fabric. Bibl. Gr. Tom. III. p. 775. ed. Harles.

3. περικλειτῆς] vide Fr. Iacobs. in Anthol. Pal. Osann. Auctar. Lex. p. 126.

4. Μουσ. ὀθν. οὐπ. ἐφ.] cf. praefat.

INDICES.

INDEX GRAECUS.

A.

α corripiunt Dores in aliquot vocabulis, ubi apud Iones η, XII, 26. XXVII, 51. — α correptum in accusativo tertiae declin. contractae XII, 29. — ἀδέα pro ἡδύν XX, 8. — ἰχθύα pro ἰχθύν XXI, 45. — α in quibusdam formis non ponitur ob ingratum sonum XIV, 23. annot. crit. — correptum in ἔκλαεν XIV, 32.

ἄβος, an graeca sit vox V, 109. annot. crit.

ἄγειν positum ubi ἐπάγειν exspectabas II, 65. — ἠέλιος ἄγει ἦμαρ XXV, 84.

ἀγλαΐζειν honoris significationem includit. Epigr. I, 4.

ἄγριος, de igne II, 54. — de Amore XIII, 6.

ἄδαμας in Orco, eximie dictus II, 34.

ἀδηφάγος XXII, 115.

ἀείδειν, in futuro ᾀσῶ pro ᾀσεῦμαι I, 145. VII, 72. XXII, 25. ᾄσω legitur etiam, observante Poppon., apud Eurip. Herc. Fur. 681., sed in carmine lyrico. — de lapide sonante, de pinu strepente VII, 26. — pro dicere, narrare XXI, 20.

ἀείρειν χεῖράς τινι XXII, 65. — ἀείρειν ζυγόν XXVII, 20.

ἀέναος penultimâ productâ XXII, 37.

ἀήρ. ἀέρι κρύπτεσθαι dicuntur res quae nusquam apparent XVII, 120.

Ἀθανάα, penultimâ correptâ XXVIII, 1.

ἀθλήματα ταῖν χεροῖν, instrumenta ad opus aliquod faciendum XXI, 9.

ἀθλητὴς τῆς γῆς de agricolâ XXI, 9.

αἱ, cum indicativo iunctum V, 64. — Argum. ad Id. XI. p. 168.

αἰετός, augurium XXVI, 31.

αἴθε, cum indicativo praeteriti IV, 49. XXVII, 61. Adde Fr. Iacobs. ad Del. Epigr. IX, 65.

αἴξ, genitivus pluralis τᾶν αἰγᾶν. V, 148.

Αἰολικός et αἰπολικός confunduntur I, 56. not. crit.

αἰολομίτραι, epitheton Persarum XVII, 19.

αἰολόπωλος, i. q. ταχύπωλος XXII. 34.

αἰόλος, de carminibus Simonidis, quo sensu XVI, 44.

αἰπόλος, de poetâ bucolico VII, 13.

αἰσυμνήτης, de significatione XXV, 48.

ἀΐτης XII, 14.

ἀκμάν pro ἔτι, significatio recentior IV, 60.

ἀκμήν, de significatione XXV, 64.

ἀκοίμητος, epitheton fluviorum, Nympharum XIII, 44.

ἀκριβὴς ὄμμασι XXII, 194.
ἀκριδοθήκα et ἀκριδοθήρα confunduntur I, 52. not. crit.
ἀκρόνυχος, primâ nocte, Beren. fragm. 3.
ἄκρος. εἰς ἄκρον XIV, 61. — ἄκρα Ἄργεος, praestantissimi Argorum viri XV, 142. — ἄκρα, valde, admodum XXVII, 43.
ἀλᾶσθαι cum accusativo XIII, 66.
ἄλγος, dolendi materia I, 103.
ἀλδήσκειν, transitivo sensu positum. XVII, 78.
ἅλες, an de fuco dici possit XV, 17.
ἅλιος. πᾶς ἅλιος δέδυκέ τινι, actum est de aliquo. Egregie explicatio nostra firmatur Diodor. Excerpt. Vatic. p. 69. Mai. p. 78. Dindorf. ὅτι Φίλιππος ὠνείδιζε τοῖς Θετταλοῖς ὡς τῆς ἐλευθερίας ἀνελπίστως διὰ Ῥωμαίων κυριεύσαντες λοιδοροῦσι τοὺς προγεγονότας κυρίους, οὐκ εἰδότες, ὅτι οὔπω πᾶς αὐτοῖς ὁ ἥλιος δέδυκε, unde Livii locus, quem in annotatione attuli, expressus est. Vide Dindorf.
ἀλίτροιτος I, 45.
ἀλμυρὰ κλαίειν XXIII, 34.
ἀλλὰ ... γάρ I, 19. not. crit. — XVI, 60.
ἅλλεται ὁ ὀφθαλμός III, 37. — ἅλλεσθαι εἰς ἔρωτα III, 42.
ἄλλος pro ἕτερος VI, 46. VII, 36. XXII, 205. XXIV, 61. De Latinis cf. interpp. Plaut. Captiv. Prol. init. Cf. οὐδείς.
ἀμᾶν, priore syllabâ in thesi productâ, X, 50.
ἀμάρυγμα χείλεος XXIII, 7.
ἀμάχανος, de amante, quo sensu I, 85.
ἀμείβεσθαι θύρας etc. II, 104.
ἀμέλγειν, bibere XXIII, 25. XXVII, 17.
ἄμετρος, ἀμέτρητος XV, 45.
ἀμνός fortasse digamma habuit VIII, 14.
ἀμπέχονον, qualis vestis fuerit XV, 21.
ἀμύκλαι, calceorum genus X, 35.
ἀμφικαλύπτειν φρένας XIII, 48.
ἀμφότεροι pro ἀλλήλων XII, 12.
ἀμφότερον et ἀμφότερα orationi praepositum XXV, 69.
αν correptum in accusat. primae declin. XXVII, 54.
ἄν, particula omissa, ubi conditio sublata est II, 118. VIII, 20, 88, 91. XVI, 43. XXII, 74. XXVII, 24, 60. XXIX, 37. — indicativo addita II, 124. — deest post ὤφελον. Vide Hermann. de part. ἄν I, 11. p. 11203. — ἄν cum imperativo iunctum XXIII, 35. — ἄν additum particulae ἤν XXVII, 35.
ἀναβάλλεσθαι VI, 20.
ἀνάγκη et ἀνάγκαι XVI, 85. not. crit. — ἀνάγκην ἔχειν XXIII, 12.
ἀναιδὴς ὀδούς XXIV, 24.
ἀνακεῖσθαι, de statuis X, 33.
ἀνανέμειν apud Dorienses pro ἀναγιγνώσκειν XVIII, 48.
ἄναξ, de hero s. domino VII, 78.
ἀναῤῥῆξαι νεῖκος XXII, 172.
ἀναφύειν, vox propria de barbâ X, 40.
ἁνδάνειν cum accusativo iunctum XXVII, 22.
ἀνενεικέσθαι ad solam vociferationem relatum serioris aetatis est XXIII, 18.
ἀνὴρ αἰγᾶν de capro VIII, 49. Sic πόσις αἰγῶν. Vid. Fr. Iacobs. ad Del. Epigr. I, 63. — ἀνήρ de sponso XV, 131. XXX, 30. — ἄνδρες pro ἄνθρωποι XXIX, 23.
ἄνθος, quae eius vis sit in periphrasi II, 2. — ἄνθος de pulcritudine VII, 121. Adde Wernicke ad Tryphiod. p. 307.
ἀνία, de quantitate II, 23.
ἀντίστοιχοι, vocales quales. Argum. ad Id. XI. p. 181.
ἀνύειν τὸν ἔρωτα, quid significet I, 93. — ἀνύεσθαι, lucrari V, 144.
ἀοιδή, res quae carmine celebratur. Sic saepe μῦθος. Cf. Fr. Iacobs. ad Del. Epigr. IX, 12.
ἀπαί pro ἀπό dictum, etiamsi nulla necessitas poetam cogat, XXII, 121.
ἀπ᾽ ἀλλάλων εἶναι, opp. μετ᾽ ἀλλήλοις γενέσθαι XIV, 46.
ἀπειλεῖν, i. e. σὺν ἀπειλαῖς κελεύειν XXIV, 15.
ἀπό circumscriptioni inservit XVI, 49, 87. XXIV, 78, 109. —

ἀπὸ καρδίας pro ἐκ καρδίας XXIX, 4.
ἀπομάττεσθαι κενεάν, intellecto χοίνικα XV, 95.
ἀπονέμειν apud Dorienses pro ἀναγιγνώσκειν XVIII, 48.
ἀποστέργειν πόθον, exuere, deponere amorem XIV, 50.
ἀποτέμνεσθαι, de significatione XVII, 86.
ἀποτρίβειν γῆρας XXIV, 131.
ἄπρακτος et ἄπρηκτος differunt apud Dores XVI, 12.
ἀπωθεῖν ὕπνον, excutere somnum XXI, 20.
ἄρα, insolens eius collocatio XVIII, 1. not. crit.
ἀρά γε VII, 149.
ἀραιός, epitheton nasi XII, 24.
ἀρβυλαί, ἀρβυλίδες, calceamenti genus VII, 26.
ἀριθμεῖσθαί τινος XIII, 72.
ἄριθμος, de exiguo numero XVI, 87.
ἀριστεύειν cum accusativo XV, 98.
ἀριφραδής, proprio sensu XXIV, 39.
ἀρμαλιή, demensum XVI, 35.
ἄρμενα, de nave XIII, 69.
ἀρμοῖ, vox Syracusana IV, 51.
ἀροτρεύς, de quovis agri cultore XXV, 1.
ἄῤῥην, feminino genere XII, 4.
ἄρχεσθαι, cum infinitivo junctum XXII, 25.
ας, terminatio accusativi pluralis primae declinationis corripitur apud Dores. I, 83.
ἀσπίς, pro militibus XV, 6.
ἀστράγαλοι, in comparatione ad pedes relatum X, 36.
ἀτέραμνος X, 7.
ἀτιμαγέλαι βόες, qui ob praestantiam seorsim a reliquis pascuntur XXV, 132.
ἄτροπος, gravis, de somno III, 49.
ἄτρυτος, de viâ molestâ, longinquâ XV, 7.
αὐγή, de lapidibus VI, 38.
αὖος I, 51. XVI, 12.
αὐσταλέος, siccus, unguento non delibitus XIV, 4.
αὐτόθε pro αὐτόθεν VI, 15.
αὐτός, ipse, de amatâ III, 38. — de domino IV, 5. — de hero in ipsius ore XXIV, 50. — ipse, i. e. gregis domino non rogato V, 99. — saepe tecta antithesis est in pronomine αὐτός VII, 70. — αὐτός, suâ sponte, nemine ducente XI, 12.
αὐτῶ, ibi, addito substantivo ad locum accuratius designandum XI, 14.
ἀφιέναι πᾶσαν τέχνην εἰς ἔργον Epigr. VII, 6.
ἀχήν, pauper, primâ productâ XVI, 33.
ἀχρεῖος, eius significatio late patet XXV, 72.
ἀῴς, de toto die VII, 85.
ἄωτος, quae huius vocis vis sit in periphrasi II, 2. — generis feminini apud Dores XIII, 27.

B.

βάθος, de silvâ VIII, 49. — de potatione XIV, 29.
βαθύς, de potatore XIV, 29.
βαίνειν, βατεῖν, βατεύειν, sensu obscoeno I, 87.
βάλλειν, propere ponere XXIV, 59.
βαρύθυμος, de irâ Medeae, quae ipsi perniciosa fuit XV, 138.
βαρυμάνιος, de Aiace XV, 138.
βαρὺς θυμός hominis sibi ipsi stomachantis I, 95. — Alexander Persis est βαρὺς θεός XVII, 19. — βαρὺς ἐνιαυτοῖς, aetate gravis XXIV, 100.
βασίλισσα, forma in Alexandrinorum scriptis obvia XV, 24. Sed βασίλεια quoque Theocriteum XXIV, 71. XXVII, 19.
βαΰζειν, de catulis VI, 10. Latinorum est baubari, de quo vid. Forcell. in Lex.
Βέβρυκες, de quantitate vocis XXII, 29.
βία et κάρτος coniunguntur IV, 8.
βιάζεσθαι τὰ ἄστρα, invitis sideribus aliquid agere XXII, 9.
βουκολεῖν τὴν λύπην, et alia huiusmodi XI, 80.
βούλεσθαι et ἐθέλειν diversa XXII, 162.
βραδύς, in Comparativo βαρδύτερος XXIX, 30., in superlativo βάρδιστοι XV, 4.

βρυχᾶσθαι, de tauris XXV, 137.
βωκόλος, de poetâ bucolico VII, 13. — in contemptum dictum XX, 3.

Γ.

γαμβρός, sponsus XV, 129. Argum. ad Id. XVIII. p. 276.
γαθεῖν IX, 36. οὕς γὰρ ὁρεῦντι γαθεῦσαι, ubi vide annon altera lectio οὕς γὰρ ὁρῶσαι Γαθεῦσιν defendi possit exemplis a Schaefero in annot. ad Eurip. Orest. 1165. p. 99. ed. 3. allatis.
γαμεῖν. Partic. aor. γαμεθεῖσα pro γαμηθεῖσα Id. VIII. extr. Etiam Poppo in censurâ Buttm. Gr. Ien. Litt. Zeit. 1829. nr. 149. p. 230. vertit desponsata.
γάρ. ἀλλὰ γάρ I, 19. not. crit. XVI, 60. — οὐ γὰρ δὴ ... γε I, 68.
γαῦλος et γαυλός V, 58.
γεγαώς pro ὤν XVII, 25.
γένος, de prole XXV, 172.
γέρων pro γεραιός VII, 15.
γλαυκός, epitheton Aurorae XVI, 5.
γραία, utrum substantivum sit, an adiectivum VII, 126.
γράμματα, de picturâ in opere textili XV, 81.
γραμμή VI, 18.
γυνή de puellâ XX, 30. — de legitimâ uxore II, 41. — de eâ, quae virum experta est XXVII, 64.

Δ.

δαγύς, pupa II, 110.
δαίνυσθαι τράπεζαν XIII, 38.
δάκνειν, ad animum translatum XII, 25.
δάκτυλα pro δάκτυλοι XIX, 3.
δαμάλη et πόρτις quomodo differant I, 75.
δασύκερκος, cui villosa cauda est V, 112.
δέ post εἰ δέ, ἢν δέ I, 11. — δέ τε epica particularum complexio etiam Theocrito usitata I, 74. — δέ post tria vocabula positum VI, 39. XIII, 69. Adde quos affert Blume ad Lycurg. in Leocr. p. 63. — δέ apodosin facit post οὔπω, αἰ, omnino post particulas temporales XXI, 20.
δεδοίκω, novum praesens I, 16. not. crit.
δεῖν. εἰς δέον ἕρπειν, ἐκβαίνειν XIV, 50.
δέμνια στορεννύναι τινί, ex euphemismo pro: concumbere cum aliquo V, 33.
δεξιός Epigr. XIX, 5.
δέσποινα, de deâ XV, 100.
-δεύς, forma animantium patronymica V, 38.
Δευκαλίωνες, Deucalionis filii, non: homines eius similes XV, 141.
δή τοι non coniunguntur IV, 15. XXV, 142.
δήλεσθαι et δηλεῖσθαι V, 27. — δηλεῖσθαι proprium verbum de veneficarum malis artibus IX, 26.
διά circumscriptioni inservit XIV, 27.
διαείδειν, quae sit compositi vis V, 22.
διαθρύπτεσθαι VI, 15. XV, 99.
διαλύειν, intransitivo sensu positum XXIV, 32.
διδόναι, eius constructio aliqua VII, 123. — διδῶν pro διδοῦν i. e. διδόναι XXIX, 9. Cf. Schaefer. ad Demosth. Tom. IV. p. 86.
δικλίς, anterior ianua, quae totum aedium ambitum claudit XIV, 42.
διώκειν pro ἕπεσθαι X, 30. Cf. Merrick. ad Tryphiod. 334. — abigere XXVII, 35.
δοκῶ, orationi praepositum XVII, 136.
δύο cum substant. plurali iunctum V, 47. (allatis adde Poppo ad Thucyd. I, 1. p. 225. Goettling. ad Theod. p. 212).
δυσέρως, de amante, quo sensu I, 75. — VI, 7.

E.

ἐγέρσιμος ὕπνος, somnus ex quo quis mane excitatur XXIV, 7.
ἐγκεῖσθαι III, 33.
ἕδρα, locus in quo quis stat XXIII,

52. — gradus luctantium XXIV, 109.
ἱδριᾶν XVII, 19.
ἱδροστρόφος, epitheton luctantium XXIV, 109.
ἰθειράζειν I, 34.
ἐθέλειν et θέλειν promiscue apud Theocr. ponuntur VIII, 7. XXIX, 7. — ἐθ. et βούλεσθαι diversa XXII, 162.
ἔθνος βοῶν XXV, 114.
εἰ. λέγ' εἴ τι λέγεις, et similia V, 78. — εἴ τί περ ἐσθλόν, pro τὸ ἐσθλότατον VII, 4. Epigr. XVI, 4. — εἰ suppressum XI, 81. not. crit. — εἰ et ὅκα XIII, 10.
εἰδέναι, videre II, 25. — in minationibus usitatum XV, 91. — deponens εἴδεσθαι XXIV, 53.
εἶναι. Participium ὤν adiectivis additum II, 2. not. crit. — Infinitivus εἶναι ex abundantiâ adiectus II, 41. VII, 29. — εἶναι cum participio iunctum XXVII, 2.
εἰπόν, accentu male posito XIV, 11. not. crit. — ἔειπα rarior aoristi forma XXII, 153. — εἰπεῖν τινί τινα XXV, 179.
εἷς, forma rarior ἧς XI, 33. — εἰς ἕνα καθεύδειν XX, 39.
εἰς ἅλις, proborum scriptorum usu firmatum XXV, 17.
εἰς cum accus. iunctum in loquutione κεῖτο ἐς χθόνα νενευκώς XXII, 203. Vid. Iacob ad Lucian. Alex. p. 29.
εἰς ἔτος per totum annum Epigr. XIII, 4.
ἐκ ποδός, i. e. ποδί VII, 6.
ἑκαστοτέρω XV, 7.
ἐκεῖνος Theocriteum, non Pindaricum, Epigr. I, 2. XVIII, 3.
ἔκηλος, deses, significatio serioris aetatis XXV, 100.
ἐκκναίειν, absolute dictum XV, 88.
ἐκλελαθεῖν I, 63.
ἐκπέτεσθαι II, 19.
ἐκπονεῖν VII, 85.
ἐκφυσᾶν ὕπνον XXIV, 47.
ἑλέσθαι, cum solo genitivo iunctum XI, 49.
ἐλεύθερος, ironice de servo V, 8.
ἐλινύειν, de scripturâ vocis X, 51. not. crit.
ἕλιξ, palmites s. capreoli hederae I, 30.
ἕλκειν, lacerare I, 134.
ἔλπομαι, infertur post κατ' ἐμὸν νόον VII, 29.
ἔμπροθεν pro ἔμπροσθεν IX, 6.
ἐν adverbii loco positum II, 68. — in loquutione ἐν ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν IV, 7. — ἐν ἄνθεσι πλέειν V, 87. — δεινὸς ἐν ἱμᾶσι XXIV, 111.
ἐνδιαθρύπτεσθαι III, 36.
ἐνδιᾶν XVI, 38.
ἔνδοι, rectius scribitur quam ἔνδοῖ XV, 1. not. crit.
ἐνιδρύσθαι XVII, 102.
ἐνναέτης, de eo, qui nonum annum ingressus est XXVI, 20.
ἐνόρχης, sc. τράγος III, 4.
ἐξ, positum pro ἐκ, in fine versus XXII, 30.
ἐξαλαπάζειν, ad formam humanam translatum II, 85.
ἐοικέναι, de artis operibus I, 41.
ἐπεί saepe non veram causam reddit, sed ironicam I, 109.
ἐπεῖναι ἐπί τινι, recentior constructio XI, 33.
ἐπί, propriâ significatione positum XX, 24. — ἐπ' ἄματι, die finito XXIV, 137. — ἐπὶ πλέον, ἐπὶ τὸ πλέον ἄγειν, s. ἐλαύνειν I, 20. — ἐπί cum dativo loci I, 150. — ἐπί τινι μαίνεσθαι summo ardore ferri ad aliquid consequendum II, 48. — ἐπί consilium ac finem denotat.
ἐπιβάλλεσθαι pro ἐπιβάλλειν XXIII, 27.
ἐπιδέξιος Epigr. XIX, 5.
ἐπιλαμβάνειν XIII, 65.
ἐπίπαγχυ, vox proba XVII, 104.
ἐπίσκοπος ὀϊστῶν, quo sensu XXIV, 105.
ἐπισπένδειν δάκρυ XXIII, 38.
ἐπιχεῖσθαι, de structurâ vocis II, 151.
ἐρᾶσθαι, significatione activâ. De lectionis veritate noli amplius dubitare, postquam Poppo in censurâ Gr. Buttm. in Ien. L. Z. 1829. nro. 149. p. 231. locum Sapph. LIX. fragm. Neue, ubi ἐρᾶται eodem modo positum est, attulit.
ἔργα, de floribus, ex quibus apes mel faciunt XXI, 14. XXII, 42.

ἐρίθειν ᾠδήν, quo sensu dictum XXI, 20.
ἐρείδεσθαι sensu praegnanti positum XXIII, 49.
ἔρειοι, vox dubiae significationis XV, 50.
ἐρημιάς, virgo solitaria XXVII, 62.
ἐρίζειν τινί et πρός τινα I, 24. — utraque constructio coniuncta V, 136. — τινί τι, cum aliquo in aliquâ re IV, 8.
Ἔρος pro Ἔρως XXIX, 22.
ἐρωεῖν τι pro τινος XIII, 74.
ἔρως. ἔρωτες vocantur apri dentes, qui Adonin osculatus fuerat XXX, 46.
ἐρωτικός, passivâ significatione XIV, 61. — sensu insolito XXX, 36.
ἐς, praepos. raro usurpata de motu personae XII, 33. — praepos. omissa XV, 122.
ἔσχατα γῆς, τά, de remotiore urbis parte XV, 8.
ἐσχατιαί, de agris qui montibus proxime adiacent XIII, 25.
ἑταῖρος, de ministro regis quem hodie dicunt; Alexandriniis φίλοι appellabantur XVII, 111.
εὖ in verbis permultis omittitur XVI, 23. — εὖ μάλα XXIV, 92.
εὕδειν, significatione metaphoricâ II, 126.
εὐθύς, de loco XXV, 23. — εὐθύ, de tempore XXVI, 15.
εὔκριθος ἀλωά VII, 34.
εὐνή, de iis, qui cubile premunt XXVII, 67.
εὔπλους ὅρμος VII, 61.
εὔσκοπος, qui insigni oculorum acie gaudet XXV, 143.
εὐτεκνία, non tantum ad multitudinem liberorum spectat, sed ad prolis virtutem et pulcritudinem XVIII, 51.
ἐφέπεσθαι. Notanda aor. I. forma IX, 2. ἐφεψάσθω.
ἐφέσσασθαι γαῖαν, de mortuis qui terrâ conduntur Epigr. VIII, 4.
ἐφίεσθαι, sequente accusativo et infinitivo XXV, 205.
ἔχειν. Participium ἔχων in periphrasi II, 7. XIV, 8. — habere, tenere, de eo, in cuius potestate aliquis est II, 96.

Z.

ζ non dissolvitur in σδ apud Dores, ubi nimis vicinum habet ϑ II, 62. not. crit. XV, 3. XX, 13. — brevis syllaba ante hanc literam IV, 32.
ζοός, rarior forma pro ζωός II, 5.
ζυγόν de amore XII, 15.
ζῶντα ἀφιέναι τινά a garrulo postulatur V, 79.
ζωογράφος, de eo, qui picturas in opere textili exhibet XV, 81.

H.

η accusativi forma tert. declin., ut βασιλῆ XIV, 64.
ἤ pro πρίν post verbum φθάνειν II, 114. — positum post οὐ τόσον, quasi comparativus praecesserit IX, 20. — pro οὐδέ positum XXI, 64. ann. crit. — an post comparativum redundet XV, 37. XX, 27.
ἦ ῥά γε II, 20. Eadem particularum complexio in Agath. Epigr. in Delect. Epigr. VI, 3., ubi vide Fr. Iacobs.
ἡδύς de rebus suavem odorem exhalantibus I, 27. — de eo, cui suave est I, 95.
ἠΐθεος, caelebs. II, 125.
ἡμέτερος, cum verbo singularis numeri iunctum VIII, 75.
ην, rarior forma accusativi tertiae declinationis XIII, 73.
ἤν κε, iunctae hae particulae XXVII, 35.
ἧς, rarior forma pro εἷς XI, 33.
ἧσθαι de regione pressâ XIII, 40.
ἦὔτε, est antiquior forma, ἠΰτε recentior XXII, 49.
ἠχεῖν sensu transitivo II, 36.

Θ.

θαλέθειν ποίην XXV, 16.
θαλερὸν δάκρυ, θαλερὸν κλαίειν XIV, 32.
θάλλειν, an proprio sensu de floribus dici possit XVIII, 2. — θάλλειν βίον XXV, 16.

θάψος II, 88.
θεᾶσθαι, cum verbo ὄζειν iunctum I, 149.
θέλειν et ἐθέλειν apud Theocritum VIII, 7. XXIX, 7.
θεν. Adverbia in θεν, ut δαίτηθεν VII, 80. XVII, 28.
θερίστριον, vestimenti genus XV, 59.
θεσπέσιος XXV, 70.
θολία, utrum petasus an umbella fuerit XV, 39.
θρόνον, de significatione vocis II, 59.
θρύα, de scripturâ vocis XIII, 40. not. crit.
θρυλεῖν, de vocis scripturâ II, 142.

I.

ι dativi, an elidi possit VIII, 51. — ι elisum in particulis ὅτι et δηλονότι XI, 54.
ἱερός et θεῖος differunt XXV, 10.
ἰθύνειν τὸ πλέον V, 71.
ἰλεόν, de habitatione XV, 9.
ἴουλον ἐκβάλλειν, καταβάλλειν XV, 85.
ἱππαλίδας, dubiae significationis vox XXIV, 127.
ἱππομανές, quid fuerit II, 44.
ἴσκειν novâ significatione dictum XXII, 167.
ἱστάναι, ἵστασθαι βόαν XVII, 99. Allatis adde Dissen. ad Pindar. Nem. VII. p. 240. huius bibl.
ἴϋγξ II, 16.
-ιχος, forma deminutiva apud Aeoles et Dores IV, 20, 55.

K.

κά pro κέ ubique producitur I, 4.
καθαίρειν, castigare V, 119. (Schaefer. ad Eurip. Hec. 109. p. 13. edit. 3. sic interpungere malit: ὄκα ... ἐκάθηρε καλῶς μάλα, τοῦτό γ' ἴσαμι).
καθαρὸς λειμών, pratum purum, quo sensu XXVI, 5.
καθεύδειν εἰς ἕνα, εἰς μίαν XX, 39. — καθεύδειν ἐν κνίδαις XX, 44.
καθῆσθαι, desidem esse VI, 8. — de regione pressâ XIII, 40.
καί hyperbaton facit II, 159. V, 55. — non recte positum XXV, 44. annot. crit.
κακός de impudicâ II, 41. — κακώτερος V, 52. XXVII, 21. Adde Buttmann. Gr. ampl. P. I. p. 272.
καλαθίσκοι in re piscatoriâ XXI, 9.
κάλαμοι, arundines piscatoriae XXI, 9.
καλεῖσθαί τινος, nomen ab aliquo accipere XXIV, 102.
κάλυξ, de rosâ III, 22.
κάρτερον εἶναί τινος, dominum alicuius esse XV, 94.
κατά, adiectivo additum locum adverbii obtinet I, 41.
καταβαίνειν de texto quod de telâ depromitur XV, 35.
καταβρίθειν intransitivo sensu VII, 146.
καταρρεῖν, defluere, metaphorico sensu I, 5.
καταυτίκα III, 21. not. crit.
καταφθίνειν, significatione transitivâ XXV, 122.
κατηρεφής VII, 9.
κέδρος, cista cedrina VII, 81.
κεῖσθαι, extendi, porrigi XIII, 34. — κεῖταί τι μετὰ χερσίν XXV, 2.
κενεὰν ἀπομάττεσθαι, intellecto χοίνικα XV, 95.
κῆποι Ἀδώνιδος, de rebus fugacibus XV, 113.
κισσύβιον, poculi genus I, 27.
κλαίειν ἁλμυρά XXIII, 34. — In futuro est κλαύσω apud Dores XXIII, 34.
κνήμαργος, epitheton boum ob alba crura XXV, 127.
κνίζεσθαι cum genitivo IV, 59.
κνυζᾶσθαι de canibus, crocodilis VI, 30.
κόλπος, pars vestis circa pectus XV, 134. — in sinu marsupium aliaeque res servabantur XVI, 16.
κορεῖν i. q. ἐπιμελεῖσθαι p. 4.
κοσκινόμαντις III, 31. Adde Iacob. ad Lucian. Alex. p. 25.
Κοτυτταρίς VI, 40.
κόχλος tubae loco adhibetur XXII, 75.

κοχυδέσκειν II, 107.
κουροτρόφος, epitheton Latonae et Dianae XVIII, 50.
κρατεῖν τι, aliquid tenere XXIII, 4.
κρέκειν αὐλόν, πηκτίδα Epigr. V, 2.
κρήγυον, verum, recentioris aetatis significatio est XX, 19.
κρηπῖδες, pro militibus XV, 6. Sic Bardaicus calcus apud Iuvenal. Sat. XVI, 13.
κρῆς, rarior forma pro κρέας I, 6. not. crit.
κρητήρ dorice, attice κρατήρ V, 53.
κροκόεις de hederae fructu I, 30.
κυλοιδιᾶν de oculis prae amore tumentibus I, 38.
κύμινον καταπρίειν, κυμινοπρίστης, de avaro homine X, 54.
κύρτοι, nassae maiores, in re piscatoriâ XXI, 9.
κῶας in re piscatoriâ locum non habet XXI, 9.
κῶμος post compotationem III, 1.

Λ.

λαγῶν frequentius in plurali XXII, 121.
λαλεῖν de instrumentis musicis XX, 26.
λαμυροὶ ὀδόντες XXV, 234.
λέγειν, canere V, 78. — λέγ' εἴ τι λέγεις ib. — participium λέγων abundat XXI, 34.
λεῖος de pueris V, 90.
λείπειν, praetermittere, praeterire II, 90.
λευκὸν ἔαρ, splendens ver XVIII, 26.
λέχος ἀντιᾶν, πορσύνειν τινί ex euphemismo pro: concumbere cum aliquo VI, 33.
λῆθα, vox nihili XXI, 9. ann. crit.
λιμηρὸς ἔρως, ab effectu amor dictus X, 56.
λίνα Parcis tribuuntur I, 139.
λιπαρός, epitheton palaestrae II, 50.
λιπόναυς, λιποναύτης, λιπόνεως XIII, 73.
Λίψ, saevus in Siciliâ ventus IX, 81.
λόγχη pro militibus XV, 6.
λυγίζειν de amore dictum I, 98.
λύκον εἶδες proverbium XIV, 22.
λύχνον ἐν πρυτανείῳ proverbium XXI, 34.
λώϊος, positivi forma, uno loco usurpata XXVI, 32.

M.

μά omittitur in iureiurando VI, 22.
μαίνεσθαι. Aorist. ἐμηνάμην pro ἐμάνην XX, 34. Aliud exemplum ex Dionys. Perieg. 374. affert Poppo in censurâ Buttm. Gr. in Ien. Litt. Zeit. 1829. nr. 160. p. 234.
μακαρῖτις de mortuâ II, 70.
μάλα, in comparatione ad abundantiam significandam XIV, 38. — de capellis XXVII, 68.
μαλοπάρῃος, roseis genis XXVI, 1.
μαννοφόρος XI, 41.
μάντις, locusta, de macilentâ puellâ X, 18.
μᾶχος νόσω, remedium adversus morbum II, 95.
μεθύων πληγαῖς XXII, 98.
μελίζεσθαι de pinu I, 2. VII, 26.
μελίχλωρος X, 27.
μελύδριον, parvum carmen VII, 51 [Tractavit hunc locum Schaefer. ad Eurip. Hec. 1030. edit. 3. Pors.]
μεμελημένος τινί XXVI, 36.
μετά, praeter I, 39. XVII, 84. — finem denotat XIII, 16.
μέτωπα de uno homine XX, 26. Cf. Fr. Iacobs. ad Del. Epigr. I, 33.
μήρινθοι, funiculi, in re piscatoriâ XXI, 9.
μι. Formae verborum rariores ad rationem verborum in μι desinentium XVI, 28. XXIII, 10. not. crit. XXV, 46.
μονώτατος XV, 137.
μυελός de primariâ urbe XXVIII, 18.
μύλλειν obscoeno sensu positum IV, 58.
μυρίκη, de quantitate I, 13.
μυχθίζειν χείλεα, ad irrisionem pertinet XX, 13.
μῶνος et μόνος promiscue usurpantur a Theocrito XX, 45.

N.

νάκος V, 2.
νᾶμα, latex XV, 27.
ναρκᾶν aliquis dicitur, cui rem obscoenam tentanti manus officium negat XXVII, 50.
νεβρός feminino genere XII, 6.
νεόδρεπτοι βωμοί, an dici possint XXVI, 8.
νεόγραπτος θάλαμος, quid sit XVIII, 3.
νεολαία XVIII, 24.
νέος φόνος, caedes modo patrata XXIII, 55.
νικᾶσθαι ὑπὸ κερδέων pro νικᾶσθαι κέρδεσι XVI, 15.
νίτρον veterum, quid sit XV, 16.
νοσεῖν de perturbato cuiusque rei statu XX, 9. Vide quos laudat Jacob. ad Lucian. Alexandr. p. 60.
νότιος ἔρση non: australis pruina, sed: fluidus ros II, 107.
νύμφη, nova nupta II, 137. — de puellâ nondum nuptâ III, 9.
νυός de nuro et de sponso XV, 77.

Ξ.

ξανθότριχα Theocr. appellat Menelaum, quem Homerus ξανθόν, unde patet, quomodo Theocr. Homericam vocem ceperit XVIII, 1.
ξεινίζειν rariore significatu XXII, 61.
ξηρός. ἐπὶ ξηροῖς καθίζειν, aliquem rebus suis exuere I, 51. — ξηρὸς ὑπαὶ δείους rariore significatione XXIV, 60.
ξυρόν. ἐπὶ ξυροῦ εἶναι, ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς ἵστασθαι, in summo discrimine versari XXII, 6.

O.

ὄγμος pro αὖλαξ X, 2.
ὀδύνη, vulnus XIX, 5.
οἱ. Syllaba brevis in consonantem desinens ante οἱ correpta XV, 112. XXV, 270. — vocalis ante οἱ elisa XXII, 112.
οἵδε, δεικτικῶς, mortales XVI, 4.
ὀΐζυος pro ὀϊζυρος XXVII, 12.
οἰκεῖν de rebus inanimatis XXVIII, 21.
οἰκέτις, matrona XVIII, 38.
οἰκεύς, verna, ut saepe in Odysseâ legitur, XXV, 33.
οἶνος omittitur XVIII, 11. — οἶνος καὶ ἀλάθεια, proverbium Arg. ad Id. XXIX. p. 389.
οἰνωπός, roseus, non: fuscus XXII, 34.
ὄκα et ὄκκα, quomodo differant I, 87.
ὀλίγος pro μικρός I, 47. XXII, 113.
ὀλοίτροχος, de scripturâ et significatione vocis XXII, 49.
ὀλολυγών, quaenam avis VII, 139.
ὄλπη et ὄλπις II, 156. XVIII, 45.
ὄνασθαι et ὀνίνημι de fructu, qui ex institutione aut disciplinâ percipitur VII, 36. — aoristus pass. ὠνήθην XV, 55. — de poetâ, qui alicuius gloriam celebrat XVI, 57.
ὄνομα XVI, 97.
ὄνος ἐν ῥάμνῳ, proverbium XXI, 34.
ὀπτῆσαι, torrere, de Amore VII, 55.
ὁρᾶν τινί τι XV, 2.
ὀρθὰ ὄμματα, oculi pudore non perturbati IV, 36. — oculi ferociae pleni, s. confidentiam prodentes V, 36. XXII, 66.
ὄρνιχες Μουσᾶν, poetae VII, 47.
ὀρομαλίδες V, 94.
ὀρτάλιχος de gallo gallinaceo, vox Thebana XIII, 12.
ὅ τι cum comparativo rarissime ponitur XXIV, 48.
οὐδὲ .... τοίς, ne sic quidem XXIII, 26.
οὐδεὶς φθόνος, formula ad invidiae suspicionem avertendam I, 61. — οὐδείς pro οὐδέτερος XXI, 15.
οὐκέτι post verbum iurandi pro μηκέτι positum XXI, 59. Vid. Bernhardy Synt. p. 365.
οὔπω .... καί VII, 10.
ὄφελός ἐστί τινος XIII, 18.
ὀψίγονος, tardo partu editus XXIV, 31.

Π.

παίγνιον de homine XV, 50.
παίζειν in peiorem sensum adhibi-

tum de fraudulentâ actione XV, 49.
πακτά, lac recens coactum XI, 20.
πάντα εἶναί τινι XIV, 47.
παοί XVI, 25.
πάραρος, de formâ et significatione XV, 8.
παρελθεῖν τινα, aliquem dolo capere XVI, 63.
παρθενική pro παρθένος XII, 5. XVIII, 2.
παρών ex abundantiâ adiectum IX, 29.
πατεῖν γῆν τινα, aliquo loco versari XVIII, 20.
πατέρες. ἐκ πατέρων, de parentibus, et latiore sensu de maioribus XVII, 13.
πειρᾶν de metallis, quae explorantur XII, 37.
πειστήρ pro πεῖσμα dictum valde dubium XXI, 53.
Πελοπηϊάδαι pro Πελοπίδαι XV, 142.
πέπλος de veste virili VII, 17. XXVIII, 10.
περί. γαθεῖν περί τινι I, 54. — ταράσσεσθαι περί τινι XIII, 55.
περίκειται χρὼς ὕβριν XXIII, 14.
περίπλεκτοι πόδες saltantibus tribuuntur XVII, 8.
περιστέλλειν, curare, protegere XV, 75.
περόνημα, quid sit XV, 79.
πεύθεσθαι de metallis, quae explorantur XII, 37.
πηγνύναι ἕλκος insolentius dictum XI, 16.
πηρίζεσθαι sensu praegnanti positum XVIII, 32.
πιεῖν, τό, pro ὁ ποτός X, 53.
πίτυρα, furfurum usus in re magicâ II, 33.
πλαγίαυλος XX, 29.
πλαταγεῖν in bonam et in malam partem sumi solet VIII, 87.
πλατειάζειν de Doriensibus verba tractim pronuntiantibus XV, 88.
πλέον τι νέμειν Epigr. XV, 1.
πλήσιος, ὁ, proximus, i. e. alius V, 28.
πλοκαμίς pro πλοκαμοί XIII, 7.
πλόον διζήμενος, navigandi opportunitatem quaerens VII, 61. Cf. Pflügk. ad Eurip. Hec. 901.
πνεῖν de amore XII, 10. XII, 13.
πνεῦμα simpliciter positum non de cantu fistulae accipiendum VIII, 76.
ποιεῖν, utrum sic scribendum, an ποεῖν III, 9. not. crit.
ποιμαίνειν τὸν ἔρωτα, moderari amorem XI, 80.
ποιμενικός, a pastoribus factus, frequentatus I, 22.
ποιολογεῖν de specilegio III, 32.
ποκά ironice dictum V, 5.
πολλάκις, prorsus II, 88. — pro πολλῷ comparativis additum V, 57.
πολυκήτης, epitheton Nili XVII, 98.
πολύς pro μέγας I, 47. — pro πολλάκις XVI, 72. XXIV, 74.
πολύφιλτρος XXIII, 1.
πόνον ἔχειν VII, 139. — πόνος de instrumentis quibus victus paratur XXI, 14.
ποππύζειν V, 7, 89.
πόρτις et δαμάλη, quomodo differant I, 75.
ποταμός de fonte Dirce dictum XXIV, 92.
ποτιδέρκεσθαι in re amatoriâ I, 36.
ποτιλέγεσθαι pro προσειπεῖν I, 92. Vid. Poppo. in censurâ Gr. Buttm. in Ien. L. Zeit. 1819. nro. 150. p. 234.
πότνια et πότνα XV, 11. not. crit.
ποτός de fonte XIII, 46.
πράσσειν de re Venereâ II, 143.
πρέπειν, sedere, de veste dictum XV, 35.
πρίν, olim XVII, 5.
προγένειος III, 9.
προδεικνύναι XXII, 102.
πρός adiectivo additum locum adverbii obtinet I, 41.
προσάγειν intransitivo sensu XV, 78.
πρόσθεν, olim XVII, 5.
προσμάττεσθαι XII, 32.
προσνάχειν, pro προσνάχεσθαι XXI, 18.
πρῶτος. τὰ πρῶτα λέγεσθαι X, 29.
πύργος αὔτης XXII, 220.
πυρεῖα ad ignem faciendum XXII, 33.
πυῤῥότριχος, i. q. ξανθός VIII, 3.
πυρσοί de amoris ignibus XXIII, 7.

πωτᾶσθαι et ποτᾶσθαι a Theocr. frequentatum VII, 142.

Ρ.

ῥαδίως ζῆν. XI, 7.
ῥεῖν sensu transitivo V, 124.
ῥόμβος, de significatione II, 30.
ῥυθμός rariore significatu XXVI, 23.
ῥύπος, an proba vox sit XV, 19.

Σ.

σατυρίσκος de lascivo homine XXVII, 3.
σαύρα scribendum, non σαῦρα II, 58. not. crit.
σέλινα de capillis crispis XX, 23.
σεσαρώς VII, 19.
σιδήρειος de carne XXII, 47.
σινάζειν forma dubia XXX, 32.
σκαπάνη, eius usus in palaestrâ IV, 10.
σκηνή de tentorio vel casâ, in qua merces exponebantur XV, 16.
σκίλλαι, earum usus V, 121.
σκληρός de pugno XXII, 45.
σκνιπαῖος XVI, 93.
σκύτος penultimâ brevi XXV, 142. ann. crit.
σοφὸς εἶπεν de eo quod in proverbio dicitur XIV, 22.
σπεύδειν pro σπουδάζειν XVI, 15.
σταθμή. κατὰ σταθμήν et παρὰ σταθμήν XXV, 194.
στείνεσθαι, arctari, non: insonare XXV, 97.
στιβάς, cubile altum VII, 67.
στόμα Μοισᾶν vocatur poeta VII, 37. — στόματα de uno homine XX, 26.
σύκινος ἀνήρ, infirmus, inutilis vir. X, 45. Cf. Iacob ad Lucian. Alex. p. 88.
σὺν Μοίσαις, beneficio Musarum VII, 12.
συνάγειν τινί, cum aliquo congredi XXII, 82.
συνάμα unâ voce XXV, 126.
συνάπτειν τινί, cum aliquo congredi XXII, 82.
συγγράφειν de poetâ Epigr. XX, 4.
συνομᾶλιξ XVIII, 22.
σφέ pro αὐτό XV, 80.
σφέτερος pro ἑός XII, 4. XIII, 53. — pro ὑμέτερος XXII, 67.
σχῆμα, de significatione X, 35.
σχηματίζειν X, 35.
σωρὸς ῥημάτων Epigr. XVII, 7.
σωτῆρες cognomen Ptolemaeorum post fata ad deos relatorum XVII, 125.

Τ.

τάλας ultima correptâ II, 4, 4.
ταλασίφρων de servo qui animum habet intrepidum XXIV, 50.
ταῦρος ἔβη εἰς ὕλην, proverbium XIV, 43.
ταῦτα, ob id, hinc XIV, 3. XV, 8.
τε post tertiam vocem positum IV, 54. — τε ... τε ... καί ... καί XIII, 41.
τέ pro σέ I, 5. not. crit.
τελέθειν motûs significatione positum X, 49.
τέλος γάμου diversum a loquutione γάμος ἔρχεται πρὸς τέλος XXII, 167.
τέρας rariore significatu I, 56.
τέρσειν XXII, 63.
τήκεσθαι de colore II, 82. — cum accusativo ἔρωτα iunctum XIV, 26.
τηλέφιλον III, 29.
τίν productum III, 33. — pro σέ positum XI, 39. — encliticum XXI, 28.
τινάσσειν μάχην, pugnos quatiendo pugnam concitare XXII, 90.
τὶς, enclitica novam enuntiationem incipit I, 32. not. crit. XIII, 62. — aliquis, eximius aliquis XI, 79.
τόθι pro ὅτι etiam citra necessitatem positum XXII, 199. XXIV, 28. Epigr. IV, 1.
τοῖχος de navis pariete XXII, 12.
τοσσῆνον gravior forma pro τόσον I, 54.
τραφερός, densus, firmus XXV, 106.
τρέφειν, comprimere, condensare XXV, 106.
τριπόθητος, τριφίλητος XV, 86.
τρισκελής, Priapus Epigr. IV, 3.
τρυγών de loquaci muliere XV, 88.

τρύχνος, quae planta X, 36.
τυῖδε, i. e. ἐνταῦθα V, 30.

Υ.

ὕβρις τῆς ὀργῆς XXIII, 14.
ὑγρός I, 55.
ὑδάτινος de veste XXVIII, 11.
υν, in ἰχθύν correptum XXI, 49.
ὑπακούειν, quid significet XIII, 58. — eius usus forensis ibid.
ὕπνου μαλακώτερος, somno mollior V, 51. XV, 125.
ὑπό cum accus., ut ναίειν ὑπ' ἀῶ XVI, 5. — ὑπό τινι τρέφεσθαι XXII, 159.
ὑπογράφειν pro ἐπιγράφειν p. 6.
ὑποκάρδιος XI, 15.
ὑποπτεύειν hostilis animi significationem habet XXIII, 10.
ὑπορώφιοι audiunt hirundines XIV, 39.
υς. Adiectiva in ῡς desinentia duarum terminationum XVIII, 24. XX, 8.
ὕσπλαγξ, laqueus VIII, 58.

Φ.

φάλαρος V, 103.
φάος translatâ significatione XXVII, 31.
φέρειν, afferre et auferre XV, 105.
φθάνειν, rarior huius verbi structura II, 114. — duplex aoristi forma ἔφθασα et ἔφθαξα II, 115.
φθέγγεσθαι de instrumentis musicis XX, 29.
φιλοίφης IV, 62.
φίλτρα etiam de instrumentis ad incantationem necessariis II, 1.
φοιβᾶν rarius quam φοιβάζειν XVII, 134.
φράζειν, idem quod κελεύειν XXV, 47.
φριμάσσεσθαι V, 141.
φρονεῖν pro εὖ φρονεῖν XVI, 23. — οἱ φρονεῦντες, sapientes, ib.
φύειν significatione intransitivâ IV, 24. Cf. Poppo in censurâ Buttm. Gr. in Jen. Litt. Zeit. 1829. nro. 150. p. 240.
φύλακος pro φύλαξ XXIX, 58.
φυλάσσειν, gerere, gestare II, 120.
φύλλα de floribus XI, 26. XVIII, 39.
φυλλοστρώς pro φυλλόστρωτος Epigr. III, 1.
φωλάς de bestiis I, 115.

Χ.

χαίρειν ambigui sensus verbum XXII, 55. — cum genitivo iunctum XXVII, 70.
χαλεπός Veneris epitheton XIII, 71.
χαός, de significatione VII, 5.
χαρίζεσθαι, de constructione verbi XXV, 188.
χάρις. ἐν χάριτι ποιεῖν, διδόναι, κρίνειν V, 69.
χαροπός, epitheton Ganymedis XII, 35. — ad oculorum alacritatem atque fulgorem referendum XXII, 25.
χθονία, epitheton Hecates II, 12.
Χῖος ἀνήρ, ἀοιδός, Homerus VII, 47.
χλωρὸν δάκρυ XIV, 32. — χλωρὸν γόνυ XIV, 70. — χλωρὸς ὑπαὶ δείους XXIV, 60.
χορηγός et χοραγός differunt. Epigr. XII, 1.
χόρος ἀνδρῶν Epigr. XII, 4.
χρέος pro χρῆμα XXIV, 65.
χρῆμα circumscriptioni inservit, sed minime otiosum est XVIII, 4.
χρόνῳ, tandem aliquando XV, 2.
χρύσεος de homine suavi, probo XII, 16.
χύτρα osculandi genus V, 133.
χώρα. ἐς χώραν βαίνειν, κατὰ χώραν εἶναι et similia quo sensu dicantur XV, 57.

Ψ.

ψε pro αὐτάς IV, 3.
ψυχή VIII, 35. — τὴν ψυχὴν προστιθέναι, animam operi impendere XV, 37. — ψυχῇ χαρίζεσθαι XVI, 24.
ψυχρός epitheton perpetuum serpentum XV, 58. — ad penuriae

et egestatis significationem pertinet XVI, 11.

Ω.

ὧδε, sic negligenter III, 38.

ᾠδή de colloquio raro usurpatum XXI, 20.

ὡς, ubi I, 13. — ὡς ... ὡς, ut ... ut II, 82. — ὥς, ita, uti, sequente καί VII, 45.

INDEX LATINUS.

A.

Abundantia in epica oratione XXV, 37. — in loquutione ἐξ Ἄργεος αὐτόθεν XXV, 179. — in loquutione οὐξ Ἑλίκηθεν XXV, 180. — in loquutione ἐπ' ἦμαρ ἀεί Epigr. VII, 3. Cf. Adverbia cumulata.

Accusativi usus rarior XIII, 38, 45. XIV, 26. XV, 7. XXII, 90. XXIX, 6. — iunctus cum verbis eundi XIII, 66. XXX, 8.

Adiectiva pro substantivo cum praepositione VII, 31. VIII, 53. — adiectivorum genus non ei substantivo, ad quod pertinent, accommodatum XII, 7. — adiectiva sine substantivo posita XIV, 35. XX, 39. — ad aliud substantivum ponuntur XXII, 200. — adiectivum pro genitivo substant. VIII, 53. XV, 110. XXVI, 35. — adiectiva in υς desinentia generis communis XVIII, 24. XX, 8. — adiectiva pluralis et singular. neutr. pro adverbiis, articulo aut addito aut omisso I, 41. III, 3. II, 11. XXVII, 37.

Adonidis festum Argum. ad Id. XV. p. 215. — quo tempore celebratum sit XV, 112. (Aestatis tempore id actum esse, docet etiam commemoratio τοῦ θεριστρίου XV, 69.)

Adverbia loci pro adverbiis motum significantibus II, 98. VIII, 26. XXVII, 64. — cumulata V, 25. XI, 4. XXIV, 92. Cf. Fr. Iacobs. ad Delect. Epigr. I, 5. — cum substant. iunctum sine articulo IX, 34. Aliud exemplum est Hom. Il. IX, 523. μέμνημαι τόδε ἔργον ἐγὼ πάλαι.

Aegyptii fraudulenti XV, 48.

Aegypti urbes quot fuerint XVII, 81. — Aegypto quae terrae subiectae fuerint XVII, 76.

Aeris pulsandi causa in re magica II, 36.

Affinitatis vocabula latissime patent apud Graecos XV, 77.

Aleuadae, ditissima Thessaliae familia XVI, 34.

Amoris quasi barathrum, in quod amantes se praecipitant, III, 42. Cf. Laberii locum quem affert Forcellin. in Lex. s. v. blatta, frustra tentatum a Schneidero. — Amor caecus esse fingitur X, 20. — Amoris parentes ignorantur XIII, 2. — Amoris statua in gymnasiis XXIII, 58.

Anethum inter flores coronarios laudatur XV, 119.

Aoristus, eius potestas quaedam II, 137. — medii pro passivo III, 29. VII, 110. — in comparationibus XIII, 62. — infinitivus aoristi post verba optandi Epigr. IV, 15. Vide quos plurimos affert viros doctos Iacob. ad Lucian.

Texar. p. 88. p. 139. p. 149. ad Alex. p. 55.
Apharei duo monumenta diversa XXII, 141.
Apollo νόμιος XXV, 21.
Apollonius Rhodius, an invidiam in eum habuerit Theocr. p. 109.
Aratus, poeta VI, 2. Argum. VII.
Aratus poeta, aequalis Theocrito, in insulâ Cô aliquamdiu commoratus est p. 107.
Arcus forma antiquissima XIII, 56.
Argivi artis palaestricae laude insignes XXIV, 109.
Argo cur Magnesia appelletur XXII, 79.
Ariadne, eius fabula II, 44.
Articulus. τὸ καρτερόν pro καρτερῶς I, 41. III, 3. — eius vis II, 1, 36. IV, 49. VII, 65. XI, 17. XIX, 8. XX, 18. — mira articuli repetitio IV, 21. — in nominibus propriis XV, 127.
Asclepiades poeta p. 106.
Athenienses ut famelici a Siculo homine traducuntur XIV, 6.
Attractio rarior Epigr. XVIII, 3., de quo loco cf. Bernhardy Synt. p. 141. — attractio neglecta XIII, 18. — attractionis genus quoddam, ex quo vocativus pro nominativo ponitur XVII, 66. — aliud, ex quo adiectivum masculini aut feminini generis refertur ad substantivum ex orationis serie cogitandum XX, 39.
Augmentum in ἄνωξα XIV, 15.
Aurora coelum ascendere dicitur XIII, 11.

B.

Biblinum vinum XIV, 15.
Burinna, fons in insulâ Cô p. 104. VII, 6.

C.

Caligae pro militibus XV, 6. Cf. κρηπῖδες.
Canephori Dianae II, 66.
Cantilena popularis I, 106.
Capilli cum floribus comparantur XX, 23.
Caput in gremio deponunt qui tristitiâ affecti sunt XVI, 11.
Carnea etiam in Italiâ celebrata V, 83.
Certandi verba quomodo construantur I, 24.
Cicadae rore vescuntur IV, 16. Cf. Fr. Iacobs. ad Del. Epigr. X, 72, ubi cicada rore ebria dicitur.
Collocatio verborum perplexior II, 55. XIII, 24. XVI, 108. XVIII, 1. — ad anxiam curam denotandam XIV, 39.
Comam nutrire nobilium iuvenum est I, 34.
Comoediae Siciliensis inventor Epicharmus Epigr. XVIII, 1.
Comparandi particulae omissae I, 2. XVII, 9. — comparandi particulae ratione non vulgari positae VIII, 87.
Comparationis liberior conformatio I, 2, 7. XVII, 38. XX, 22. — brevitas in comparationibus II, 15. III, 54. VI, 38. XX, 25. Adde quos laudat Iacob. ad Lucian. Alexandr. p. 77.
Comparativus, ubi superlativus exspectabatur XXV, 48. — eius vis quaedam XXV, 59.
Compositio verborum insolita, ut χρύσει' ἀλάβαστρα XV, 114. Compares κυνέη χαλκείη apud Homer.
Correptio syllabae ante ζ IV, 32. — correptio syllabae in consonantem exeuntis ante οἱ XV, 112.
Cos. Plura de hac insulâ in argumento et in annot. ad Id. VII. disputata sunt. — Cf. Ptolemaeus.
Crathis fluvius V, 16.

D.

Daphnis, de eius amoribus p. 7. — quae eius fabulae sit ratio I, 100.
Dativus simplex, omissâ praepositione II, 61. VII, 15. — rarior eius usus ad locum exprimendum III, 16. Cf. Pflugk. ad Eurip.

Περὶ 683. — ad temporis notionem denotandam VI, 4. — non pro genitivo ponitur XIII, 27. — in loquutione χεῖρας ἀείραί τινι XXII, 65. — ἀκριβὴς ὄμμασι XXII, 194.
Decorum ex nostro sensu nonnunquam neglexerunt veteres VI, 33. XVII, 42. Tironum causâ adscribam verba Schaeferi ad Eurip. Hec. 876. edit. 3. Porson. „Talia in veterum scriptis e nostro sensu non iudicanda sunt; plurima enim de hoc genere illi graviter scripserunt, quae recentiorum humanitas an elegantia morum exhorrescat."
Deminutiva vox cum ironiae notione posita III, 7.
Dialectus. Diversae formae ut μοῖσαι et μῶσαι in eodem carmine I, 144. not. crit. VIII, 7. XX, 3, 45. XXI, 45. XXVI, 18. XXVIII, 13. Epigr. XI, 3. — Non scripsit Theocritus μυχθίσδειν, sed μυχθίζειν II, 62. not. crit. — XV, 3. — XX, 13. — Non dicit μοισίζειν VIII, 38. — Scripsit ἴρηκες, non ἴρακες IX, 32. XIII, 16. ann. crit.
Dioclea, festum apud Megarenses XII, 29.
Diocles, Megarensis XII, 29.
Dionysia Alexandriae quomodo celebrata XVII, 112.
Diophantus, unus ex Theocriti amicis XXI, 1.
Dioscuri etiam citharistae et cantores XXII, 21. — Leucippi filias non rapuerunt, sed patre volente abduxerunt secundum Theocritum XXII, 150. — De Castore quoque alia tradit Theocritus XXIV, 127.
Directa oratio obliquam saepe excipit XIX, 7. XXIV, 67.
Doricus panis XXIV, 135.
Dorismus Theocriti. Cf. Dialectus.
Dualis pro plurali XXV, 137.
Durus de caestu, de pugnis XXII, 45.

E.

Endymion, eius fabula III, 49.
Eoeae, carmen Hesiodi, ad cuius imitationem alii quoque poetae carminum suorum initium faciebant ἢ οἵη XVII, 34.
Epithalamiorum quot genera Argum. ad Id. XVIII. p. 275.
Etymologiae ratio in nominibus propriis a poetis habita XXVI, 26.
Eumolpi tres probe discernendi XXIV, 108.
Eurymedon, gigantum rex VII, 46.

F.

Fabae ad bibendum invitant VII, 66.
Florentinum osculum V, 133.
Fontes solo pede percusso ex monte eliciuntur VII, 6.
Formicarum acervi congesti cum divitiis inutilibus comparantur XVII, 107.
Futurum medii significatione passivâ I, 26. — futurum tertium quam significationem obtineat XVIII, 46. — futurum et praesens iunguntur XXVII, 9.

G.

Gallicinii tres vices XVIII, 56. XXIV, 63.
Ganymedem secundum Theocritum non una aquila rapuit, sed duae XV, 123. — alio loco idem poeta fingit Iovem ipsum in aquilam mutatum Ganymedem rapuisse XX, 41.
Genitivus, eius vis quaedam II, 95. X, 22. XXV, 279. — eius usus exquisitior IV, 59. XXVII, 70. — pendens ab adiect., ut φίλ᾽ ἀνδρῶν XV, 74. XXIV, 40. — genitivus tertiae declinationis pluralis in — ᾶν V, 148.
Genus masculinum pro feminino in verbis ad loquutionem proverbialem accommodatis XI, 75. XV, 25. — adiectivi non ei voci ad quam pertinet accommodatum XII, 7.
Glauca, citharistria IV, 31.

Golgus et Golgi, utraque forma proba videtur XV, 100. not. crit.
Gratiae; iis tribuitur quod de carminibus dicendum erat XVI, 6. — Eteocleae appellantur XVI, 104.
Gravis aetate, annis XXIV, 100.

H.

Haleus, fluvius in insulâ Cô p. 104.
Helena, num plures liberos ex Menelao susceperit XVIII, 51.
Herodori Pontica Heraclea XIII, 56.
Hiatus apud Theocritum VIII, 14. XVI, 2, 31. XXII, 42. XXIII, 48. XXIV, 22., ubi hiatus etiam ob digamma vocis οἶκος excusationem habet; XXIV, 71. XXV, 170., 274. ann. crit. — Vid. Praefat.
Hippomenes, eius fabula III, 40.
Horae omnibus rebus gratiam conciliant I, 150. — gratae sunt hominibus XV, 103. — audiunt μαλακαίποδες ibid.
Horti Adonidis XV, 113.
Hyacinthus Spartae honoratus flos XVIII, 2.
Hylas, fabula de eo XIII, 48.

I.

Iecur, amoris et cupiditatum sedes XI, 16.
Imperfectum in optandi formulâ IV, 49. — pro praesenti positum V, 79. XIX, 8.
Infinitivus cum articulo significatione insolentiori X, 53. - Infinit. pro imperativo, addito vocativo X, 54. — pro imperativo de tertiâ personâ XXIV, 93.
Infinitivus, substantivo explicationis ergo additus I, 56. — ab adiectivo pendens XXIV, 136. — aoristi post verba optandi Epigr. IV, 15.
Institutio heroum antiquissimi temporis XXIV, 103.
Interrogatio bis posita XII, 1. — interrogationis conformatio quaedam liberior VIII, 26.
Irae sedes in naribus, aut in iecinore, aut in corde I, 15.
Iris lectum sternit Iovi, quod alias Gratiis tribuitur XVII, 134.
Iuppiter reges in tutelâ suâ habet XVII, 137. — opes dispensat XVIII, 52.
Iynx II, 17.

L.

Lampra demus IV, 21.
Lanae usus in re magicâ II, 2.
Lemniscis involvebantur coronae II, 122.
Lotus frequens in Laconiâ XVIII, 43.
Lytierses, fabula de eo X, 41.

M.

Mala, amoris signum II, 120.
Megarenses, Nisaei cognominati XII, 27. — despecti inter Graecos XIV, 48.
Melanthius V, 150.
Melle nutriri aliquis dicitur ob carminum suorum dulcedinem VII, 80.
Meridiano tempore veteres non facile intrabant templa I, 15.
Mitylene. De scripturâ huius urbis VII, 52. not. crit.
Molere, obscoene sensu IV, 58.
Molon, aequalis Theocrito p. 107.
Mulieres apud Graecos in conviviis non accumbebant, sed sedebant XIV, 41.
Musae, ut Gratiae, omnibus rebus quas attingunt venustatem conciliant X, 25. — Amoris remedium XI, 3.

N.

Naeniae exemplum apud Theocr. XXIV, 7.
Navigiorum et poculorum nomina multa communia V, 58.
Negandi particulae ordine insolito se excipientes XV, 137.

Negatio ad prius substantivum omissa Epigr. VI, 6.
Neleus, eius fabulae III, 43.
Neutrum adiectivi duobus substant. feminini generis praemissum V, 92. — de personâ VII, 4. Epigr. XVI, 4.
Nicias, medicus, Theocriti amicus Argum. ad Id. XI.
Nitidus, epitheton palaestrae II, 50.
Noctes in dierum numero computando simul memorantur XII, 1. — Noctem in his praeponunt etiam pedestres scriptores ib.
Nomina hominum de cantilenis in ipsorum honorem compositis XV, 98.
Nominativus pro vocativo V, 102. XV, 54.
Nubeculam Latini dixerunt, quem hodie stellarum compagem vocant XXII, 21.
Nudis pedibus accurrunt qui festinant XXIV, 36.
Nutabundus, ut μεθύων apud Graecos XXII, 98.

O.

Oppositio obscurior saepe obversatur menti, sed ea non expressa est II, 118. — obscurior in pronomine αὐτός VII, 70.
Optativus, omisso ἄν VIII, 20. Cf. Ind. Graec. s. v. ἄν. — cum particula ἄν XXV, 61. — cum imperativo commutatur XV, 143. — post infinitivum positus XXIV, 98.
Orchomenii infesti Thebanis XVI, 105.
Ordo in pluribus nominibus afferendis non anxie curatur VII, 76. — Ordo in verbis ponendis liberior. Vid. Collocatio verborum et Traiectio.
Oromedon, utrum mons fuerit in insulâ Cô VII, 46.

P.

Palaestra verbis amatoriis multis locum dedit I, 98. VII, 125.
Pan litoralis V, 14. — Pani mel offertur V, 59.
Participium verbi εἶναι ex abundantiâ additum II, 3. not. crit. — verbi παρεῖναι IX, 29. — partic. sine subiecto positum IX, 20. XIV, 18. XVII, 10. — verbi ἔχειν in periphrasi II, 7. XIV, 8. — pro tempore finito XV, 17. — tempus finitum pro participio XV, 105. — verbi λέγειν abundat XX, 344. — participia praesentium temporis notionem nullam habent Epigr. VI, 6.
Patronymicorum usus quidam rarior VII, 40.
Penthei misera sors saepe descripta Argum. ad Id. XXVI, 366.
Phanopei et Phanotei iidem XXIV, 114.
Philetas p. 106.
Philoxenus poeta Cyclopem scripsit Argum. ad Id. XI. p. 167.
Phrygia pro agro Troianorum XX, 35.
Pictura de opere textili XV, 81.
Pisa IV, 29.
Pluralis refertur ad praecedentem singularem VIII, 39. — pronominis post substant. singularis numeri XXV, 121. XXX, 33. Adde Schaefer. ad Eurip. Orest. 910. p. 84. edit. 3. — μέτωπα, στόματα de uno homine XX, 26. Cf. Fr. Iacobs. ad Del. Epigr. I, 33. — verbi ad plurale neutrum substantivi relatum, qua vi IX, 16, 18. — non suo loco positus XIX, 3. — recte locum obtinet XXIV, 82.
Poculorum et navigiorum nomina multa communia V, 58.
Poetae, deorum interpretes XVI, 29.
Polyphemus. Fabula de eo saepe tractata Argum. ad Id. XI. p. 167. — saepe in artis operibus repraesentata. ibid.
Populari, sensu metaphorico II, 83.
Praepositio ad unum substant. posita, ad alterum repetenda I, 83. — omissa in verbis βαίνειν etc. I, 140. XXIV, 9. — ἐν omissa II, 61. addita in loquutione ἐν ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν IV, 7. — εἰς omissa III, 21. IX, 27. XV,

123. — inter praepositionem et substantivum, ad quod pertinet, alia vocabula interposita XVIII, 1.
Praesens significatione perfecti I, 113. — et futurum iunguntur XXVII, 9.
Praxitelis statua apud pastorem V, 105.
Preces tenui voce funduntur II, 5.
Priami liberorum numerus alius ab aliis fingitur XV, 130.
Prolepsis in adiectivis II, 112. VII, 84! XII, 37.
Pronomen in altero membro illatum I, 124. X, 34. — demonstrativum ad sequentia relatum VII, 91. — cum vi repetitum VIII, 20. — Pronominis forma decurtata post praeposit. XI, 68. Adde ibi allatis Fr. Iacobsii ad Delect. Epigr. VI, 23.
Proverbiorum usus frequens in iis carminibus, in quibus homines de vulgo repraesentantur IV, 41. X, 11. Argum. ad Id. XIV. p. 199.
Prytanea in quavis frequentiore Graeciae urbe erant XXI, 34.
Ptolemaei σωτῆρες dicti XVII, 125.
Ptolemaeus Philadelphus in insulâ Cô natus Argum. ad Id. XVII. p. 260. — eius matrimonium cum Iovis matrimonio comparatur XVII, 130.
Pluvinos delicatiores secum in theatra portabant XV, 3.
Pythagoraei serioris aetatis traducuntur XIV, 5.

R.

Recentioris aetatis labis, quae in verborum usu ad novas significationes traducto spectatur, non immunis est Theocritus IV, 60. XX, 79. XVII, 129. XXII, 67, 167. XXIII, 18. XXV, 100, 137. XXVI, 15. Vid. Praefat.
Repetitio eiusdem versus in diversis eiusdem scriptoris carminibus I, 13. III, 20. — eiusdem syllabae XX, 29. Sic Id. IV, 26. βασεῦνται καὶ ταὶ βόες. Allatis adde Iahn. ad Virg. Aen. VI, 310. et Obbar. biblioth. crit. Hildes. 1823. II. p. 183., ubi maxima exemplorum copia congesta est. — verborum in precibus VIII, 63. — particularum optandi XII, 17. — nominum deorum in precibus XVIII, 50.
Reticentiae figura in rebus obscoenis suavissima I, 105. V, 41.
Reticetur nomen in ironiâ V, 120.

S.

Salutandi formula aliqua XIV, 1.
Sappho; ei locus aliquis vindicatur Argum. ad Id. XVIII. p. 276.
Scopadae, ditissima Thessaliae familia XVI, 34.
Scuta cunarum loco XXIV, 4.
Semiberbis, barbara vox VI, 3.
Sicilia, an Theocriti temporibus leones in hac insulâ fuerint I, 72. — aliae ferae non infrequentes V, 107.
Simplicitas veterum in librorum initiis I, 65.
Simus, Simon, aequalis Theocrito p. 107.
Singularis pro plurali positus XX, 33. XXI, 6.
Sinus; in sinu pallii res gestabantur II, 120.
Sonare, sensu transitivo II, 36.
Sophronis mimi Argum. ad Id. II. ad Id. XIV. p. 199. ad Id. XV. p. 216. ad Id. XXI. p. 295.
Spinae vim noxarum depellendarum habent XXIV, 87.
Stellae cadentes tempestatem significare putabantur XIII, 50.
Substantivum omissum, ex adiecto verbo eliciendum XIV, 35. XX, 39.
Superbia veterum ex patriae antiquitate petita XV, 90.
Superlativus; eius loco circumscriptio ponitur εἴ τι cum posit. VII, 4. — comparativi loco positus videtur, sed propriam vim habet. XII, 7.
Sybaris et Thurii, non diversae urbes p. 77.

Syntaxis liberior apud Theocritum II, 3. III, 27. IX, 21. XII, 12. XV, 129. XX, 39. XXIV, 17.

T.

Thalamus novus exstrui solebat familiâ auctâ XVII, 17.
Thalysia VII, 3.
Thurii et Sybaris, non diversae urbes p. 77.
Thymbris, utrum fluvius an mons I, 118. De hoc loco disputavit Iacob ad Lucian. Alex. p. 56. Eius sententia est nec montes nec fluvium Siciliae intelligendum esse, sed in universum fluvios significari, qui sese in Siculum mare effundant ex eâ ipsâ regione, quae Tiberi sit ex australi s. meridionali Siciliae parte adversa (gegen den italischen Tiberstrom hin).
Thynnorum captura III, 26.
Traiectio verborum II, 55. XIII, 24. XVI, 108. XVIII, 1. — particulae καί II, 159. V, 55. — in enuntiatione relativâ XXVIII, 18.
Triopium, promontorium Cnidi XVII, 68.

U.


Unctus, epitheton palaestrae II, 50.

V.

Ventis dari dicuntur res, quae ad irritum cadunt aut negliguntur XXII, 167. XXIX, 35.
Venus, Cupidinis armis instructa XI, 16. XXVII, 16. — aureo ornatu utitur XV, 101. — Diones filia XV, 106. — Veneris templa in arundinibus saepe exstructa XXVIII, 3.
Verba apud Graecos eadem de hominibus et animalibus, de humanâ aliquâ arte aut virtute et de rebus inanimatis VII, 26. XXV, 104, 125. XXVIII, 21. Epigr. VI, 3.
Vestes mutuabantur pauperes in festorum sollemnitatibus II, 74. — Vestes pro stragulis antiquitus adhibebantur XVIII, 19.
Virere membris, virent genua XIV, 70.
Vocativus pro nominativo XVII, 66.

CORRIGENDA.

Pag. 28. ad v. 98. Post contulit adde idem.
— 36. ad v. 34. Dele a post-positum.
— 65. Pro numero VI. supra scripto lege IV.
— 79. In annot. crit. ad v. 10. lege 184.
— 117. ad v. 40. Lege usus fuerat.
— 118. Annot. crit. ad v. 51. deletam velim: ἐξεπόνασα verissimum est; differunt enim ἐπόνησα et ἐπόνασα, docente Boeckhio ad Pind. Pyth. IV, 236. ad Ol. VI, 9.
— 155. in annot. ad v. 6. lege pertineat.
— 205. in annot. ad v. 20. delenda sunt verba Iam pergit — Lycus est.
— 326. ad v. 25. scribe προςαγαγών.
— 339. ad v. 95. Expungenda sunt verba est pro aspergillo.




HDI
HW 1VTM P